F.469

S
9/6/06
1508

16040.

52. H. 5

Antverpiæ, ex officina Christ. [illegible]

162 **HERBAL** (Early).—Morandi (J. P.) Historia Botanica practica, seu plantarum quæ ad usum medicinæ pertinent nomenclatura, descriptio et virtutes, folio, *vellum, with* 68 *full-page plts. showing many hundreds of plants,* all beautifully COLRD. after Nature, 1st Ed. 15s 6d

Mediolani, 1744


HISTORIA
BOTANICO-PRACTICA
STIRPIUM,
ATQUE
HERBARUM,
QUAE AD USUM
MEDICINAE PERTINENT.
DEUS
creavit
Medicinam
in Herbis
&c.
Eques
Joães Bapta
Morandi
Inventor,
Delineator,
et Sculptor.

16040
F.469

HISTORIA BOTANICA PRACTICA,

SEU

PLANTARUM,

QUAE AD USUM MEDICINAE PERTINENT,

NOMENCLATURA, DESCRIPTIO, ET VIRTUTES,

CUM AB ANTIQUIS, TUM A RECENTIBUS

CELEBRIUM AUCTORUM SCRIPTIS DESUMPTAE,

AC AENEIS TABULIS DELINEATAE,

ATQUE AD VIVUM EX PROTOTYPO EXPRESSAE,

NEC NON IN CLASSES XXXV. DISTRIBUTAE,
UT FACILIUS CUJUSQUE SIMPLICIS
GENUS, AC SPECIES DIGNOSCANTUR.

OPUS

EQUITIS JOANNIS BAPTISTAE MORANDI
MEDIOLANENSIS
BOTANICI-GALENICI-PICTORIS.



MEDIOLANI, MDCCXLIV.
EX TYPOGRAPHIA PETRI FRANCISCI MALATESTAE.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE



EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO PRINCIPI

JOSEPHO PUTEOBONELLO

S. R. E. CARDINALI
ARCHIEPISCOPO MEDIOLANENSI

EQUES JOANNES BAPTISTA MORANDI

S. P. D.

QUanta fuit Herbarum , ac Seminum ab hominum memoria utilitas & delectatio , tantus ubique gentium eorumdem uſus excrevit , atque inveſtigatio , ut nihil in Orbe terrarum diligentiùs per omnes aetates fuerit exoptatum , quàm hortorum ſtirpes colere , & virtutes noſſe , quarum ope infirmatae per culpam humanae carni adjumenta & ſubſidia praeſtarentur . Quoniam verò hoc potiſſimùm florentiſſimo ſeculo , ſinguli ſua videntur commoda , animique inductionem ſequi , ſi exercitationi , libero honeſtoque viro dignae , ſint dediti ; a prima ego quoque adoleſcentia ad abditas rerum naturalium cauſas inquirendas operam contuli , mutis quidem , ſed ſalutaribus artibus peſtes , morboſque corporis ſanandi ſtudens : quod ut tutiori incedens viá aſſequi poſſem , Herbarum varietates , earumque genera diligenti examine ab earum ortu , uſque ad deceſſum placuit inſpicere , typoſque ſingularum , quas oculis examinavi , fideliter commendare papyro , ne ſimilitudo confunderet , aut memoriae vitium aliam pro alia , quemadomdum in magna rerum farragine perſaepe contingit , mihi poſtmodum ſuppeditaret . Id ultro curas omnes meas ita exercuit , ut Medicorum Animadverſiones , ſive antiqui illi forent , ſive recentiores , qui in detergendis ſurculorum , fructuum , aut radicum proprietatibus ad Medicinae ſubſidium , non planè modi-

modicum, induſtriam ſuam impenderunt, attentè perlegerem, & cuicumque ex cognitis, ac delineatis Herbarum iconibus qualitates adjungerem, quibus aut prodeſſe ſaluti poſſent, aut damnum inferre. Poſtquam Herbarum claſſes ordine dato ſecrevi, Amicorum mihi placuit indulgere conſilio, ſuadentium, ut uno plurium annorum labores colligarem vinculo, praeliſque committerem, quibus temporis longinquitate pene oblitas priſcorum Magiſtrorum obſervationes ad memoriam revocarem, &, ſi quid novae Doctorum Βοτανικῶν indagini patefactum eſt, iſtud ipſum ad commune commodum Medicorum ac Pharmacopolarum cuicumque ſurculorum ſpeciei adnecterem, ne quid, hoc potiſſimùm auxilio, vel in decernendis, vel in efformandis remediis, deſiderandum relinqueretur.

Quum jam tamdem poſt longas vigilias, & plurium menſium ſollicitudinem ad umbilicum perducta ſit haec editio, Tibi, EMINENTISSIME PRINCEPS, inſcribendam exiſtimavi, qui nuper, plaudentibus Civibus, exteriſque, Divino munere inclytam Ambroſii Sedem conſcendiſti, cujus fortunas, atque opera, veluti in imagine ſimillimè praefiguras. Probè equidem noſti, quanto eloquentiae robore, atque ornatu S. hic Praeſul Hexaemeronis Libro III. Cap. VIII. & XIII. de virtute ſeminaria egerit, de germinandi, ac fructificandi modo planè mirabili; & Sacrae Scripturae teſtimonia proferat, quibus Agri ſuavitatem benedictioni, & gratiae Sanctorum comparatam advertit, ita propemodum, ut in hoſce ſenſus erumperet: Quid deſcribam purpuraſcentes Violas, candida Lilia, rutilantes Roſas; depicta rura nunc aureis, nunc variis, nunc luteis floribus, in quibus neſcias, utrum ſpecies ampliùs florum, aut vis odora delectet. Unde & divinè Dominus ait: Et ſpecies agri mecum eſt. Novit etiam Inſulatus Doctor, eam antiquiorem eſſe Medicinam, quae Herbis medicare conſuevit, & ſuccis; ideoque, quid enumerem, inquit, ſuccos Herbarum ſalubres? quid virgultorum, ac foliorum remedia? Non potuit tamen calamum cohibere, quin poſtea exararet: Herbis certè ulcera aperta clauduntur; Herbis curantur interna.
Lib.II. §.55. Quinimmo, & quum de Fide Reſurrectionis diſſereret, phyſica enarratione ſeminum deſcripſit ſolutiones, quomodo iterum coaleſcant, & quodam calore vitali ſpiritum quemdam Herbae viridantis exhalent. Haec omnia quum Tibi cognita dilucidè ſint, EMINENTISSIME ANTISTES, vides etiam, multas mihi hujus inſtituti cauſſas eſſe, ut Volumen iſtud, Herbarum icones, virtuteſque complectens, praeclariſſimo Nomini tuo inſcripto velim. Ea eſt profectò Herbarum myſtica ſignificatio, docente S. Gregorio P. M.,
29. Job. 14. quòd in Scriptura Sacra, aliquando Herba viror gloriae temporalis accipitur; aliquando refectio Diaboli; aliquando ſuſtentatio Praedicatorum, aliquando aeternae vitae ſcientia, atque doctrina: quae ſi bene perpendimus, optimae vitae tuae inſtitutioni pleniſſimè reſpondent; Tu equidem ille es, quem ad altiorem dignitatis gradum Pontificia ſanctione provectum, tanta cunctorum laetitia proſequuta eſt, ut omnis ordinis homines Tibi ipſi, moderatione, comitate, vigilantiâ Infulam Mediolanenſem, & Romanam Purpuram jam antea promerito, collatas poſtmodum, numquam ſatis plauſus, atque amoris teſtificationibus gratulari videantur. Verùm ſi quandoque in ampliſſima hac Tibi demandata Provincia ovis aliqua perdita, deſignatis aberrans è paſcuis, Tartarei Lupi ſe objiciat morſibus, Tu integerrimis edictis, Tu laborioſâ licèt, quam nuper ſuſcepiſti, propriae Dioeceſeos luſtratione, voce, greſſibus, pollicitationibus, minis providè utens, pervigil adeò, ſeduluſque proſequeris, ut Diabolo praedam eripias, & ad bonorum ſocietatem iterum revoces. AEquè curae Tibi eſt auctoritas Sacerdotum, pro quorum diſciplinâ vetuſtas Praedeceſſorum Leges ad praxim revocas, novaſque ſancis, ne quis

Paſtor,

Paſtor, veluti Mercenarius, gregem ſuum deſerat; Sed Te normam, ac ſpeculum ceteris exhibens Adminiſtris, omnes excitas ad enutriendum curae ſuae commendatum populum in verbo, ac ſanctitate veritatis. Quod ut faciliùs, & commodiùs aſſequaris, Eccleſiaſtico Protoantiſtite verè dignas virtutes amplexus es, ut non unius, vel alterius hominum generis, ſed univerſorum utilitati, compoſitis ad rectam vivendi rationem moribus tuis, domi, foriſque optimè conſulas; Tibi enim prae ceteris cordi eſt, ut tenerior aetas imbuatur liberalibus Artibus, & rectis ſenſibus de Divinis, & humanis informentur in ſortem Domini vocati Adoleſcentes; ut Curia tua ſapientibus Moderatoribus non indigeat; Eccleſiarum Collegia, non clamoſis atque illiteratis, ſed religioſis modeſtiſque Miniſtris repleantur; tota denique Metropolis utilibus, & bonis Fidelibus ubique reſplendeat: ad quae omnia, quum tot tantiſque negotiis diſtinearis aſſiduè, ut vix reſpirandi liberè ſit poteſtas, totus nihilominus ſemper incumbis, officiorum gravitatem hilaris oris ſuavitate temperans tam prudenter, ut quemadmodum nulli non aditus patet ad Te facillimus, ſic omnium Te alloquentium ad tua implenda deſideria, immo Dei praecepta, perquam comiter devincias voluntates. Tam magnum Animarum lucrum, & communis erga Te benevolentiae foenus haud licet mirari, quum Te a primis adoleſcentiae exordiis praeſtantiſſimarum Artium ſtudiis exornaveris, in quibus aetatem florentem, ac maturiorem conſumpſiſti, & quae ne nunc negligis quidem, ubi vacuam Eccleſiae Tibi deſponſatae cutis horam, & tantillum laxamenti es nactus, illam ſemper ſitiens Sapientiam, quam ex Aganippeo olim fonte hauſeras, deinde ex Sanctorum Patrum, Canonum Sacrorum, & Chriſtianae Hiſtoriae alveis uberrimè in mentem tuam derivaſti, ut coram Pontifice Maximo tuorum ſtudiorum periculum Romae faciens, laudatorem bene culti promptique ingenii tui illum ipſum ſortitus ſis, quo ſicut Dignitate nemo, ita & Eccleſiaſticorum Dogmatum peritiâ, majores pauci reperiuntur in terris.

Quum igitur Sacerdotii tui, atque Herbarum ſalubrium relatio quaedam intercedat, id unum ſupereſt, mihi revera jucundiſſimum, Te Archiatrum Animarum indigitare, dum Corporum Curatoribus ſubſidium aliquod Scriptis hiſce meis praeſtare contendo, praecipuè quum eâdem nuncupatione Antiſtites alloqui aequi bonique cenſuerit Gregorius M. Boni (Comment. in I. Pſalm. poenit.) Medici officium eſſe, aſſerens, non ſolùm ſalutem reſtituere, ſed etiam reſtitutam cuſtodiae ſedulitate ſervare. Ad id profectò in primis opera tua inſtituiſti, atque in praeſentiarum componis, EMINENTISSIME PRINCEPS, ut ſive Aris addictus, ſeu ſeculi negotiis implicitus quiſque, morum tuorum dulcedine perlectus, a Te nutu, ac voce in viam rectam perduci concupiſcat, immo currere anhelet in odorem unguentorum tuorum; (Cant. Cantic. I.) nam ex quatuor Cardinalium Virtutum rivis, quas Oſtro pariter, atque Actibus inſignis palàm oſtentas, Bernardo Charaevallenſi teſte, tamquam unguentis pretioſiſſimis, (Super Cant. Serm. 22.) ſuper montes aromatum de coeleſtibus ſpeciebus confectis, tanta Eccleſiae tuae nares odoris ſuavitas replevit, ut mox excitata illa dulcedine, ſupernum properet ad Sponſum, tamquam verè illa Regina Auſtri, feſtinans a finibus terrae audire Sapientiam Salomonis; ideoque a Te Patre optimo coelitus dato Mediolanenſes repetunt, quod olim de Jacob filio S. Iſaac: Odor tuus, (Geneſ. 27.) ſicut odor agri pleni; quos jucundum procul dubio videre eſt, ad Templa, ad preces, ad Myſteria Divina frequentiores convolare, praeſentiâ, ac pietate tua per Urbem, Pagoſque odorem gratiſſimum diffundente ex aromatibus myrrhae, & thuris, & univerſi pulveris pigmentarii.

Neque verò extra orbitam divagatum me cenſeo, quum ab Herbis ad Flores converſus

ſus

ſus eſt ſermo meus, ſi perſaepe utriſque uti expedit in Pharmaceuticis officinis, & quàm paucae in tota Herbarum familia reperiuntur ex illis, quae ſuis etiam floribus non coronentur. Neſcio igitur meo etiam calculo non probare prudentiſſimum JPP. nobilis hujuſce Collegii conſilium, qui ut Te Collegam ſuum, Purpuratorum Patrum Coetui adnumeratum, & Metropolis hujus Pallio, publicà, eàque meritiſſima laudum teſtificatione complecterentur, e Lilio flore ſymbolum mutuati ſunt, quo amplam Porticum, regiaſque Aulas affabrè pictis tabellis, magnificoque ſumptu ornatas exhiberent, ad exprimenda Muriee ornati Praeſulis merita, neenon defaecato Sanguine celebrium Avorum res geſtas, quibus a remotioribus ſeculis uſque nunc de Patria benemeriti Nepoti ſuo integritate, prudentià, fortitudine, ceteriſque virtutum dotibus praeivere. Quid enim aptius, quid elegantius ad haec omnia deſcribenda reperiri unquam poterat, quàm Lilium, ſi in hoc ipſo Supremus ille Mundi Servator praeſignari voluit, Lilium Convallium *in Canticorum Libro appellatus?*

Attamen ſi flos iſte vigilantiſſimum Eccleſiae Patrem tam concinnè expreſſit; quidni tot ſurculi, radices, ſtipites, gemmae, folia, culmina, quae in hac Herbarum collectione congeſta ſunt, abundantiùs celebrabunt? praecipuè quum nonnullae Herbae reperiantur, quarum uſus in Veteri ac Nova Lege Sacerdotibus indicebatur ad Sacra peragenda, quemadmodum de Hyſſopo compertum eſt, qua Epiſcopi ſive Templa Deo dicantes, ſive polluta priſtino cultui reſtituentes, ad ſpargendam luſtralem Aquam familiariter adhuc utuntur, quippe quae, Remigio Autiſſiodorenſi Monacho teſtimonium perhibente, Herba ſit humilis, quae radicibus ſaxorum dicitur penetrare duritiam, & interioribus peccatoris medetur incommodis. Significans etiam humilitatem Chriſti, quae duritiam noſtrae obſtinationis confringit, atque immunditias interiores curare novit. *Verùm etſi tot cauſſae non eſſent, quae animos mihi adderent, ut Volumen iſtud Tibi lubentiſſimè exhibeam, PRINCEPS EMINENTISSIME; moveret tamen nihilominus humanitas illa Tua, qua me dudum Auguſtam Taurinorum proficiſcentem, dum aliquantiſper domi meae immorarer benigno affatu foviſti, atque ad perficiendum hoc Opus, quod mente volutabam, ſtimulos adjeciſti. Annuentibus Superis id ipſum completum eſt, eo feliciſſimo tempore, quo Te non Patronum tantummodo, ut olim, ſed Paſtorem amantiſſimum, & Romanae Eccleſiae Ampliſſimum Principem humiliter colo. Eae tamen Te ſemper comitantur benignitas, clementia, & ſuavitas, quibus fretus pro Literaria Republica inſudantes nunquam deſinis adjuvare. Accipe, quaeſo, munuſculum iſtud meum, hominis Tibi pluribus nominibus addictiſſimi perpetuum monumentum, qui Deum O. M. ſupplicibus votis exorabat aſſiduè, ut Te diu omnium bono ſervet incolumem. Vale.*

Apud Martene de Antiq. Eccl. Rit. Tom. II. Lib. II. Cap. XIII.

Dabam Mediolani V. Kal. Octobres MDCCXLIV.

INDEX DISTRIBUTIONIS TOTIUS OPERIS.

Parenteſibus ( ) comprehenſa, Lectores ad Elenchum remittunt : Numerus paginam deſignat.

DISTRIBUTIO I.	PLantæ Submarinæ. (1) ab 1. ad 2.
DISTRIBUTIO II.	Plantæ Terreſtres ſimpliciſſimæ. (2) ab 2. ad 3.
DISTRIBUTIO III.	PlantæTerreſtres ſimpliciores. (2) ab 3. ad 4.
DISTRIBUTIO IV.	PlantæCapillares.(2)ab 4.ad 7.
DISTRIBUTIO V.	Plantæ Gymnopolyſpermæ.(3) ab 7. ad 11.
DISTRIBUTIO VI.	Plantæ Gymnodiſpermæ Umbelliferæ. (4) ab 13. ad 21.
DISTRIBUTIO VII.	PlantęGymnomonoſpermęFlore ſimplici. (6) ab 21. ad 22.
DISTRIBUTIO VIII.	PlantęGymnomonoſpermęFlore planipetalo (7)ab23.ad26.
DISTRIBUTIO IX.	Plantæ Gymnomonoſpermæ, Diſcifloræ, radiatæ. (8) ab 27. ad 33.
DISTRIBUTIO X.	PlantæGymnomonoſpermęCorymbiferæ. (9) ab 34. ad 36.
DISTRIBUTIO XI.	PlantæGymnomonoſpermęCapitatæ non ſquamoſæ. (10)ab 37. ad 38.
DISTRIBUTIO XII.	Plantæ Gymnomonoſpermæ, Flore compoſito, Capitatæ, ſquamoſæ. (10) ab 38. ad 41.
DISTRIBUTIO XIII.	Plantæ Gymnodiſpermæ Stellatæ. (11) ab 41. ad 42
DISTRIBUTIO XIV.	PlantęGymnotetraſpermęVerticillatæ. (12) ab 43. ad 52.
DISTRIBUTIO XV.	Plantæ Gymnotetraſpermæ Aſperifoliæ. (14) ab 53. ad 55.
DISTRIBUTIO XVI.	PlantæGymnotetraſpermæTetrapetalæ. (15) ab 55 ad 56.
DISTRIBUTIO XVII.	Plantæ Monangioſpermæ.(15) ab 56. ad 60.
DISTRIBUTIO XVIII.	Plantæ Diangiæ Polyſpermæ. (16) ab 61. ad 66.
DISTRIBUTIO XIX.	Plantæ Triangiæ Polyſpermæ. (18) ab 67. ad 70.
DISTRIBUTIO XX.	PlantęTriangięTricoccæ.(18) ab 71. ad 73.
DISTRIBUTIO XXI.	Plantæ Tetrangiæ Polyſpermæ. (19) ab 73. ad 74.
DISTRIBUTIO XXII.	Plantæ Pentangiæ Pentacoccæ. (19) ab 74. ad 75.
DISTRIBUTIO XXIII.	Plantæ Polyangiæ Polyſpermæ. (19) ab 75. ad 79.
DISTRIBUTIO XXIV.	MultiſiliquæPlantæ, Corniculatæ, Univalves, Polyſpermæ. (20) ab 79. ad 85.
DISTRIBUTIO XXV.	PlãtęSiliquoſæ(21)ab85.ad87.
DISTRIBUTIO XXVI.	Plantæ Tetrapetalæ Cruciformes, Siliculoſæ, & Siliquoſæ. (22) ab 88. ad 93.
DISTRIBUTIO XXVII.	PlantęLeguminoſęMonoangię, Trifoliatæ (24) ab 93. ad 95.
DISTRIBUTIO XXVIII.	Plantæ Papilionaceæ, Polyphyllæ plerumque. (24) ab 96. ad 102
DISTRIBUTIO XXIX.	Plantæ Bacciferæ. (25) ab 103. ad 110.
DISTRIBUTIO XXX.	Plantæ Pomiferæ (26) ab 111. ad 114.
DISTRIBUTIO XXXI.	Plantæ Apetalæ, Fructu Flori contiguo, Gymnoſpermæ. (27) ab 115. ad 122.
DISTRIBUTIO XXXII.	Plantæ Apetalæ, Flore fructui contiguo, Enangioſpermæ. (29) ab 122 ad 125.
DISTRIBUTIO XXXIII.	Plantæ Apetalæ, Fructu à Flore remoto. (29) ab 125 ad 126.
DISTRIBUTIO XXXIV.	Plantæ Apetalæ, Flore in una Planta ſterili, Fructu aliâ non floriferâ, vocantur Sexu diſtinctæ. (30) ab 126 ad 128.
DISTRIBUTIO XXXV.	PlantæMonocotyledones, foliis ſeminalibus carentes, Bracteatæ. (30) ab 129. ad 138.
APPENDIX.	Ab 139. ad 150.

SERIES TABULARUM.

TAb. II. II. III. IV. V. VI. VII. VIII.	pag. 11.
Tab. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII.	pag. 26.
Tab. XIX. XX. XXI. XXII.	pag. 36.
Tab. XXIII. XXIV. XXV. XXVI.	pag. 42.
Tab. XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV.	pag. 60.
Tab. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XL.	pag. 72.
Tab. XLI. XLII. XLIII. XLIV. XLV. XLVI. XLVII. XLVIII.	pag. 92.
Tab. XLIX. L. LI. LII. LIII. LIV. LV. LVI.	pag. 114.
Tab. LVII. LVIII. LIX. LX. LXI. LXII. LXIII. LXIV. LXV.	pag. 138.
Tab. LXVI. LXVII. LXVIII.	pag. 150.

Die 24. Decembris 1759.

REIMPRIMATUR.

F. Jo: Dominicus Caſſinoni Ord. Præd. Sac. Theol. Magiſter, & Commiſſarius S. O. Mediolani.

J. A. Viſmara Pæn. Major pro Emo, & Rmo D. D. Cardinali Archiepiſcopo.

Vidit Julius Cæſar Berſanus pro Excellentiſſimo Senatu.

LECTORI BENEVOLO.

COnſultum ſatis exiguo ingenio meo haudquaquam credidiſſem, ſi in ipſomet ampliſſimi, ac pene indefiniti operis conſpectù propoſita fuiſſet tamquam ineunda mihi, abſque duce, & praeſidio, immenſa prorſus ſemita, quam Sapientiſſimi Conditoris potentia nedum ad humani generis voluptatem, verùm etiam incolumitatem adeo locupletavit, ut ubique terrarum (quemadmodum Tullius ait De nat. Deor. 1. 2.) Stirpium, & Herbarum utilitates, quas longo uſu percepimus, D. O. M. beneficium fateri nos cogant, quo innumera Semina virere, creſcere, florere, fructificare admiramur.

Verùm quia Divini Largitoris conſilio nequaquam inutilia, veluti abditi Terrae viſceribus theſauri, eſſe debebant virentia germina, contentaeque ad ſalutem vires, ac praeſtantiae, praeclarum, inter caetera dona, humano ingenio lumen adjecit, quo freti, inſtructique non pauci ubique Gentium praeclariſſimi Viri (quos omnes honoris, debitique officii cauſa recenſeo) praeire nos diuturnis ſtudiis, facem nobis ſolerti labore admovere, accuratiſſimis experimentis de germinum praeſtantia certiores facere uſque in hanc diem pro tuenda corporum valetudine, infeſtiſque repellendis morbis, luculentiſſimè potuerunt.

Iſti profectò (quod fateor libentiſſimè) mihi principes fuerunt ad ingrediendam, & ſuſcipiendam ſtudiorum rationem, quibus & delectari coeperam ab adoleſcentia non parum, & jugiter in dies adhaerere non ſine impenſa, nec levibus vitae meae viciſſitudinibus voluiſſe me, ac velle in praeſentia confirmo.

Attamen, quum nec omnes omnia amplecti velint, nec pluribus per aetatem, aliaque obſiſtentia tantae rei momenta complere ſeriem, & ut verius dicam, Herbariae rei collectionem haudquaquam potuerint, contigit, ut praeclara quidem, non omnibus tamen referta commodis, iiſque potiſſimùm, quae Medicae arti famulantur, uno condita Volumine nondum pervenerint in manus hominum documenta. Quidam etenim Herbas indicarunt; eaſdem verò deſcribere, & figurare ipſis minimè curae fuit. Alios in illis delineandis labor detinuit ſedulus; at quantum pro incolumitate hominum valerent, non dixerunt. Semina attulerunt non pauci, Fructus, & Flores Plantarum, quorum in paginis non ſine multo tutae cognitionis diſcrimine Ramuli, & Folia deſiderantur. Sculpta ex aere, lignoque habuimus a nonnullis germina, qui de ipſorum uſu penitus conticeſcunt. Aliis denique definitas medicinalium plantarum ſpecies placuit deſcribere: immo etſi omnes, quae in uſu apud nos ſunt, non ita tamen perſpicua effigie diſcretas, ut unitas nominis in ſummo ſalutis diſcrimine facilè fallere poſſit, ne dicam probatiſſimorum Virorum teſtimonio ipſam decepiſſe aliquando.

Quorſum tamen haec, quae de aliis judicas? inquit fortaſſe Lectorum quiſpiam. Quorſum? ut ad mea tandem deveniam ſtudia, quorum opus Volumine iſto comprehenſum explicare paucis aggredior: quod ne ſuboſcurè faciam, tria aperiam ingenuè. Quinam ego hac in re: quale ad rem opus; Quibus demum adjumentis pro mea induſtria perfecerim. Compertum omnibus arbitror, propenſiorem unicuique ineſſe in illa ſtudia voluntatem, quae diuturniori diligentia coluerit, & quorum non ſemel periculum fecerit eruditis Viris non improbatum. Contingit propterea, ut aliquem denique peculiarem collegiſſe fructum ſibi videri velit: potiſſimè verò, ſi uno, eodemque tempore propriae famae, (quod honeſtum eſt), & aliorum beneficiis (quod humanius) inſervire facilè poſſit.

Is ergo pro mea tenuitate ſum, qui hac in re operam penè omnem conſumere ſum conatus. Neque pluries defuit, Deo annuente, experiundi laboris occaſio, quum Virorum clariſſimorum, atque itidem Principum nutibus obſequi mihi opus fuit: cujus rei (abſit verbo jactantia) teſtimonia exarare hiſce in paginis commodè poſſem, illorum praeſertim indicibus voluminum, quae perficere mihi datum eſt. Ne tamen videar mea jactare, binos, ex omnibus, tantùm proferam titulos Librorum.

I. *Exterarum, & Rariorum Plantarum, quae in Horto Regio Academiae Taurinenſis excoluntur; Imagines ad vivum expreſſae a Joanne Baptiſta Morandi Mediolanenſi, in tribus Voluminibus in f., atque in Bibliotheca Regiae Univerſitatis ad commune commodum locatae.*

II. *Col-*

II. *Collectio Plantarum, quae in diverſis Europae, Africae, Aſiae, & Americae locis naſcuntur, graphicè delineatarum, expreſſarumque a Joanne Baptiſta Morandi Mediolanenſi unà cum variis illarum nominibus juxta Celeberrimos Rei Herbariae Scriptores; Volumina* XIII. *in f.*, quae in inſigni Ghislerïorum Collegio Papienſi aſſervantur.

Alienis itaque placitis uſque adhuc famulatus, multa quaſi per partes expreſſeram; Placet modò utilitatem proſequi communem hominum, quibus remedia è Plantis, Herbiſque derivata porriguntur. Haec omnia uno volumine comprehendere, virtutem non ex mea, ſed ex Doctiſſimorum Praeceptorum opinione declarare, Stirpes denique tutò ſecernere ſtudui. Quae benefaciendi voluntas nemo certè unus intelliget aliquando, qua ratione alicui poſſit eſſe ingrata.

Integrum Opus triginta quinque in Claſſes fuit diſtributum: Sua quodlibet continetur Claſſe germen, ſua ſingulari notatur Stirpe; Genere, Specieque diſtinguitur: Figura nedum plantae, verum etiam Scapi foliorum, Florum, Fructuum, Seminum, Radicum exhibentur. Quae omnia multis in Voluminibus peculiari colore pinguntur. Certitudo, quae hoc in negotio maximi profectò facienda eſt, non deſideratur. Quippe manibus meis Plantas, Herbaſque obtulit ſedula diligentia, qua veluti ſuſcepto a natura exemplo, eas pro intelligibili menſura, & magnitudine delineavi; poſtmodum fideliter ſculpſi. Moneo inſuper hoc in loco de Capillaribus herbis &c., me ita ipſarum flores, fructus, atque exigua ſemina propoſuiſſe, ut planè dignoſci microſcopio poſſint.

Requirentibus autem ea, quae in hoc opere continentur, ut preſto eſſem, facilemque viam aperirem, Indicem alphabeticum adjeci, cujus Romani Caracteres vera Plantarum nomina, Italicae verò litterae Sinonyma indicant. Quod non parum adjumenti, atque etiam lucis affert rem expoſcentibus, quum Herbae unius multoties non idem apud diverſas gentes ſit nomen.

Judicabunt nihilominus aliqui fortaſſe de meo veluti non abſoluto Opere, & imperfecto; nec ſteti ſſe, inquient, nec promiſſis, qui Herbas Medicinae uſui addictas pollicitus, multas praeterire non dubitaverim. Nos is ego ſum, qui univerſa ad omnem Medicinae uſum aliquando per hominum ingenia comparanda promiſerim. Satis feciſſe muneri meo, & pollicitis certè reor, ſi adhibitas ad ſalutem Herbas in unum redegerim; neque hoc parcè, ſed abundè, atque ſecurè; recenſens ultro illas, & declarans, quae praeteritis temporibus frequentiori uſu tractabantur. Me potius ipſe criminor, qui aliorum, & meo quoque genio indulgens, plura ad ornatum appoſuerim.

Spectandum prae omnibus eſt, an ad libitum, temere, inconſultò, vel potius ex celebriorum Scriptorum praeceptis, teſtimonio, atque explanatione confecerim. Quod quidem adeo proſequutus ſum firmiter, ut qui mihi objicere, adverſari, contradicere velit, procul dubio intelligat, negotium faceſſere Auctoribus praeclariſſimis, quos omnia mihi ſuppeditaſſe, perſpicuè patefacio.

Quamquam tamen inſigniores artis hujus Viri ſe mihi duces praebuerint de exilibus adhuc dubitare ingenii mei viribus cogor, ne audacter nimis mentem meam omni prorſus erroris periculo abſolvam, quum non raró ſublimia quoque ingenia, in re aliqua levioris momenti defeciſſe cognoſcant. Recreat tamen me ſummopere humanitas tua, Lector benevole, qui veniam illam, quam nulli hominum denegare homines ſolent, mihi ſuaviſſimè impertieris: Faciliùs quidem, quo magis judicium tuum doctrina regitur, quae hoc potiſſimum callet, omnes nempe in errorem rapi aliquando, atque hallucinari. Spectabit eadem humanitas tua, meum qualecumque alienae ſtudium utilitatis; ſpectabit praeſtantiſſimorum hac in facultate Praeceptorum delectum; meam denique erga omnes ſpectabit obſervantiam, quae ſolius veritatis ſectatrix, ſua proferens, neminem accuſat, aut damnat; neque poenitebit me aliquando laboris mei non modici ſanè; facere enim hoc non ſine injuria poſſem Virorum genere, dignitate, ac prudentia praeſtantium, qui non raró, & me, & partem aliquam operis inviſentes, eò ampliùs cohortabantur, ut facerem, hominem impellentes conſiliis, & rationibus, qui voluntati ſuae, & alienae morem gerere opinabatur.

Si autem fuerint adhuc, quos (quemadmodum diverſa hominum fert opinio) cogitationibus meis minimè obſecundare praeſenſerim, dicam integra animi mei obſervantia, me omnibus honorem praeſtare; meque itidem multum omnibus debere: iis, qui me excitaverint, quia diligentiùs fecerim; iis verò, qui improbaverint, quia expleverim abundantius.

NO-

NOMENCLATURA AUCTORUM, QUORUM MENTIO FIT IN HOC OPERE.

A

A Coſt. A COSTA *Chriſtophorus*; & *Joſephus*.
Actuar., & Act. ACTUARIUS.
Adv. ADVERSARIA &c. Auctoribus *Petro Pena*, & *Matthia de Lobel*.
Adv. Part. 2. ADVERSARIORUM Pars altera.
AEgin., & AEginet. AEGINETA *Paulus*.
AElian. AELIANUS *Claudius*.
AEtius. AETIUS *Amidenus*, ſeu *Amida*.
Aldin. ALDINUS *Tobias*.
Aldrov., & Aldrovan. ALDROVANDUS *Ulyſſes*.
Alp., & Alpin. ALPINUS *Proſper*.
Amat. AMATUS Luſitanicus *Joannes Rodriguez*.
Ambr., & Ambroſ. AMBROSINUS *Bartholomæus*; & *Hyacinthus*.
Amman. AMMANNUS *Paullus*; & *Jo. Conrad.*
Ang. ANGUILLARA *Ludovicus*.
Avic., & Avicen. AVICENNA *Aboali Abinſceni*.

B

Bac. BACCIUS *Andreas*.
Baniſt. BANISTER *Joannes*.
Bartholin. BARTHOLINUS *Caſpar*; *Eraſmus*; & *Thomas*.
Bayr. BAYRUS *Petrus*.
Bellon. BELLONIUS *Petrus*.
Bemb. BEMBUS *Petrus*.
Beſl. BESLERUS *Baſilius*.
Bocc. BOCCONUS *Paulus*.
Bod. à Stapel STAPEL *Bodæus à*
Boerh. BOERHAAVIUS *Hermannus*.
Boerh. Ind. Pl. BOERHAAVIUS Index Plantarum.
Boerh. H. Pl. BOERHAAVIUS Hiſtoria Plantarum.
Boët. BOETIUS de BOODT *Anſelmus*.
Bon. BONTIUS *Jacobus*.
Bov. BOVIUM.
Bowl. BOWLE.
Boy. BOYLE *Robertus*.
Breyn. BREYNIUS *Jacobus*.
Brunf. BRUNFELSIUS *Otho*.
Bry BRY *Theodorus*.

C

Cadem. CADEMAN.
Cæſ., & Cæſalp. CAESALPINUS *Andreas*.
Cam. CAMERARIUS *Joachimus*; *Alexander*; & *Rudolphus Jacobus*.
C. B. Phytop. *Caſparis* BAUHINI Phytopinax.
C. B. P. *Caſparis* BAUHINI Pinax.
C. B. Prodr. *Caſparis* BAUHINI Prodromus.
C.B.Th.,&Theatr. *Caſparis* BAUHINI TheatrūBotanicum.
Carrichter CARRICHTERUS *Bartholomæus*.
Caſt. CASTOR *Durante*.
Cato CATO *Marcus Portius*.
Chab., & Chabr. CHABRAEUS *Dominicus*.
Chryſip. CHRYSIPPUS.
Cieza CIEZA *Petrus* de
Clav. CLAVENA *Nicolaus*.
Clou CLOU
Cluſ. App. CLUSIUS *Carolus* in Appendice Hiſtorica.
Cluſ. alt. CLUSIUS in Appendice altera &c.
Cluſ. Cur. Poſt. CLUSIUS Curæ Poſteriores.
Cluſ. Hiſp. CLUSIUS rariorum Plantarum in Hiſpania obſervatarum Hiſtoria.
Cluſ. Exot. CLUSIUS Exoticorum &c.
Cluſ. Hiſt. CLUSIUS Rariorum Plantarum Hiſtoria.
Col., & Colum. COLUMNA *Fabius*.
Col. in Rech. COLUMNA in Rechum in Hernandez.
Col. p. I. COLUMNA Stirpium ΕΚΦΡΑΣΙΣ pars prima.
Col. p. II. COLUMNA ecphraſis pars altera.
Col. Phytob. COLUMNA Phytobaſanos.
Columel. COLUMELLA *Junius Moderatus*.
Comm. COMMELINUS *Caſpar*; & *Joannes*.
Cont. CONTI *Livius Ignatius*.
Corbæjo CORBAEJO *Theodorus*.
Cord. CORDUS *Enricius*, alias *Enricus Urbanus*; & *Valerius*.
Corn. CORNARUS *Joannes*, vel *Haynbut*; & *Hangenbut*.
Cornut. CORNUTUS *Jacobus*.
Cortus., & Cort. CORTUSUS *Jacobus Antonius*.
Cratev. CRATEVAS, & CRATEJAS.
Crat. CRATES.
Crol. CROLLIUS *Oſvvaldus*.

D

Dal., & Dalech. DELECHAMPIUS *Jacobus*.
Deod. DEODATUS.
Dieuch. DIEUCHES.
Dioſc., & Dioſcorid. DIOSCORIDES *Pedacius*, *Anazarbeus*.
Dodart DODART *Dionyſius*.
Dod., & Dodon. DODONAEUS, vel DODOENS *Rembertus*.
Dod. p., & Dod. pempt. DODONAEUS *Stirpium Hiſtoriæ Pemptades*.
Dol. DOLEUS *Joannes*.
Donat. DONATUS *Antonius*; & *Marcellus*.
Dorſten DORSTENIUS *Theodorus*; & *Joannes Daniel*.
Durant. DURANTE *Caſtor*.

E

Ephem. EPHEM *German*.
Ettm., & Ettmul. ETTMULERUS *Michaël*; & *Michaël Ernſt*.
Eucar. EUCHAR.
Eugalen. EUGALENUS.
Eupat. EUPATORE.
Euſt. EUSTACHIUS *Bartholomæus*.
Eyſt. *Hortus* EYSTETTENSIS.

F

Fab. FABER *Joannes*; *Honoratus*; *Jo. Franciſcus Nicolaus*; & *Jo. Matthias*.
Fallop. FALLOPIUS *Gabriel*.
Favent. FAVENTINI *Benedicto*.
Fier. FIERI *Baptiſta*.
Flojer FLOJER.
Flor. FLORAE *Lugduno-Batavæ*.
Fontan. FONTANUS *Alexander*.
Foreſt. FORESTUS *Petrus*.
Fracaſ. FRACCASSATUS *Carolus*.
Franc. FRANCUS *Joannes*; *Georgius*; & *Georgius Fridericus*.
Fuch., & Fuchſ. FUCHSIUS *Leonardus*.

G

Gal., & Galen. GALENUS *Claudius*.
Garzia GARZIAS ab Horto.
Gaz. GAZA *Theodorus*.
Gaz. GAZIUS *Antonius*.
Ger. GERARDUS *Joannes*.
Geſn. GESNERUS *Conradus*; & *Joannes Albertus*.
Guid., & Guidon. GUIDONUS.
Guil. GUILLANDINUS *Melchior*.

H

Hal. HALES *Stephanus*.
Hanſoo HANSOO.
Harch. HARCHIUS *Jodocus*.
Hartm. HARTMANNUS *Joannes*.
Helmon. HELMONTIUS *Joannes Baptiſta*.
Herman. HERMANNUS *Paulus*; & *Benedictus*.
Hermol. HERMOLAUS *Barbarus*.
Hernand. HERNANDEZ *Franciſcus*; & *Gonzalez*.
Hildan. HILDANI *Gulielmus Fabritius*.
Hippocr. HIPPOCRATES *Cous*.
Hiſt. Lugd. *Hiſtoria Lugduni*.
Hiſt. Mexic. *Hiſtoria Mexicana*.
Hoffman. HOFFMANNUS *Fridericus*; *Joannes Mauritius*; *Mauritius*; & *Caſpar*.
Holler. HOLLERIUS *Jacobus*.
Homer HOMERUS *Odyſſ.*
Horat. HORATIUS.
H. Amſtel. *Hortus Amſtelodamenſis*.
H. Beaum. *Horti Beaumontiani*.
H. Eyſt. *Hortus Eyſtettenſis*.
H. L. *Hortus Academicus Lugduno-Batavus*.
H. Mal., & Hort. Malab. *Hortus Malabaricus*.
H. Maurocen. *Horti Mauroceni Catalogus*.
H. R. Monſp. *Hortus Regius Pariſienſis*.
Hulſ. HULSE.

Jan-

I

JAnſon. JANSONUS *Thomas*.
J. B. *Ioannes* BAUHINUS.
Imper. IMPERATUS *Ferrantes*.
Johnſ. JOHNSON *Thomas*.
Johnſt. JOHNSTONUS *Ioannes*.
Jolan. JOLANUS.
Iſidor. ISIDORUS *Ioannes*.

K

KIrcher. KIRCHERUS *Athanaſius*.

L

LAc., & Lacun. LACUNA *Andreas*.
Lem., & Lemer. LEMERY *Nicolaus*; & *Ludovicus*.
Leon. LEONICENUS *Nicolaus*.
Lindan. LINDANUS *David*.
Linden. LINDEN *Ioh. Antonides van der*.
Linſc. LINSCHOTUS *Hugo*.
Lob. LOBELIUS *Matthias*.
Lob Ic LOBELIUS *Icones Stirpium*.
Lob. Obſ. LOBELIUS *Stirpium Obſervationes*.
Lonic. LONICERUS *Ioannes*; & *Adamus*.
Lotich. LOTICHIUS *Ioannes Petrus*.
Lugd. *Hiſtoria generalis Plantarum à* Dalechampio *elaborata*.
Lync. LYNCEUS *Terentius*.

M

MAgnol. MAGNOLIUS *Petrus*.
Magn. MAGNUS *Avitus*.
Magn. MAGNETUS *Georgius*.
Malp. MALPIGHIUS *Marcellus*.
Malp. An. Pl. MALPIGHIUS *Anatom. Plant.*
Marcgr. MARCGRAVIUS *Georgius*.
Martial. MARTIALIS *Gargilius*.
Matth. MATTHIOLUS *Petrus Andreas*.
Mayern. MAYERNE.
Mentez. MENTZELIUS *Albertus*; & *Chriſtianus*.
Meſ. MESUES *Ioannes Damaſcenus*.
Michel. MICHELIUS *Petrus Antonius*.
Minder. MINDERERUS *Raymundus*.
Mitrhid. MITRHIDATE *Pompejus*.
Mizald. MIZALDUS *Antonius*.
Monard. MONARDES *Nicolaus*.
Moriſ. MORISONUS *Robertus*.
M. H. MORISONUS *Plantarum Hiſtoria*.
M. U. MORISONUS *Plantarum Umbelliferarum*.
Munting. MUNTINGIUS *Abraham*.
Muſa MUSA BRASAVOLUS *Antonius*.
Myc. MYCONUS.

N

NEand. NEANDER *Ioannes*.
Neandr. NEANDRI *Michaël*.
Nicand. NICANDER *Colophonius*.

O

ORibaſ. ORIBASIUS *Sardianus, Pergamenus*.
Ovid. OVIDIUS.

P

PAlmer PALMER.
Panarol. PANAROLA.
Paracelſ. PARACELSUS *Aureolus Theoph.*
Parad. Bat. PARADISUS BATAVUS *Pauli Hermanni*.
Paræus PARAEUS *Ambroſius*.
Park. PARKINSONIUS *Ioannes*.
Paul. PAULLUS *Ioannes*; & *Simon*.
Pechelin. PECHELINUS *Ioannes, Nicolaus*.
Pena PENA *Petrus*.
Pharm. Bat. PHARMACOPEA BTAEANA.
Piſo, & Piſon. PISO *Gulielmus*; *Carolus*; & *Nicolaus*.
Plat. PLATEARIUS *Ioannes*.
Plat. PLATERUS *Felix*.
Plin. PLINIUS SECUNDUS *Cajus*, Senior, & Junior.
Plukn. PLUKNETUS *Leonardus*.
Plum. PLUMIERIUS *Carolus*.
Plutarch. PLUTARCHUS.
Pon. PONA *Joannes*.
Port. PORTA *Joannes Baptiſta*.
Poſtius POSTIUS *Joannes*.
Pythag. PYTHAFORAS *Samius*.

R

RAj. RAJUS *Joannes*.
Raj. Hiſt. RAJUS *Hiſtoria Plantarum*.
Raj Hiſt. App. *Ejuſdem Hiſtoriæ Appendix*.
Raj. Meth. *Ejuſdem Methodus Plantarum &c.*
Raj Syn. *Ejuſdem Synopſis Stirpium &c.*
Rapard. RAPARDUS.
Rapin. RAPINUS *Renatus*.
Raſis RASIS, vel RAZY, ARRAZY *Abuccbare Muhamet Medicus, filius Zaccharia*.
Raw. RAWOLFIUS *Leonardus*.
Rayger. RAYGERUS *Carolus*.
Recch RECCHUS *Nardus Antonius*.
Rheed. RHEEDE Van. Draakenſtein *Henricus*.
Riv. RIVINUS *Auguſtus Quirinus*; & *Quintus Sept. Florus*.
Rob ROBINUS *Joannes*; & *Veſpaſianus*.
Robinſon. ROBINSONUS *Tancredus*.
Rond RONDELETUS *Gulielmus*.
Roſslin ROSSLIN alias RHODION *Eucharius*.
Rudbech. RUDBECHIUS *Olaus*; & *Joannes Olaus*.
Ruel. RUELLIUS *Joannes*.
Ruland. RULANDUS.
Ruver. RUVERIUS.
Ruyſch RUYSCH *Fridericus*.

S

SAlernit. SALERNITANUS *Nicolaus*.
Sard. SARDUS *Baptiſta*.
Scherard. SCHERARDUS *Gulielmus*; & *Jacobus*.
Schewend. SCHEWENDE *Lazarus* à
Schrod. SCHRODERUS *Ioannes Samuel*.
Schuvab. SCHUVAB.
Schwen., & Schwencf. SCHWENCFELTIUS *Caſpar*.
Sennert. SENNERTUS *Danielus*.
Serap. SERAPIONIS *Ioannes, filius*.
Seth. SETHUS *Simeon*.
Sim. Paul. PAULLI *Simon*.
Soleand. SOLEANDER.
Stap. STAPEL *Bodæus* à
Sterbeck. STERBECK *Franciſcus*.
Syden. SYDENHAM *Thomas*.
Swert. SWERTIUS *Emmanuel*.
Sylv. SYLVIUS *Arentius*.

T

TAb., & Tabern. TABERNAMONTANUS *Iacobus Theodorus*.
Tachen. TACHENIUS *Otto*.
Teocrit. TEOCRITUS.
Teren. TERENTIUS *Ioannes*; & *Lynceus Ioannes*.
Thal. THALIUS *Ioannes*.
Theoph. THEOPHRASTUS *Tyrtamus, Ereſius*.
Thevet. THEVETUS *Andreas*.
Theocritus THEOCRITUS.
Thor. THORII *Raphaël*.
Trag. DRAGUS *Hieronymus*.
Trallian. TRALLIANUS *Alexander*.
Timot. TIMOTHEUS.
Tit. TITA *Antonius*.
Tlaquilin. TLAQUILIN.
T., & Tournef. TOURNEFORTIUS *Joſephus Pitton* de
T. C. COROLLARIUM *ejuſdem*.
Triumf. TRIUMFETTUS *Joannes Baptiſta*; & *Lælius*.
Turn. TURNEBUS *Hadrianus*.
Turn. TURNERUS *Gulielmus*.
Tur. TURRE *Georgius*.

V

VArr. VARRO *M. Terentius*.
Vesling. VESLINGIUS *Joannes*.
Villanov. VILLANOVA *Arnoldus* de
Virgil. VIRGILIUS *Maro*; & *Marcellus*.
Vitemberg. VITEMBERGIUS.
Vitruv. VITRUVIUS.
Ulyſ. ULYSSI *Mercurius*.
Wepſ. WEPFERUS *Joannes Jacobus*.
Weer WEER.
Weſpf. VVESPFER *Germ.*
VVill. VVILLIUS *Joannes Valerus*.
VVrtz VVRTZ *Felix*.

X

XEmen. XEMENES *Franciſcus*.

Z

ZAc. ZACUTUS.
Zan. ZANONUS *Jacobus*.

EXPLI-

EXPLICATIO PLANTARUM
SEU
HERBARUM
AD USUM MEDICINAE,
QUAE
IN HISTORIA BOTANICA PRACTICA
IN SUAS CLASSES DISTIBUTAE SUNT,
UT FACILIUS DIGNOSCANTUR.

STIRPIUM SIMPLICISSIMAE.

DISTRIBUTIO PRIMA.

PLANTAE SUBMARINAE.

Q*Uæ ſub aquis, aliis corporibus innatæ, vegetant, ex proprio ſuo ſemine deciduo, atque baſi diverſá excepto, ſimplici, humido; incoſpicuo hactenus flore, ovario, ſemine ipſo vix diſtinctè apparente oculis.*

Corallum rubrum majus; Corallum album, Oculatum, Officinarum; Corallum nigrum, *ſive* Antipathes; Corallum aſperum, candicans; Corallum album, fragile, polyſchides, ramuſculis æqualibus contiguis dumoſum; Corallum albidum, digitatum, ramis hinc, inde, contiguis, ad latitudinem diſpoſitis; Muſcus Marinus, *ſive* Corallina Officinarum; Umbilicus Marinus; & Alcyonium ſpongioſum, Officinarum.

CORALLUM.

Forma ſolida, arbuſculæ, vel ſuffruticis cortice muſcoſo tecti; in apice bulla ſemine lacteo fœta. *Vid. Tab. I. Icon.* 1. 5. 6. *pag.* 1.

MADREPORA, *ſive* CORALLUM ALBUM, OCULATUM, OFFICINARUM.

Natura Coralli, ſed poroſa. *Vid. Tab. I. Icon.* 2. *pag.* 1.

KERATOPHYTA, *ſeu* LIHOPHYTON NIGRUM, ARBOREUM, *aut* CORALLIUM NIGRUM, *ſive* ANTIPATES.

Materia lenta, pellucens, inſtar cornu, obducta ſæpe cruſtâ cretaceâ. *Vid. Tab. I. Icon.* 3. *pag.* 1.

COLALLIUM ASPERUM, CANDICANS, AN GYPSIUM CORALLOIDES?

Ex lato principio craſſus exeritur caudex, qui mox in ramos divaricatur, minutiùs diviſos, albicantes, ſuperficie aſperos, tortuoſos. Omnium autem maxime lapideum. Altitudo vix quatuor uncias ſuperat: eſt vero ſubſtantia interna albiſſima, & minutiſſimis poris pertuſa. *Vid. Tab. I. Icon.* 4. *pag.* 1.

MUSCUS MARINUS, *ſive* CORALLINA OFFICINARUM.

Lanugo eſt capilloſa, in ſcopulis Maris reperta, modò lapillis, modò aliis fruticibus Marinis inhærens, præcipuè *Corallo*, quam *Corallinam* vocant. Sunt vel Capillis longioribus, vel brevioribus, Pennati non ſcrupoſi. Scrupoſi non pennati, nec geniculati &c. *Vid. Tab. I. Icon.* 7. *pag.* 1.

UMBILICUS MARINUS, *ſive* ANDROSACES.

Androſace, quæ à verbo Græco ἀνδρεῖος forte dicitur, quod ſignificat virilis, humanus, & σακος ſcutum, clypeus, hinc *Androſaces* herba, id eſt virile ſcutum ob Figuram folii; nam folium ſcutum quodammodò refert, & aliquando ὑδρόσακης, id eſt ſcutum aquaticum: vel ab effectu, quod Hydropicorum aquas ducat. Materia lenta, pellucens, inſtar cornu, obductâ ſæpe cruſtâ cretaceâ, varii, & elegantis quandoque coloris. *Vid. Tab. I. Icon.* 8. *pag.* 1. 2.

ALCYONIUM.

Alcyonium, & *Cæicum*, vel ut alii ex ſordibus ſpumarum craſſeſcentibus, unde in Officinis vocatur *Spuma Maris* &c. *Vid. Tab. I. Icon.* 9. *pag.* 2.

STIRPIUM SIMPLICISSIMAE.

DISTRIBVTIO II.

PLANTAE TERRESTRES SIMPLICISSIMAE.

Q*Uæ vel aere ſupra terram , vel infra eam creſcunt , ſtructurâ ſimpliciſſimâ ; in quâ nec flos , nec fructus , apparent ſenſibus .*

Agaricus , *ſive* Fungus Laricis ; Agaricus auriculæ formâ ; Agaricus Inthybaceus ; Lycoperdon vulgare ; Fungus Thyphoides coccineus Melitenſis ; & Tubera cervina .

AGARICUS . *T* 562.
Forma fungo accedens . *Fabrica* fere fiſtuloſa , multiplici fiſtularum ſerie ſucceſſivo ordine conſtans , quarum infimæ lignoſæ , ſummæ villoſæ , jam durior , & lignoſior , quandoque ſuberi *ſimilis* , alias verò tenerior , friabilis , farinoſa . *Vid. Tab. II. Icon.* 1. 2. 3. *pag.* 2.

LYCOPERDON .
Simplex ſpongioſa formâ , intus fœtiſſima ſemine tenuiſſimo , ad lenes motus , diſplodendo inſtar fumi , ubi maturuerit . *Vid. Tab. II. Icon.* 4. *pag.* 2.

FUNGUS .
Radix mollis , tenella , rara . *Pedunculus* levis , ſpongioſus . *Petaſus* in umbellam expanſus , ſupra æquabilis , membranâ tectus , infra lamellis foliaceis , vel fiſtulis , appoſitis conſtructus , facit partem ſupremam apici pedunculi impoſitam . Hæc pars tota videtur conceptaculum *ſeminis* tenuiſſimi , copioſiſſimi , quod inde deorſum ſpecie haliatus decuſſum , & ſolo ſuo prægnanti creditum , fertile fit . Totâ fabrica levi , ſicciore , fragili , vix in diverſas partes diſtinguendâ , niſi quatenùs fiſtulis exiguis , numeroſiſſimis , conflata apparet . *Fungus Typhoides coccineus Melitenſis* . *Vid. Tab. II. Icon.* 6. *pag.* 3.

TUBERA .
Homogenea fungoſæ , & quaſi ligneſcentis , naturæ corporea . *Vid. Tab. II. Icon.* 5. *pag.* 3.

DISTRIBVTIO III.

PLANTAE TERRESTRES SIMPLICIORES.

S*Tirpes ſimplices quidem , at prioribus compoſitæ magis , & Vaſorum ſeminalium aliqua ſpecie conſpicua ut plurimum .*

Lichen arboreus , *ſeu* Pulmonaria arborea ; Lichen , *ſeu* Hepatica fontana ; Lenticula ; *ſive* Lens paluſtris ; Muſcus ſquamoſus , vulgaris , repens , clavatus ; Muſcus terreſtris , ramoſus , pulcher ; & Muſcus Quernus .

LICHEN .
Fabrica tenuis , coriacea , membranoſa , ſubcornea quandoque ; nunc in chartaceas lamellas ramoſas explicata , nunc in teretes ramulos aſſurgens . *Vaſa* ſeminalia copioſiſſima , acetabuli formâ , fœta abundanti , pulverulento , *ſemine* . *Vid. Tab. III. Icon.* 4. 5. *pag.* 4.

LENS PALUSTRIS , *ſive* LEMTICULA .
Nativitas in aquâ , atque in ejus ſuperficie ſedes . Habitus totus ſimplex , foliaceus . *Radiculæ* tenues , capillaceæ , pellucidulæ . *Vid. Tab. III. Icon.* 6. *pag.* 4.

PLANTAE TERRESTRES , FLORE NON CONSPECTO HACTENUS .

MUSCUS .
Radiculæ tenues , capillaceæ , ſæpe Paraſiticæ . *Flores* vix unquam apparent , niſi unâ forte ab aliis diſtinctâ valde ſpecie . In fine pedunculi fructus , qui conſtat vaſculo oblongo , cylindrico , vel quadrangulo , tecto operculo conico , per maturitatem deciduo , intra vaſculum ſemina multa , minutiſſima &c. *Vid. Tab. III. Icon.* 1. 2. 3. *pag.* 3. 4.

DISTRIBVTIO IV.

PLANTAE CAPILLARES.

P*Lantæ , Capillares dictæ , Europææ , veram familiam conſtituentes , carent caule , & flore hactenus viſibili ; ſemina verò oculo nudo præ tenuitate vix conſpicua in vaſculis intra binas membranulas tenues poſitis gerunt . Ipſa hæc vaſcula in foveis foliis certâ ſerie inſculptis locantur : unde Epiphylloſpermæ appellantur .*

Lingua Cervina Officinarum ; Polypodium vulgare ; Aſplenium , *ſive* Cetrach ; Trichomanes , *ſive* Polytrichum ; Adiantum nigrum , Officinarum ; Adiantum , *ſive* Capillus

pillus Veneris; Ruta muraria; Filix non ramoſa; Oſmunda foliis lunatis, *ſive* Lunaria botrys; & Ophiogloſſum vulgatum.

I. FOLIO SIMPLICIORE.

LINGUA CERVINA.

Capſulæ ſeminales in pronâ parte folii, ſerie vermiculari, tenui cuticulâ tectæ. quæ perrumpitur a maturis hiſce fructibus. Conſtant tenui pelliculâ orbiculari, lenticulari, cavâ, annulo elaſtico cinctâ, quæ maturum fructum rumpens, ſemina diſplodit tenuiſſima. *Folia* ſimplicia, longa, integra. *Vid. Tab. IV. Icon.* 1. *pag.* 4. 5.

II. FOLIO MAGIS COMPOSITO.

POLYPODIUM.

Planta non ramoſa. *Folio* ad nervum uſque ſecto in partes anguſtas, oblongas, non adhærentes pediculo, ſed baſi latâ complectentes nervum; ſæpe laciniæ non ad rachin uſque ſunt diviſæ, ſed folioſâ ſtructurâ continuatæ. *Fructus* duplici ſerie nervo laciniæ parallelâ in ſingulis laciniis naſcuntur, pelliculâ tenui tecti, membranacei, circulo crenato cincti, elaſtico, qui in rectam lineam ſe explicans diſplodit ſemina, intra binas teneriſſimas membranulas nata, anguloſa. *Vid. Tab. IV. Icon.* 2. *pag.* 5.

ASPLENIUM, *ſive* CETRACH.

Folio in ſegmenta breviora, & rotundiora, minus altè inciſa, alternatim quaſi undulatim ſerpentia diſſecto. *Fructibus* occupantibus totam averſam pinnæ faciem, cæterùm ſimilibus polypodii. *Vid. Tab. IV. Icon.* 3. *pag.* 5.

TRICOMANES, *ſive* POLYTRICUM.

Folia foliis ſubrotundis conſtantia quaſi conjugata. *Fructu* ut Filicis. *Vid. Tab IV. Icon.* 4. *pag.* 5.

ADIANTUM, *ſive* CAPILLUS VENERIS.

Folia ſubrotunda. *Fructus* in foliis inſtar fere Polypodii. *Vid. Tab. V. Icon.* 2. 1. *pag.* 5. 6.

RUTA MURARIA.

Folia Rutæ ſimilia. *Fructus* in foliis, Polypodii ſimiles. *Vid. Tab. V. Icon.* 3. *pag.* 6.

FILIX.

Folio ex aliis foliis compoſito, quæ coſtæ adhærent ita, ut utrinque pinnulas ad nervum uſque ſectas habeant. *Fructu* ut Polypodii. *Vid. Tab. V. Icon.* 4. *pag.* 6.

OSMUNDA.

Flore carens; *Fructu* in racemis. *Vid. Tab. V. Icon.* 5. *pag.* 6.

OPHIOGLOSSUM.

Folio unico. *Fructu* lingulato, diviſo in multas cellulas, duplici ordine poſitas, ſemine plenas. *Vid. Tab. V. Icon.* 6. *pag.* 6.

DISTRIBUTIO V.

DE PLANTIS MAGIS PERFECTIS.

P*Lantæ, flore, & fructu manifeſto præditæ, adeoque compoſitâ magis ex organis diverſis fabricâ. Hæ commodè ſatis, ex lege naturæ, in binas ordinantur lineas; quarum prior* Dicotyledonum, Monocotyledonum *altera* titulo *inſignitur: nam exhaurit hæc bifariam inſtituta diviſio numeroſiſſimum ſtirpium floriferarum genus, manifeſtis indiciis, ipſique ſanè Diſciplinæ Herbariæ uſum præſtat.* Polycotyledones, *quam pauciſſimæ hucuſque ſe obtulerunt: ut nondum cogamur tertium hiſce ordinem aſſignare.*

PLANTAE DICOTYLEDONES.

H*Abent ſemen, vel ovum, conſtans binis lobis ſeminalibus, & embryone his utrinque per radiculas innato, atque inter hos recondito; quibus defenditur in longam diem, atque prægnanti ſucco alimentoſo primò nutritur.*

PLANTAE GYMNOPOLYSPERMAE.

Q*Uibus flos hermaphroditus, petalis tribus, pluribuſve, conſtans, natis ex ambitu baſios ovarii, plerumque expanſis circa illud, ſtaminibus intra hæc, & ovarium natis. Ovarium tumeſcenti apici pedunculi innatum conſtat axi erecto ex centro baſios ovarii, cui undique, ut placentæ, accreti hærent utriculi, ſemen, vel ovum, condentes, quod cum involucris ſuis deciduum per maturitatem nudum habetur.*

Chelidonium minus; Hepatica trifolia; Anemone Geranei rotundo folio; Pulſatilla folio craſſiore, & majore flore; Ranunculus pratenſis, erectus, acris; Ranunculus pratenſis, radice verticilli modo rotunda; Quinquefolium majus, repens; Tormentilla; Potentilla, ſeu Argentina; Fragaria vulgaris; Caryophyllata vulgaris; Filipendula vulgaris; Thalictrum majus; Plantago aquatica, latifolia; Clematitis latifolia, dentata; & Clematitis, *ſive* Flammula ſurrecta.

CHELIDONIUM MINUS.

Radix grumoſa, vel granuloſa, perennis. *Folia* ſubrotunda. *Caules* procumbente, florigeri; in apice gerunt placentulam, cujus baſi ſuccreſcit perianthium, plerumque triphyllon, quandoque tetraphyllon, rariùs pentaphyllum, ſemper caducum. *Flos* roſaceus, polypetalis, pen-

pentapetalus ad minimum, expanſus, petalis natis, ex ambitu infimæ baſios placentulæ, intra calicem, cum ſtaminibus numeroſis, natis ex ambitu infimo placentæ, intra petala, & Ovarium. *Placentæ* Ovarium innaſcitur globoſum, cujus ſingula conceptacula, vel ova, unâ incurvâ vaginâ apice fungoſo donatâ inſtructa ſunt. *Vid. Tab. VI. Icon.* 1. *pag.* 7.

HEPATICA TRIFOLIA.

Radix fibroſa, reſtibilis. *Pediculi* foliorum è radice ſurgentes. *Perianthium* monophyllum, in tria ferè, rarò in quatuor, ſegmenta profundè diſſectum, ſtabile. *Flos* roſaceus, polypetalus, pentapetalus naturaliter; ſtaminibus numeroſis ornatus. *Fructus* globoſus; cujus conceptacula ſingula unâ tubâ incurvâ inſtructâ; ut in Chelidonio. *Vid. Tab. VI. Icon.* 2. *pag.* 7.

ANEMONE.

Radix tuberoſa, nodoſa. *Folia* Ranunculi terna, ſimul caulem, inſtar coronæ, ambientia. *Caulis* ſimplex, in faſtigio unum florem gerens. *Apex* caulis tumet in placentulam, in ambitu baſios hujus naſcitur *Flos* nudus, polypetalos; cum ſtaminibus numeroſiſſimis natis ex ambitu baſios intra petala. *Ovarium* placentæ pedunculi innatum, eſt capitulum oblongum, cujus axi longo adhæ ent ova numeroſa, emittentia vaginam apice globoſo inſtructam, abvoluta calyptrâ lanuginoſâ. *Vid. Tab. VI. Icon.* 3. *pag.* 7. 8.

PULSATILLA.

Radix fibroſa, perennis. *Folia* diſſecta, caulem inſtar coronæ amplectentia, ut in Anemone. *Caulis* apicem expandit in placentulam, cujus infimum baſios ambitum coronat. *Flos* nudus, hexapetalos; cum ſtaminibus numeroſiſſimis intra petala ex imâ placentâ ortis. *Ovarium* fit capitulum globoſum, cui adnaſcuntur utriculi villoſi plurimi, inſtructi vaginâ longâ, villoſâ, quaſi eſſet definens in tenue, longum capillamentum, inſtar caudæ plumoſæ. *Vid. Tab. VI. Icon.* 4. *pag.* 8.

RANUNCULUS.

Perianthium pentaphyllum plerunque, quandoque hexaphyllum, ferè caducum. *Flos* roſaceus, pentapetalus plerunque; aut hexapetalus, cum ſtaminibus numeroſis *Fructus* rotundus, vel oblongus; cujus conceptacula ſingula inſtructa ſunt tubâ incurvâ variâ in variis ſpeciebus. Cætera ut in Chelidonio minore. *Vid. Tab. VI. Icon.* 5. 6. *pag.* 8.

QUINQUEFOLIUM.

Radix fibroſa, perennis. *Folia* ternis plura ſummo pedunculo ad unum centrum adnata. *Calix* monophyllus, ſtabilis, quaſi octophyllos, vel decephyllos, inſtar ſtellæ expanſus, cum ſtaminibus numeroſiſſimis ex ambitu baſios ovarii. *Flos* roſaceus, pentapetalus, rarius tetrapetalus, petalis ex ambitu baſios ovarii. *Ovarium* eſt capitulum ſeminale, calice involutum, hemiſphæricum, & ova plura habet inſtructa tubâ erectâ longâ. *Vid. Tab. VII. Icon.* 1. *pag.* 8. 9.

TORMENTILLA.

Omnia ut in Quinquefolio. *Vid. Tab. VII. Icon.* 2. *pag.* 9.

POTENTILLA, *ſeu* ARGENTINA.

Omnia ut in Quinquefolio; ſed non radiata ad unum centrum, verum potius quaſi in alas compoſita, extremo impare. *Vid. Tab. VII. Icon.* 4. *pag.* 9.

FRAGARIA.

Radix fibroſa, perennis. *Folia* terna, nervoſa, radiata. *Flagella* repentia. *Calix* monophyllus, inſtar ſtellæ expanſus in decem ſegmenta æqualia. *Flos* roſaceus pentapetalos; cum ſtaminibus multis, ex ambitu baſios ovarii. *Fructus* hemiſphæricus, pulpoſus, ſemina multa, minuta, externa gerens, tubâ erectâ inſtructa. *Vid. Tab. VII. Icon.* 3. *pag.* 9.

CARYOPHYLLATA.

Radix fibroſa, perennis. *Folia* nervoſa, veluti pinnata, agrimonoidea. *Calix* monophyllus, decaphylloides, ſtabilis. *Flos* pentapetalus, nunc calathi, jam roſæ, effigie; cum ſtaminibus multis, ex uno ambitu baſios ovarii. *Fructus* fere globoſus ſemina habet multa, longa, appoſita, inſtructa tubâ, quæ longâ plumulâ ornatur. *Vid. Tab. VII. Icon.* 5. *pag.* 9. 10.

FILIPENDULA.

Radix fibroſa, cum bulbis appenſis glanduloſis, perennis. *Folia* tenuiter ſecta inſtar millefolii. *Calix* monophyllus, denticulatus, in ſeptem ſegmenta, vel ſex retroflexa diviſus. *Flores* hexapetali, vel heptapetali, paniculatim ſparſi, in caulibus longis, fere nudis; ſtamina numeroſa ex orâ reflexâ calicis. *Fructus* fere rotundus, ſemina plura aggeſta habens ſuis inſtructa tubis. *Vid. Tab. VIII. Icon.* 1. *pag.* 10.

THALICTRUM.

Radix fibroſa. *Folia* lobata, tripartita, umbelliferarum æmula. *Flos* nudus, tetrapetalus, vel pentapetalus, roſaceus, petalis fugacibus, valde ſtaminoſus, ex ambitu baſios ovarii congeſtis in umbelliferæ formam. *Vid. Tab. VIII. Icon.* 2. *pag.* 10.

PLANTAGO AQUATICA.

Radix valde fibroſa, in bulbum coëuns. *Folia* plantaginea. *Caulis* erectus, fere umbelliferus. *Finis* pedunculi explicatur in calicem monophyllum, trifidum, inſtar ſtellæ expanſum primò, dein retrotractum. *Flos* tripetalus, roſaceus, petalis ex margine reflexis, calicis, ſtamina ſex, ex ortu cujuſque petali bina. *Ovarium* fit in *fructus* trigonum ex aggeſtis ſeminibus in majoribus, in minore in globum echinatum, inſtructis ſuâ tubâ. *Vid. Tab. VIII. Icon.* 3. *pag.* 10. 11.

CLEMATITIS.

Radix fibroſa, perennis. *Folia* conjugata. *Flos* nudus tetrapetalus, vel pentapetalus rarius, fere crucis formâ diſpoſitus; ſtamina multa, villoſa, densè congeſta, ex imâ orâ baſios ovarii. *Apex* pedunculi abit in placentam, cui undique adnaſcuntur ova multa, inſtructa tubâ longâ plumatâ. *Vid. Tab. VIII. Icon.* 4. 5. *pag.* 11.

DISTRIBVTIO VI.

GENS PLANTARUM.

QUAE VOCANTUR

GYMNODISPERMAE UMBELLIFERAE.

Apex pedunculi florigeri ſuſtinet ovarium; pericarpio nudum; conſtans binis ovis, aretiſſimè contiguâ ſuperficie concretis, dum immatura creſcunt, diſſilientibus ubi maturuere, tumque adhuc cohærentibus apiculis ſupremis pedunculi ex centro apicis pedunculi ovarii orti, & latentis intra ova; ovarii cacumen coronatur placentâ fungosâ, balſamiferâ, craſſulâ, bifidâ, & ovarium; quælibet placentæ hujus pars emittit unam tubam erectam, apiculo rotundulo inſtructam; ova, parte contiguâ plana, & glabra, ſulcata verò aversâ parte ſpectantur, & gibba ut plurimum. Flos quinquepetalus, roſaceus; petala

petala naſcuntur ex commiſſurâ placentæ, & ovarii, abſque calice, expanſa plerumque, quandoque & introrſum complicata, citò caduca; eſt plerumque hermaphroditus, rarò maſculinus cum hermaphrodito in eadem umbella; ſtamina habet quinque, orta inter petala, ex eâdem commiſſurâ. Faſtigia caulium, & ramorum exeunt in pedunculos eodem ortu multos, coronâ foliaceâ frequenter ſuccinctos, horum quilibet iterum in alios ſimiliter poſitos, qui ovaria floreſque gerunt umbellatim diſpoſita fere in omnibus. Si tamen ovarium, & flos legem dictam ſequuntur, umbellæ verò forma abeſt, huic interim genti accenſebuntur & illæ ſtirpes.

Gens hæc in binas dividitur lineas; Sunt enim vel compoſitis foliis, vel ſimplicibus.

I. FOLIIS COMPOSITIS.

Hujus lineæ ordò primus foliis tenuiſſimè diviſis, ut vix lobi appareant, & ſeminibus minoribus parumper ſtriatis.

Fœniculum vulgare; Cuminum ſativum; Ammi majus; Meum vulgare; Viſnaga; Bulbocaſtanum majus; Seſeli, *ſive* Siler Montanum majus; Liguſticum vulgare; Angelica ſativa; Imperatoria major; Smyrnium majus; Siſarum Germanorum; Tragoſelinum minus; Sium aromaticum; Cicuta major; Chritmum marinum; Apium hortenſe; Apium paluſtre; Aniſum vulgare; Carvi; Coriandrum majus; Daucus ſativus; Daucus vulgaris; Ferula Galbanifera; Anethum hortenſe; Peucedanum majus; Sphondylium vulgare; Paſtinaca ſativa; Paſtinaca ſylveſtris; Panax Coſtinum; Panax Heracleum; Myrris; Chærophyllum ſativum; Perfoliata vulgaris; & Sanicula Officinarum.

FOENICULUM.

Radix fibroſa. *Folia* capillacea. *Petala* florum integra. *Semina* oblonga, craſſiuſcula, gibba, ſtriata. *Vid. Tab. IX. Icon.* 1. *pag.* 13.

CUMINUM.

Radix annua. *Folia* Fœniculi. *Semina* longiora fœniculacris, odore ſingulari prædita. Parvitas plantæ. *Vid. Tab. IX. Icon.* 2. *pag.* 13.

AMMI.

Radix fibroſa. *Flos* petalis cordiformibus, inæqualibus. *Semina* exigua, gibba, ſtriata. *Vid. Tab. IX. Icon.* 3. *pag.* 13. 14.

MEUM.

Radix perennis. *Folia* capillacea, fœniculaceis longe tenuiora. *Semina* longa, fœniculaceis majora, latiora. *Vid. Tab. IX. Icon.* 4. *pag.* 14.

VISNAGA.

Radix fibroſa, annua. *Folia* fœniculaceis latiora, breviora, obtuſiora. *Umbella* contracta fere, & clauſa. *Semina* minutiora longè fœniculaceis. *Vid. Tab. IX. Icon.* 5. *pag.* 14.

BUBLOCASTANUM.

Radix perennis, carnoſa, tuberoſa, pelle coriaceâ tecta. *Folia* Apii, fœniculaceis latiora, petroſelini ſimiliora. *Semina* exigua, oblonga, ſulcata, & gibba. *Vid. Tab. IX. Icon.* 6. *pag.* 14.

SILER.

Folia lobata majora ſegmentis integris, longis, obtuſis, ſine tripartito. *Semina* magna, ſtriata. *Vid. Tab. X. Icon.* 1. *pag.* 14.

LIGUSTICUM.

Folia lobata, margine inciſo, Apii foliis accedentia. *Semina* ut Sileri. *Vid. Tab. X. Icon.* 2. *pag.* 14. 15.

ANGELICA.

Folia alata, diviſa in amplas partes, ramoſa fere. *Semina* ſtriata, magna, craſſa. *Vid. Tab. X. Icon.* 3. *pag.* 15.

IMPERATORIA.

Folia tripartitò diviſa, & ſubdiviſa, minus ramoſa. *Semina* plana, ovata, leviter ſtriata, marginata. *Vid. Tab. X. Icon.* 4. *pag.* 15.

SMYRNIUM MAJUS.

Folia magna, varia, quandoque perfoliata. *Semina* craſſa, hemiſphærica, lunata, gibboſa, canaliculata, nigra. *Vid. Tab. X. Icon.* 5. *pag.* 15.

SISARUM.

Radix Napiformis, plurimis ab uno capite pendentibus, perennis. *Folia* pinnata, coſtæ adnata, uno impari extremo. *Semina* anguſta, ſtriata. *Vid. Tab. X. Icon.* 6. *pag.* 15. 16.

TRAGOSELINUM.

Radix cauliformis, acris, in multis. *Folia* pinnata Pimpinellæ Sanguiſorbæ. *Flores* petali bifidi, inæquales. *Semina* oblonga, gibba, ſtriata. *Vid. Tab. XI. Icon.* 1. *pag.* 16.

SIUM.

Radix cauliformis, fibroſa, lignoſa. *Folia* pinnata, conjugatim adnata uni coſtæ, uno impari claudente extremum. *Florum* petala bifida. *Semen* ſubrotundum, gibbum, ſtriatum. *Vid. Tab. XI. Icon.* 2. 3. *pag.* 16.

CICUTA MAJOR.

Radix fibroſa, magna ſatis, & craſſa. *Folia* minutim, multumque diviſa. *Flores* petali bifidi, cordiformes, inæquales. *Semen* breve, rotundum, ſtriatum. *Vid. Tab. XI. Icon.* 4. *pag.* 16.

CRITHMUM.

Radix fibroſa, ſparſa. *Folia* ſucculenta, craſſiuſcula, anguſta, trifida, diviſa, & ſubdiviſa. *Semen* planum, leviter ſtriatum, involucrum ponens. *Vid. Tab. XI. Icon.* 5. *pag.* 17.

APIUM.

Radix ſatis magna in plurimis. *Folia* alata ad coſtam ramoſam, diviſa in ſegmenta plerunque minora. *Flores* petali æquales, integri. *Semina* gibba, ſtriata. *Vid. Tab. XII. Icon.* 1. 2. *pag.* 17.

ANISUM.

Radix annua, fibroſa. *Folia* Apii hortenſis latiora, in oris dentata. *Semina* parva, ſtriata, odore, & ſapore grato. *Vid. Tab. XI. Icon.* 6. *pag.* 17.

CAR-

CARVI.

Radix annua, fibroſa. *Folia* tenuiter laciniata, coſtæ conjugatim adnata, ſine pedunculis. *Flores* petali bifidi, cordiformes, apice introrſum flexo. *Semina* longiuſcula, exigua, gibba, ſtriata. *Vid. Tab. XII. Icon.* 3. *pag.* 17. 18.

CORIANDRUM.

Radix annua, fibroſa. *Folia* inferiora lata, ſuperiora tenuiter inciſa. *Petala* florum inæqualia, cordiformia. *Fructus* ex duobus ſeminibus hemiſphæricis, vel ſphæricis, conſtat. *Vid. Tab. XII. Icon.* 4. *pag.* 18.

DAUCUS.

Radix carnoſa in pleriſque. *Folia* tenuiter ſecta. *Umbella* matura, cava, contracta, nidum avis exprimens; in pleriſque, ſuccincta foliis latiuſculis. *Semina* villoſa inſtar pediculorum. *Vid. Tab. XII. Icon.* 5. 6. *pag.* 18.

FERULA.

Radix valida, ſucculenta, lacteſcens. *Caules* fungoſi, medullâ pleni, igni ſuſcipiendo apti. *Semina* perampla, ovata, tenuia, involucrum ponentia, plerumque per maturitatem nigra. *Vid Tab. XIII. Icon.* 1. *pag.* 18.

ANETHUM.

Radix annua, tenera, fibroſa. *Folia* capillacea, fœniculacea. *Semina* ovata, plana, ſtriata, marginata. *Vid. Tab. XIII. Icon.* 2. *pag.* 18. 19.

PEUCEDANUM.

Radix vivax, alte depacta, comoſa. *Folia* alata, anguſta, graminea, trifariam diviſa. *Semen* planum, ferè ovatum, leviter ſtriatum, marginatum. *Vid. Tab. XIII. Icon.* 3. *pag.* 19.

SPHONDYLIUM.

Radix perennis, longa. *Folia* maxima, varie laciniata. *Florum* petala bifida, cornuta, petalo exteriori cæteris majore. *Semen* amplum, planum, ovatum, apice introrſum emarginato, ſtriatum, involucrum plerumque deponens, lituris nigris in ſuperficie contectum. *Vid. Tab. XIII. Icon.* 4. *pag.* 19.

PASTINACA.

Radix craſſa, carnoſa, ſucculenta. *Folia* lata, ampla, grandia, coſtâ craſsâ fulta. *Semen* ovatum, amplum, tenue, marginatum, involucrum deponens. *Vid. Tab. XIII. Icon.* 5. 6. *pag.* 19.

PANAX.

Radix craſſa, rugoſa, ſuperiùs comoſa. *Folia* alata, oblonga, aut ſubrotunda, in ambitu crenata. *Semen* ſubrotundum, amplum. *Vid. Tab. XIV. Icon.* 1. 2. *pag.* 19. 20.

MYRRIS.

Petala inæqualia. *Semen* ſtriatum, roſtrum avis exprimens. *Vid. Tab XIV. Icon.* 3. *pag.* 20.

CHAEROPHYLLUM.

Omnia ut in Myrrhide; ſed *ſemina* non ſtriata. *Vid. Tab. XIV. Icon.* 4. *pag.* 20.

PERFOLIATA VULGARIS.

Folio a caule perfoliato, & umbellis coronâ foliaceâ ſuccinctis. *Vid. Tab XIV. Icon.* 5 *pag.* 20.

SANICULA OFFICINARUM.

Finis pedunculi fit calix monophyllus, quinquefidus, in quo *flos* pentapetalus, petalis arctè contractis, & accuratè tegentibus ſtamina duo, tria, quinque; atque hic eſt flos mas; alii flores ſunt hermaphroditi, in calice quinquefido, habentes petala quinque, quæ arctè contracta tegunt accuratè ſtamina duo, tria, quinque, circumpoſita ovario, conſtante binis ovis lappaceis, inſtructis ſuâ tubâ erectâ. *Semina* gibba, echinata. *Vid. Tab. XIV. Icon.* 6. *pag.* 21.

DISTRIBUTIO VII.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE FLORE SIMPLICI.

HAE claſſem conſtituunt; in quâ flores ſimplices quidem, at formâ varii, innati apici ovarii, quod diverſæ admodum eſt fabricæ. Semina nuda, ſolitaria poſt flores ſingulos, uno calice comprehenſos.

Valeriana major, odorata radice; Valeriana ſylveſtris, major; Valeriana Celtica, *ſive* Nardus Celtica; Plumbago, *ſive* Dentillaria; Jalapa Officinarum, fructu rugoſo; & Agrimonia Officinarum.

VALERIANA.

Folia conjugata. *Caulis* floriger, diviſus umbelliferarum more; umbellis majoribus, minoribuſque, bina foliola longa ſupponuntur. Finis tandem pedunculi emittit ſimilia duo foliola, calicis vicem præſtantia. Ex centro apicis pedunculi, intra hæc foliola ovarium enaſcitur oblongum, cujus fimbriato apici innaſcitur. *Flos* monopetalus, infundibuliformis, quinquefidus, nudus, inſtructus tribus ſtaminibus ex pariete interno floris enatis. *Tubus* inferior floris, quâ hæret ovario, ſæpè calcar cæcum ejicit ad latus. *Semen* oblongum, depreſſum, in anguſtum porrectum, fere planum, pappoſum. *Ovarii* apicis centrum emittit tubam longam. *Vid. Tab. XV. Icon.* 1. 2. 3. *pag.* 21. 22.

PLUMBAGO.

Radix fibroſa, craſſa, carnoſa, fervida, perennis. *Folia* alterna, integra. Finis pedunculi brevis explicatur in calicem, tubiformem, monophyllum, quinquefidum, valde hiſpidum; in centro calicis ovarium, tubâ ſuâ inſtructum. *Ovarii* apici innaſcitur flos monopetalus, tubo longo conſtans, ſuperiùs in orbem explicato, ut Jaſmini florem referat, in ſpicas digeſtus. *Vid. Tab. XV. Icon.* 4. *pag.* 22.

JALAPA.

Radix craſſa, carnoſa, longa, ſucculenta, perennis. *Folia* conjugata ſolani. *Rami*, & *caules* geniculati. *Calix* tubæ ſimilis, monophyllus, quinquefidus; intra quem *Flos* monopetalos, infundibuliformis, leviter quinquefidus, ovario inſiſtens. *Ovarium* centro calicis latens, inſtructum tubâ longâ, apice orbiculari donatâ, fit. *Fructus* oblongus, pentagonus, umbilicatus, farinaceum continens. *Vid. Tab. XV. Icon.* 5. *pag.* 22.

AGRIMONIA.

Radix fibroſa, perennis. *Folia* alterna, pinnata, rugoſa, hirſuta. Finis pedunculi dat foliolum longum, tum ei innaſcitur calix monophyllus, quinquefidus, qui condit ovarium, oblongum, ſulcatum, in margine ſuperiore inſtructum multis acutis pinnulis, coronæ inſtar poſitis, expanſiſque, & duabus tubis, dein margo ſuperior ovarii explicatur in calicem quinquefidum, ſtellatum; intra quem *Flos* roſaceus, pentapetalus, vel hexapetalus, in ſpicam congeſtus, quindecim ſtaminibus præditus. *Ovarium* fit *fructus* oblongus, echinatus, lappaceus, ſiccus, gemino nucleo fœtus. *Vid. Tab. XV. Icon.* 6. *pag.* 22.

GYM-

CLASSES PLANRARUM HISTORIAE BOTANICAE PRACTICAE:

GYMNOMONOSPERMAE FLORE COMPOSITO.

HIs *flos plantæ conſtat ex minoribus floſculis, petalorum munere fungentibus, atque uno communi calice ſuſtinetur; ſinguli verò floſculorum monopetali, ſuo quique proprio ovario innati, propria ſtamina, proprium piſtillum habent; atque unicuique horum ſuum, idque unum, ſemen ſuccedit.*

Omnes hæ ordinari queunt in binas lineas: quarum prior habet omnes floſculos illos parvos, monopetalos, infra tubulum referentes, qui versùs ſuperiora porrigitur in lamellam planam, Malp. *An. Pl.* 45. 153. *Unde* Planipetalæ Rajo, ſemifloſculoſæ Tournefortio, Irregularibus floſculis compoſitæ Rivino, *appellantur: hi verò floſculi aliquando exiguis foliolis interpoſitis diſtinguuntur. Altera verò linea continet flores compoſitos ex floſculis monopetalis, totis tubos ad ſuperiora plerunque quinquefidos referentibus, qui in ſpeciem ſtellæ expanduntur. Hæ* Diſcifloræ *vocantur* Rajo.

Cunctis ſtamina enata ex interiore tubo floris, tubam petentia coaleſcunt in tubum, orâ ſupremâ gerentem quinque teſticulos. Vaill. 3. 12. Malp. *An. Pl.* 51. 207.

DISTRIBVTIO VIII.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE FLORE PLANIPETALO.

I. LACTESCENTES, ET PAPPESCENTES.

HIs calix *expanditur ex faſtigio pedunculi* monophyllus, multifidus. Apex *pedunculi, intra calicem, format diſcum gibbum, calloſum, multis foveolis pertuſum, officio placentæ fungentem. Inferior pars ovarii, commiſſa foveolæ diſci, eâ fulcitur, aliturque uſque in maturitatem, quâ laxatâ foveâ, extremâque ſuâ parte contractâ, excutitur ovarium.* Ovarium *quodque, oblongum, in faſtigio ſuo gerit pedunculum arctiorem; cujus margo ſuprema, orbicularis, capillamento tenui, ſericeo, coronatur; intra hanc coronam* (pappum *vocant*) *apex ejuſdem pedunculi fit placentula, orbicularis, fungoſa, pinguis, ex centro ſuo emittens* tubam, *longam, apice bifido, ſegmentis extrorſum recurvatis, ſcabris, eminentem extra floſculi ſuprema.* Floſculi *innati apici ovarii, intra pappum, quo ut calice inferiùs ambiuntur, ſunt inferiori parte, internâ, tubuloſâ, emittentes quinque ſtamina, quæ ex ambitu interno floſculi tubam ovarii petentia, uniuntur, in unum tubum concreſcunt, orâ ſupremâ gerentem quinque teſticulos parvos.* Semen, *extuſo flore emarcido, & tubâ, producit in longum pedunculum pappigerum, ſimulque eum reddit graciliorem, tumque cirrhos pappi explicans, fit ventis portatile; in aliis autem, defectu talis pedunculi, manet pappus limbo ſupremo ſeminis accretus.* Malp. 51. 207., 72. 294. & 295.

Lactuca ſativa; Lactuca ſylveſtris, odore viroſo; Sonchus lævis laciniatus, latifolius; Sonchus aſper, non laciniatus; Hieracium murorum, folio piloſiſſimo; Hieracium latifolium, Genevenſe, foliis Conyzæ majoris, Monſpeſſulanæ; Lens Leonis, latiore folio; Piloſella major, repens, hirſuta; Scorzonera latifolia, ſinuata; Scorzonera latifolia altera; Tragopogon pratenſe, *luteum majus*; Tragopogon purpureo-cæruleum, Porri folio, quod *Artifi* vulgò; Tragopogon Gramineo folio, ſuaverubente flore; Intybus ſativa, anguſtifolia; Intybus ſativa, latifolia, *ſive* Endivia vulgaris; Intybus criſpa; Lampſana; Cichorium ſativum; & Cichorium ſylveſtre, *ſive* Officinarum.

LACTUCA.

Radix fere ſemper fibroſa, annua in pleriſque. *Folia* alterna, lævia. *Rami* velut umbellati. *Calix* ſquamoſus, oblongus, tenuis. *Semina* oblonga, depreſſa, utrinque acuminata. *Vid. Tab. XVI. Icon.* 1. 2. *pag.* 23.

SONCHUS.

Caules teneri, fiſtuloſi. *Capitula* majora. *Calix* delapſis floribus in conum contractus. *Semina* vel parva, longa, anguſta, vel majora ſulcata, vel aſpera quaſi granulata. *Vid. Tab. XVI. Icon.* 3. 4. *pag.* 23. 24.

HIERACIUM.

Caules ramoſi, graciles, habitiores. *Folia* alterna. *Calix* denſus, firmus, expanſus. *Semina* teretiuſcula, anguloſa, vel ſtriata. *Vid. Tab. XVI. Icon.* 5. 6. *pag.* 24.

DENS LEONIS.

Omnia ut in Hieracio. *Caulis* non ramoſus, nudus, unum florem in faſtigio gerens, plerumque fiſtuloſus. *Vid. Tab. XVII. Icon.* 1. *pag.* 24.

PILO-

PILOSELLA.

Radix capilloſa, aut fibroſa. *Folia* oblonga. *Flores* ut in Hieracio. *Vid. Tab. XVII. Icon.* 2. *pag.* 24. 25.

SCORZONERA.

Radix carnoſa, lacte turgens. *Folia* alterna. *Calix* oblongus, ſquamoſus, petalis floris brevior. *Semen* oblongum, involucro plerumque obductum. *Vid. Tab. XVII. Icon.* 3. *pag.* 25.

TRAGOPOGON.

Omnia ut in Scorzonerâ. *Calix* oblongus, non ſquamoſus, cujus ſegmenta porriguntur extra flores, quos inſtar ſtellæ ſuccingunt. *Floſculi* facilè convoluti, ad ſolem explicati. *Vid. Tab. XVII. Icon.* 4. 5. 6. *pag.* 25. 26.

CICHORIUM, *ſive* INTYBUS, ET CICHORIUM SATIVUM, ET SILVESTRE.

Flores è lateralibus caulis, & ramorum in pediculis brevibus. *Calix* inſtar capſulæ contractus. In eo ſemina angulata, cuneiformia, umbilicata. *Vid. Tab. XVIII. Icon.* 1. 2. 3. 5. 6. *pag.* 26.

LAMPSANA.

Calix monophyllus, profundè multifidus. *Capſula* fit ſtriata, fœta *ſeminibus* tenuibus, acutis. *Vid. Tab. XVIII. Icon.* 4. *pag.* 26.

DISTRIBVTIO IX.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE DISCIFLORAE.

HAE digeruntur in binas claſſes. Quarum prior complectitur Plantas, quarum flores diſcoidei quidem, ita tamen, ut ordo floſculorum exterior ex floſculis planipetalis conſtet, qui inſtar coronæ radiatæ cæteros diſciflores amplectuntur. Vocantur Diſcoidei Radiati. *Altera continet flores eoſdem, ſed ordine planipetalorum radiato carentes. Vocantur* Diſcifloræ Nudæ.

GYMNOMONOSPERMAE, DISCIFLORAE, RADIATAE.

FInis pedunculi format calicem, placentam, ſeriem exteriorem ſemifloſculorum, ovaria, & ſemina, ut in Planipetalis. Intra hanc coronam planipetalam hærent alii floſculi hac lege: Ovarium oblongum foveolæ diſci unitum, apice floſculi hac lege: Ovarium oblongum foveolæ diſci unitum, apice ſuperiori gerit floſculum, monopetalum, cylindriacum, faſtigio quinquefido, ſtamina quinque, concreta in tubum, in apice gerunt teſticulos fœcundantes ovarii tubam, quam emittit centrum apicis ovarii bifidam, ſegmentis extrorſum recurvatis, quæ eminent extra tubulum floris.

Aſter omnium maximum, Helenium dictus, *ſive* Enula Campana; Aſter Atticus; Virga aurea vulgaris; Virga aurea anguſtifolia, ſerrata, *ſive* Solidago Saracenica; Jacobæa vulgaris; Doronicum maximum, foliis caulem amplexantibus; Doronicum Plantaginis folio; Tuſſilago vulgaris; Carlina acaulos, magno flore albo; Corona Solis; Chryſanthemum ſegetum, vulgare, glaucum; Bellis ſylveſtris minor; Chamæmelum odoratum; Chamæmelum vulgare; Chamæmelum fœtidum; Matricaria vulgaris, *vel* ſativa; Pyrethrum Officinarum; Ptarmica vulgaris, folio longo, ſerrato, flore albo; Millefolium vulgare, album; Caltha, flore ſimplici; Conyza major, vera; Senecio minor, vulgaris; Eupatorium Cannabinum; Petaſites major, & vulgaris; Filago, *ſeu* Impia; Elichryſum, *ſeu* Stæchas citrina, anguſtifolia; & Elichryſum montanum, flore rotundiori.

I. PAPPOSAE.

Apicis ovarii margo ſe habet ratione pappi generandi, alendi, augendi, perficiendi, ut in Planipetalis.

ASTER.

Radix fibroſa. *Folia* alterna, plerumque integra. *Caules* ramoſi. *Flos* radiatus, ſpecioſus, in calice, ſquamoſo, expanſo. *Vid. Tab. XIX. Icon.* 1. 2. *pag.* 27.

VIRGA AUREA.

Radix fibroſa. *Folia* alterna, integra. *Calix* ſquamoſus. *Flos* longâ ſerie in caulium, & ramorum faſtigio naſcens inſtar virgæ, minor quàm *Aſtericis*, & in pedunculis brevioribus, plerumque aureus. *Vid. Tab. XIX. Icon.* 3 *pag.* 27. 28.

DORIA, *ſeu* VIRGA AUREA ANGUSTIFOLIA SERRATA, *ſive* SOLIDAGO SARACENICA.

Radix fibroſa, perennis. *Folia* ferè integra, oblonga. *Calix* cylindrici tubi formâ. *Vid. Tab. XIX. Icon.* 4 *pag.* 28.

JACOBAEA.

Folia laciniata ſatis profundè. *Calix*, *ut* Doriæ *Vid. Tab. XIX. Icon.* 5. *pag.* 28.

DORONICUM.

Radix valde intricata. *Folia* alterna. *Caules* minus ramoſi. *Flos Aſteris*, major, ſemifloſculi apice trifido; floſculi apice quinquefido. *Calix* expanſus, multifidus uſque in baſin, pelviformis, non ſquamoſis. *Vid. Tab. XIX. Icon.* 6. 7. *pag.* 28.

TUSSILAGO.

Radix repentiſſima. *Flos* numeroſiſſimis barbulis conſtans, in caule quoque ſingularis, *calice* in baſin multifido exceptus. *Vid. Tab. XIX. Icon.* 8. *pag.* 28. 29.

CAR-

CARLINA.

Radix fibroſa. *Facies* Cardui. *Calix* ſpinoſus, amplus. *Flos* radiis ſterilibus, planis, diſco fiſtuloſo. *Semen* pappoſum, vel penicillo coronatum, inhærens fiſtulæ, folio imbricato diſtinctum. *Vid. Tab.* XX. *Icon.* 1. *pag.* 29.

CORONA SOLIS.

Flos Aſteris major. *Calix* ſquamoſus. *Embryones* ſeminum foliolis imbricatis diſtinguuntur in diſco. *Apex* ovarii binis foliolis coronatur, inter quæ flos apici ovarii innaſcitur; unde excuſſis emarcidis floſculis, fiunt *Semina* inſtructa duobus foliolis in apice. *Vid. Tab.* XX. *Icon.* 2. *pag.* 29.

CHRYSANTHEMUM.

Radix annua. *Calix* hemiſphærius, ſquamoſus. *Radii* floris plerumque. *Vid. Tab.* XX. *Icon.* 3. *pag.* 29.

BELLIS.

Radix perennis, fibroſa. *Caulis* rarò ramoſus, ferè ſemper ſimplex. *Apex* pedunculi explicatur in calicem expanſum, ſquamoſum, diviſum. Dein aſſurgit idem apex, intra calicem, in placentam conicam, obtuſam, conſtantem folliculis, cui in ſuperficie accreſcunt ovaria oblonga, quorum apici innaſcuntur floſculi, quorum inferior ſeries planipetala, calici contigua, coronâ radiante totum florem ornat, ambitque, alii diſcum conſtituentes monopetali, quinquefidi continent tubam ovarii intra ſtamina quinque. *Stamina* hæc ex imâ floris tubi internâ parte orta coëunt in tubum ſtaminibus concretis factum. Hinc ſtructura *floris floſculis* radiati patet. *Capitulum*, flore delapſo, in conum obtuſum deſinens. *Vid. Tab.* XX. *Icon.* 4. *pag.* 29.

CHAMAEMELUM.

Radix fibroſa. *Calix* ſquamoſus, expanſus, ſerie foliorum multiplici. *Flos* plerumque radiatus; petalis radiatis plerunque albis; diſco luteo. *Folia* tenuiter ſecta. Cætera Bellidis. *Vid. Tab.* XX. *Icon.* 5. 6. 7. *pag.* 30.

MATRICARIA.

Radix annua, fibroſa. *Folia* multifariam, & per conjugationes ſecta. *Calix* hemiſphæricus, ſquamoſus. *Flos* in faſciculis, vel umbellis, radiis albis plerumque donatus. *Vid. Tab.* XX. *Icon.* 8. *pag.* 30.

PYRETHRUM.

Folia Fœniculacea, Daucis ſylveſtris, & Carrotæ æmula. *Flos* amplus, latus Anthemidi ſimilis. *Radix* longa digitalis craſſitudinis. *Vid. Tab.* XX. *Icon.* 9. *pag.* 30. 31.

PTARMICA.

Folia ſerrata, crenata, diſſecta, inodora. *Calix* ſquamoſus. *Flos* omnino albus, ferè in umbellas digeſtus. *Semina* tenuiſſima. *Vid. Tab.* XX. *Icon.* 10. *pag.* 31.

MILLEFOLIUM.

Folia tenuiſſimè diſſecta. *Calix* ſquamoſus, ferè cilyndriacus. *Flos* in umbellas denſiſſimè congeſtus. *Vid. Tab.* XXI. *Icon.* 1. *pag.* 31.

CALTHA.

Radix fibroſa, annua. *Folia* oblonga, integra, ſucculenta. *Florum* petala in pleriſque in apice crenata. *Embryones* fiunt *capſulæ* curvæ, marginatæ, fœtæ *ſemine* oblongo. *Vid. Tab.* XXI. *Icon.* 2. *pag.* 31.

GYMNOMONOSPERMAE, FLORE COMPOSITO, DISCIFLORAE, NUDAE PLANIPETALA CORONA.

CONYZA.

Calix ſquamoſus, plerumque cilyndriaceus. *Vid. Tab.* XXI. *Icon.* 3. *pag.* 31. 32.

SENECIO.

Calix monophyllus, cylindriaceus, multifidus, inferius leviſſimè ſquamoſus, elapſo flore, atque per maturitatem plerumque deorſum vergens. *Vid. Tab.* XXI. *Icon.* 4. *pag.* 32.

EUPATORIUM.

Radix fibroſa, vivax. *Folia* bina, terna, quaterna, ad eundem exortum per intervalla. *Calix* longus, teres, ſquamoſus. *Flos* in umbellam congeſtus, multis cappillamentis longis, bifidis, ornatus. *Vid. Tab.* XXI. *Icon.* 5. *pag.* 32.

PETASITES.

Radix magna, vivax. *Folia* incana, magna, orbicularia. *Calix* cilyndricus, multifidus, ſquamoſus, communis, floſculis multis in unum collectis. *Flos* in thyrſum congeſtus ante folia enaſcens; inſtructa ſunt ovaria tubâ apice clavato, bifido. *Vid. Tab.* XXI. *Icon.* 6. *pag.* 32.

FILAGO.

Calix ſquamoſus, nec ſplendens, nec ſpecioſus. *Floſculi* inſtar ſtellæ diviſi. Partes ruptæ in filamenta ductilia deſinentes. *Vid. Tab.* XXI. *Icon.* 7. *pag.* 32. 33.

ELICHRYSUM.

Calix ſquamoſus, ſplendidus, aureo, argenteo, aliove inſigni colore pulcher. Cætera inſtar Filaginis. *Vid. Tab.* XXI. *Icon.* 8. 9. *pag.* 33.

DISTRIBVTIO X.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE CORYMBIFERAE.

SEMINE NEC PAPPOSO, NEC ACULEATO, SED SIMPLICI, SOLIDO, CORYMBIFERAE NUDAE DICTAE.

Santolina foliis teretibus; Tanacetum vulgare, luteum; Balſamita major; Ageratum foliis ſerratis; Abſinthium vulgare, majus; Abſinthium Romanum, *ſive* Ponticum vulgare; Abſinthium Santonicum, Alexandrinum; Artemiſia vulgaris; Abrotanum vulgare; & Draco herba.

SANTOLINA.

Radix fibroſa. *Folia* alterna, denticulata, crenata, granulata. *Calix* ſquamoſus, quaſi hemiſphæricus. *Floſculi* multifidi, foliolis imbricatis diſtincti à ſe mutuò. *Flores* in ramis ſingulis ſinguli, terminantes extrema, majores quam in Abſinthio, & Abrotano. *Vid. Tab.* XXII. *Icon.* 1. *pag.* 34.

TANACETUM.

Radix fibroſa. *Folia* alterna, diviſa in ſegmenta pinnata, & crenata. *Flores* majores compacti, in umbellam denſam congeſti. *Calix* ſquamoſus, hemiſphæricus. *Vid. Tab.* XXII. *Icon.* 2. *pag.* 34.

BALSAMITA.

Foliis amplis, integris, ſerratis. Cætera Tanaceti. *Vid. Tab.* XXII. *Icon.* 3. *pag.* 34.

AGERATUM.

Flores in umbellas laxiores digeſti. Habitus quidam pro-

proprius. *Vid. Tab. XXII. Icon.* 4. *pag.* 34. 35.

ABSINTHIUM.

Radix dura, longa, lignoſa, & fibroſa. *Folia* laciniata. *Flores* ut in Abſinthio. *Vid. Tab. XXII. Icon.* 5. 6. 7. *pag.* 35. 36.

ARTEMISIA.

Habitu proprio ab Abſinthio differt. *Vid. Tab.* XXII. *Icon.* 8. *pag.* 36.

ABROTANUM.

Habitu proprio cognoſcitur. *Foliis* capillaceis ferè viridibus. *Vid. Tab.* XXII. *Icon.* 9. *pag.* 36.

DRACO HERBA.

Foliis alternis, Hyſſopi æmulis, imis diviſis, cæteris integris. *Vid. Tab. XXII. Icon.* 10. *pag.* 36.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE FLOSCULIS IN CAPUT FLOSCULOSUM CONGESTIS, HINC CAPITATAE DICTAE.

His floſculi hermaphroditi, parvi, monopetali, multifidi, ſinguli proprio caliculo ſuſtentati, arctè congerunt in unum majus caput, quod rurſum uno calice eſt cinctum, communi plerumque; ſingulis floſculis ſingula ſemina ſubnaſcuntur ita, ut flos ovario innatus ferè ſit.

Dividuntur in non ſquamoſas, & ſquamoſas.

DISTRIBVTIO XI.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE CAPITATAE NON SQUAMOSAE.

His calix communis in unum tumens capitulum aſſurgit.

Scabioſa pratenſis hirſuta, quæ Officinarum; Succiſa, *ſive* Morſus Diaboli; Dipſacus ſylveſtris, *ſive* Labrum Veneris; Eryngium vulgare; & Eryngium Maritimum.

SCABIOSA.

Calix ſtellatim expanſus, profundè diſſectus, ſerie duplici, vel triplici ſquamarum invicem incumbentium. *Floſculorum* ſeries exterior reliquis majores, & ferè bilabiatos, floſculos continet; medii verò intra illos contenti quadrifidi, vel quinquefidi ſunt. *Ovarii* faſtigium coronatur ſpecie calicis, piloſi, foliacei, vel aculeati, quo innatus apici ovarii flos continetur; inferior ejus pars placentæ globoſæ innaſcitur. *Vid. Tab.* XXIII. *Icon.* 1. *pag.* 37.

SUCCISA, *ſive* MORSUS DIABOLI.

Radix abſciſſa, *ſeu* abmorſa. *Folia* oblonga. *Flore* in capitulo globoſo, pluribus petalis fiſtuloſis, ut in Scabioſa. *Vid. Tab.* XXIII. *Icon.* 2. *pag.* 37.

DIPSACUS.

Radix biennis. *Folia* conjugata, inferiori coſtæ parte ſpinoſa. *Finis* pedunculi explicatur in multa folia longa, anguſta, in aculeum deſinentia, quæ inſtar calicis ſuccingunt caput conicum, longum, obtuſum. Id conſtat axi longo, obtuſo, conoïdeo, cui accreſcunt undique foliola rigida, brevia, excavata, aculeato, ſerrato apice inſtructa, fungentia vice caliculi floſculorum. Ex infimâ cavâ parte hujus folioli enaſcitur ovarium tetragonum longum, cujus apex coronâ quadrangulari foliaceâ inſtructum, fungoſâ, orbiculari, placentulâ terminatur, ex cujus centro emittit tubam longam, apice largo inſtructam. Ex apice ovarii, intra coronam ejus floſculus oritur tubuloſus, quadrangulus, quadrifidus, inſtructus quatuor ſtaminibus natis ex pariete interno floris, longè eminentibus extra floſculi ſuprema. Cuncta hæc arctiſſimè eidem axi, & denſiſſimè affixa faciunt caput plantæ. *Vid. Tab.* XXIII. *Icon.* 3. *pag.* 37. 38.

ERYNGIUM.

Folia in caule alterna. *Caules* glabri. *Floſculi* pentapetali, in centrum reflexis petalis, parvi, proprio caliculo tubiformi, quinquefido, infra barbato infixi, intra ſquamulas, in capitulum congeſti echinatum, ſquamoſum, ad baſin coronâ radiatâ aculeatâ ſuccinctum; quæ capitula in umbellas digeruntur. *Ovarium* conſtat duobus ſeminibus, foliaceis aliquando, vel planis. *Vid. Tab.* XXIII. *Icon.* 4. 5. *pag.* 38.

DISTRIBVTIO XII.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE, FLORE COMPOSITO, CAPITATAE, SQUAMOSAE.

Florum capita componuntur ex floſculis monopetalis, fiſtuloſis, in lacinias plerumque longas diviſis. Calix communis capitis à flore delapſo extumeſcit in ventrem ſquamoſum, turgidum, capitis æmulum.

Singulis floſculis unum ſubnaſcitur ſemen, quod pappoſum, aculeatum, coronatum, uno modò caſu ſolidum.

Car-

Carduus Marianus, *ſive* lactei maculis notatus; Carduus Benedictus; Cinara hortenſis, foliis non aculeatis; Carthamus Officinarum, flore croceo; Jacea nigra, pratenſis, latifolia; Centaurium majus, foliis in lacinias plures diviſis; Centaurium majus, folio Helenii incano; Centaurium majus, folio Helenii anguſtiore; Cyanus ſegetum, flore cæruleo; & Lappa major, Arctium Dioſcoridis.

CARDUUS.

Folia ſemper ſpinoſa, alterna. *Capitula* plerumque ſquamis aculeatis conſtantia. *Spinæ* omni parte rigidiores, frequentiores. *Partes* plantarum ferè lacteſcunt, ſaltem in plurimis. *Vid. Tab.* XXIV. *Icon.* 1. 2. *pag.* 38. 39.

CINARA.

Finis pedunculi explicatur primò in corpus ſquamoſiſſimum, denſiſſimè compactum, cujus dein ſquamæ ingentes latè explicantur, parte inferiori carnoſæ, edules; intra has *Diſcus* carnoſus, craſſus, edulis, cui innaſcuntur caliculi, intra hos ovaria, quorum apici aculeato innaſcuntur *flores* monopetali, tubuloſi, exteriores, magni, ſteriles, interiores monopetali, tubuloſi, ſtaminibus, & tubâ inſtructi. *Vid. Tab.* XXIV. *Icon.* 3. *pag.* 39.

CARTHAMUS.

Semen omni pappo carens. *Vid. Tab.* XXIV. *Icon.* 4. *pag.* 39.

JACEA.

Folia, cauleſque, ſpinis carentia. *Folia* marginibus æqualibus, non ferratis. *Vid. Tab.* XXIV. *Icon.* 5. *pag.* 39. 40.

CENTAURIUM.

Radix perennis. *Folia* non ſpinoſa, ferrato margine. *Calix* non ſpinoſus, ſquamoſus. *Flos* magnitudine ſpecioſâ. *Vid. Tab.* XXV. *Icon.* 1. 2. 3. *pag.* 40.

CYANUS.

Finis pedunculi exit in calicem ſquamoſum valde, lateribus ſquamarum piloſis. Intra hunc *Diſcus* ferè planus, fungoſus; Huic innaſcitur *Ovaria* oblonga, ferè cilyndriaca, ſuperiùs annulo cincta, unde pili lanuginoſi erecti. Intra hos pilos ovario innaſcitur *Flos* in exteriori margine magnus, tubuloſus, in cornucopiæ exiens. Hi ſteriles, tubâ, & ſtaminibus carentes ferè ſemper. *Flores* interiores minores, tubuloſi, ſuprà exeuntes in ventrem orâ quinquefidâ. Ex pariete interno floris inferiore ſtamina in tubam coëuntia, atque arctè amplectentia longam tubam, bifido apice inſtructam, ex centro apicis ovarii enatam. *Floſculi* ambitum conſtituentes floris majoris ſunt majores, monopetali, veluti bilabiati. *Floſculi* meditullium occupantes, minores, atque æqualiter diviſi. *Vid. Tab.* XXV. *Icon.* 4. *pag.* 40.

LAPPA.

Folia maxima, orbiculata. Squamæ capitulorum in mucrones hamatos deſinunt. *Vid. Tab.* XXV. *Icon.* 5. *pag.* 40. 41.

DISTRIBVTIO XIII.

PLANTAE GYMNODISPERMAE STELLATAE.

HIs caules *quadranguli*. Folia *ad nodos caulium, inſtar radiorum ſtellæ, per intervalla circumnata, caules coronant*. Finis *pedunculi ovarium ſuſtinet, quod conſtat binis ovis ſubrotundis, arctè concretis, ſed per maturitatem ſeparandis: emittit medium apicis ovarii duas tubas breves, apice ſcabro, rotundulo, inſtructas*. Flos *hermaphroditus, nudus, monopetalus, ovarii apici innatus, abſque caliculo, parte inferiori utcunque tubuloſus, ſuperiori quadrifariam in quatuor ſegmenta, acuta, ſtellatim expanſa, profundè ſectus, raro in quinque: ſtamina reſpondentia numero ſegmentorum, oriuntur, vel ex interiori tubuloſâ parte, ſi hæc paulò major, vel ex ipſis interſtitiis ſegmentorum ſupra in flore, ſi pars tubuloſa brevior, vel deficiens. Itaque caules quadrati, folia verticillatim nata, flos monopetalus, faciunt, ut verticillatis, quam umbelliferis gymnodiſpermis, proprior gens hæcce cenſeatur, & gentilitii characteris caſtè obſervans*.

Rubia Tinctorum, ſativa; Gallium luteum; Cruciata hirſuta; Aſperula odorata, flore albo; & Aparine vulgaris.

RUBIA.

Folia aſpera. *Fructus* conſtat binis baccis ſucculentis, fœtis *ſemine* umbilicato. *Vid. Tab.* XXVI. *Icon.* 1. *pag.* 41.

GALLIUM.

Folia molliora adhuc. *Cætera* ut Molliginis. *Vid. Tab.* XXVI. *Icon.* 2. *pag* 41.

CRUCIATA.

Folia mollia, ut Gallio, quaterna ad eundem caulis nodum poſita, cætera Molluginis. Conſtant verò *Floribus* in ſummitate caulium. Spicatæ dictæ. *Vid. Tab.* XXVI. *Icon.* 3. *pag.* 41.

ASPERULA.

Folia numero incerta, quatuor plura. *Flores* in faſtigio caulium in formam umbellæ diſpoſiti. *Fructus* ſiccus, conſtans binis globulis, fœtis *ſemine* umbilicato. *Vid. Tab.* XXVI. *Icon.* 4. *pag.* 41. 42.

APARINE.

Radix annua. *Folia*, & *caules*, aſpera valde, numero incerta. *Flores* ſparſim naſcentes. *Vid. Tab.* XXVI. *Icon.* 5. *pag.* 42.

DISTRIBVTIO XIV.

PLANTAE GYMNOTETRASPERMAE VERTICILLATAE.

O*Mnes fere aromaticæ, calidæ, ſuavi, vel graveolenti, haliud manifeſtæ.* Caules *plerumque quadranguli.* Folia *ad caulem oppoſito ſitu conjugata, ſequente ſerie verſum contrarium ſemper obtinente ita, ut deſuper conſpicienti ad decuſſim compoſita appareant.* Calix *florum oblongus, monophyllos, quinquefidus, tubulum, vel cucullum chartaceum, referens ita, ut plerumque ſegmentum ſupremum cæteris ſit longius.* Flores *monopetali, una parte tubulum ſimulante, ſumma verò multifida, exeunt in varias admodum figuras, ut plurimùm in quatuor partes, quarum ſuperior, & erectior* galea, *vel* labium ſuperius labium, *inferior, & propendens* inferius *vel* barba, *binæ laterales* genæ, *vel* fauces *appellantur. Ex interiore, inferiore, tubuloſa, parte floris orta ſemper quatuor ſtamina, inſtructa ſuis teſticulis, connivent, intra floris galeam labiumque tecta latent, tubæmque ovarii arctè circumappoſita hærent. His flores calicibus innexi, & margini ovarii in imo fundo calicis adnati, caulem ad nodos coronant verticilli modo per intervalla hæc confertim coeunt, ut ſpicam imitentur, in quibuſdam ab una modò parte. In fundo calicis, ex apice pedunculi, enaſcitur placentula fungoſa, cui ovarium innaſcitur conſtans quatuor ſemper ovis, arctè connexis; ex centro apicis placentæ tuba erigitur, inter unita quatuor ova aſſurgens, longa, apice acuto bifido prædita, qui apex ſollicitè inter quatuor teſticulos ſtaminum abſconditur, dum flos clauſus, poſtea verò altius eminet; ova in fundo calicis tanquam in vaſculo matureſcunt. Ordo integer harum Plantarum commodè digeritur in tres lineas. Prima continet eas, quibus flos galea & barba ornatur;* Bilabiatas *vocant. Altera complectitur illas, quæ florem barbatum, nec galeatum habent;* Unilabiatas, *vel* Barbatas *dixere. Tertia denique habet floſculis præditas, in quibus vis galea, vel barba apparet,* Simplices *fortè nominandas.*

Lavandula latifolia; Lavandula anguſtifolia; Stœchas purpurea; Stachys fœtida, ſepium flagellis reptatricibus; Stachys paluſtris, fœtida; Betonica vulgaris, purpurea; Thymus vulgaris, folio tenuiore; Serpillum vulgare, minus; Maſtichina; Marrubium album, vulgare; Lamium purpureum, *vel* album non fœtens, folio oblongo; Clinopodium Origano ſimile, elatius, majore folio; Hyſſopus vulgaris; Satureja ſativa; Horminum, Sclarea dictum; Salvia major; Meliſſa hortenſis; Brunella major, folio non diſſecto; Ocymum vulgatius; Sideritis vulgaris, hirſuta, erecta; Hedera terreſtris, vulgaris; Cataria major, vulgaris; Ballote, *ſive* Marrubium nigrum, fœtidum; Calamintha vulgaris, *vel* Officinarum Germaniæ; Acinos, *ſive* Ocymum ſylveſtre; Majorana vulgaris; Dictamnus Creticus; Origanum ſylveſtre, vulgare; Origanum Creticum; Origanum Heracleoticum, Cunilla gallinacea Plinii; Roſmarinus hortenſis, anguſtiore folio; Cardiaca; Chamædrys minor, repens; Marum Syriacum, *vel* Creticum; Chamæpitys lutea, vulgaris, *ſive* folio trifido; Scordium; Polium montanum, luteum; Bugula vulgaris, ſylvatica, cærulea; Mentha rotundifolia, criſpa, ſpicata; Mentha hortenſis, verticillata; Ocymi odore; Pulegium latifolium; & Verbena vulgaris.

PLANTAE GYMNOTETRASPERMAE VERTICILLATAE BILABIATAE.

LAVANDULA.

Floris galeâ ſubrotundâ, bifidâ plerumque, erectâ; barbatâ tripartitâ, ſegmentis ferè æqualibus. *Verticilli* denſius congeſti in ſpicas tenues, graciles, ad faſtigia caulium, & ramorum natas. Odor ſuavis, ſingularis. *Vid. Tab.* XXVII. *Icon.* 1. 2. *pag.* 43.

STOECHAS.

Galeâ erectâ, bifidâ, barbâ tripartitâ; *Flos* apparet quinquefidus. *Spicæ* florum craſſæ, ſquamatæ, foliolis coloratis in cacumine coronatæ. *Vid. Tab.* XXVII. *Icon.* 3. *pag.* 43.

STACHYS.

Folia, Caules, Rami, villoſa, incana, molliſſimâ lanugine. *Galea* fornicatâ, erectâ, bifidâ, barbâ trifidâ, ſegmento medio magno, pendulo. *Flores* primò in verticillos denſos, deinde versùs cacumen in ſpicas congeruntur. *Vid. Tab.* XXVII. *Icon.* 4. 5. *pag.* 44.

BETONICA.

Folia crenata, rugoſa, viridia. *Galea* erecta, imbricata, bifida, barba trifida, ſegmento medio bifido, majore. *Flores* primò in verticillos, deinde ad ſuperiora in ſpicas, digeſti. *Vid. Tab.* XXVII. *Icon.* 6. *pag.* 44.

THYMUS.

Folia brevia, anguſta, rigida. *Caules* lignoſi, parvi, erecti. *Galea* ſurrecta plerumque bifida, barba tripartita. *Floſculi* congeſti in capitula, verticillo inferiore remotius à capitulo hærente. *Vid. Tab.* XXVII. *Icon.* 7. *pag.* 44.

SERPILLUM.

Folia Thymi foliis latiora. *Caules* procumbentes, minus lignoſi, & duri. Cætera Thymo quam ſimillima. *Vid. Tab.* XXVIII. *Icon.* 1. *pag.* 44. 45.

MASTICHINA.

Folia Serpilli foliis majora. *Caules* ſurrecti, frutecoſi.

coſi. *Calix* longus anguſtus, tubuloſus, ſuprà explicatus in quinque longas, graciliſſimas lacinias, cujus omnes partes ſubtili lanugine pubeſcunt ita, ut mera lanugo appareat. *Galeâ* ſurrectâ, bifidâ, barbâ trifidâ, ut ferè appareat pentapeloides. *Verticilli* denſiores, floſculi compacti in capitula oblonga, lanuginoſa, candida. *Vid. Tab. XXVIII. Icon.* 2. *pag.* 45.

MARRUBIUM.

Folia rugoſa. *Calix* longus, quinque aculeatis appendiculis plerumque inſtructus. *Galeâ* ſurrectâ, bicorni, barbâ tripartitâ, faucibus oblongis, gracilibus. *Vid. Tab. XXVIII. Icon.* 3. *pag.* 45.

LAMIUM.

Galeâ cavâ integrâ, barbâ bifidâ, cordiformi. *Calix* quinquefidus, inſtar tubi oblongus. *Semina* triangularia. *Vid. Tab. XXVIII. Icon.* 4. *pag.* 45.

CLINOPODIUM.

Calix longus, tubuloſus, quinquefidus, hirſutus, denſiſſimè aggeſtus. *Galeâ* rotundulâ, ſurrectâ, bifidâ, barbâ tripartitâ. *Flores* in verticillis denſis, cauli circumpoſitis arctiſſimè. *Semina* oblonga. *Vid. Tab. XXVIII. Icon.* 5. *pag.* 45.

HYSSOPUS.

Folia oblonga, anguſta. *Galea* ſurrecta, ſubrotunda, bifida, ſegmento medio inſtar cochlearis cavo, bicuſpide, & quaſi alato. *Verticilli* denſi, longè primò diſtantes, deinde in ſpicam congeſti, unam modò partem caulis occupant. *Vid. Tab. XXVIII. Icon.* 6. *pag.* 45. 46.

SATUREJA.

Folia oblonga. anguſta. *Cauliculi* parvi, acuti, ex uno pedunculus utrinque unus. *Galea* erecta, bifida, barba trifida, ſegmento medio crenulato. *Flores* in alis foliorum ſparſi, non congeſti in capita, nec diſpoſiti verticillatim, nec creſcentes in pediculis ramoſis. *Vid. Tab. XXVIII. Icon.* 7. *pag.* 46.

HORMINUM, SCLAREA DICTUM.

Foliola verticillis ſubjecta diverſæ formæ à cæteris. *Folia* inferiora, rugoſa, texturæ ramoſis. *Calix* tubuloſus, quinquefidus, quaſi bilabiatus. *Galea* falcata, longa, adunca, barba tripartita, ſegmentum medium bifidum, & cavum. *Flores* plerumque ſeni nodos caulium circulatim coronant, & quaſi ſpicati componuntur. *Semina* ſubrotunda. *Vid. Tab. XXVIII. Icon.* 8. *pag.* 46.

SALVIA.

Omnia ferè ut in Sclarea. *Galea* falcata, vel fornicata, barba trifida, ſegmentum medium vix excavatum. *Stamina* florum referunt fabricam oſſis hyoidis ſuo inflexu. *Vid. Tab. XXVIII. Icon.* 9. *pag.* 46. 47.

MELISSA.

Calix longus, quinquefidus, tubuloſus, tribus ſegmentis majoribus ſic unitis, & binis inferioribus ſic unitis, ut bilabiatus appareat. *Galea* ſurrecta, ſubrotunda, bifida, barba tripartita. *Flores* non omninò verticillati in alis foliorum nati, plerumque ſeni, in utroque latere terni. *Vid. Tab. XXIX. Icon.* 1. *pag.* 47.

BRUNELLA.

Galea cava, barba trifida, ſegmentum medium cavum, latius, & productius. *Flores* habent galeam erectam, cavam, integram, longam, barbam trifidam, ſegmentis lateralibus extrorſum replicatis, medio pendulo valde cavo, in ſpicam denſam, ſquamatam, brevem, congeſti, cum foliolis interjectis. *Calix* bilabiatus, ſuperiori ſegmento erecto, trifido, inferiori labio binis ſpinulis armato. *Vid. Tab. XXIX. Icon.* 2. *pag.* 47.

OCYMUM.

Radix annua. *Galea* ſurrecta, ſubrotunda, crenata, quadrifida, amplior quam barba, ſimplex, cava, longa, horizontaliter porrecta, quæ criſpa, vel leviter inciſa. *Calix* tubuloſus, apertus, quadrifidus, ſed pars quinta carens ſegmento habet foliolum tegens, inſtar clypei illum defectum, & eſt parte poſticâ auritum. *Vid. Tab. XXIX. Icon.* 2. *pag.* 47.

SIDERITIS.

Galea ſurrecta, barba tripartita longa, pendula. *Flores* verticillati in alis foliorum plerumque inciſorum inſtar criſpæ. *Vid. Tab. XXIX. Icon.* 4. *pag.* 47.

CAMAECLEMA, *ſive* HEDERA TERRESTRIS.

Radix repentiſſima, & caules in flagella diſtributi. *Folia* craſſa, rugoſa, ſubrotunda, crenata. *Galea* ſurrecta, ſubrotunda, bifida, barba trifida. *Flos* utrinque nodo caulium in pedunculis ramoſis adnatus. *Vid. Tab. XXIX. Icon.* 5. *pag.* 47. 48.

CATARIA.

Pedunculus utrinque unus, ramoſus. *Galea* ſurrecta, ſubrotunda, bifida, barba tripartita, ſegmento medio excavato, amplo, & eleganter crenato, cæteris binis ſegmentis, ut alis, orificium patulum labiorum cingentibus. *Vid. Tab. XXIX. Icon.* 6. *pag.* 48.

BALLOTE.

Radix perennis. *Calix* tubulatus, pentagonus, quinquefidus, condens ſemina oblonga. *Galea* cava, barba trifida, ſegmento medio ampliori, cordiformi. *Verticilli* à medio ad ſummum caulem per intervalla adhærent, in unum plerumque latus vergentes, conſtantque multis in uno communi pedunculo floribus congeſtis. *Vid. Tab. XXIX. Icon.* 7. *pag.* 48.

CALAMINTHA.

Calix longus, tubuloſus. *Galea* ſurrecta, ſubrotunda, bifida, barba tripartita. *Flores* nati in pedunculis ramoſis, oblongis, qui naſcuntur ex alis foliorum. *Vid. Tab. XXIX. Icon.* 8. *pag.* 48.

ACINOS.

Folia Ocymi minoris. *Calix* oblongus, ſtriatus, collo anguſto, ventre turgido, quaſi bilabiatus. *Galea* ſurrecta, ſubrotunda, plerumque bifida, barba, tripartita. *Flos* ex alis foliorum, ſecundum caules, non in capitula congeſtus, nec in pedunculis, ſed in arctos verticillos. *Vid. Tab. XXX. Icon.* 1. *pag.* 48. 49.

MAJORANA.

Galea ſurrecta, ſubrotunda, bifida, barba tripartita, ut flos ferè quinquefidus appareat. *Flores* congeruntur in capitula rotunda, denſa, brevia, conflata ex ordine quaterno foliolorum ſquamatim ſibi mutuò incumbentium. *Vid. Tab. XXX. Icon.* 2. *pag.* 49.

DICTAMNUS.

Calix bifolius, dein alius ad decuſſim prioris, iterum ſic tertius, donec fiat inde ſquamoſum caput; ex centro omnium ſquamarum naſcitur. *Flos*, cujus galea ſurrecta, bifida, barba tripartita. *Floſculi* duo, utrinque unus, exeunt ex ſquamis folioſis, ſimul cum verticillis in longas laxas ſpicas aggeſtis. *Vid. Tab. XXX. Icon.* 3. *pag.* 49.

ORIGANUM.

Calix longus ſimplex, tubuloſus, inter ſquamas foliaceas latens; in hoc eſt *Flos*, galeâ ſurrectâ, ſubrotundâ bifidâ, barbâ tripartitâ, mediâ parte inſtar cochlearis cavâ. *Flores* congeruntur in ſpicas ſquamoſas, muſcarii æmulas aliquando inſtar umbellæ, utrinque unus ex ſquamulis proveniens. *Vid. Tab. XXX. Icon.* 4. 5. 6. *pag.* 49. 50.

ROSMARINUS.

Radix perennis. *Caules* duri, fruteſcentes. *Folia* anguſta, oblonga, graveolentia. *Cauliculi* ex viridi caneſcentes, bidentati, vel tridentati, oblongi, tuboloſi, bilabiati. *Galea* bifida, retrorſum reflexa, quaſi cornuta, cum ſtaminibus aduncis, barba trifida, ſegmento medio inſtar cochlearis excavato, in medio bifido. *Vid. Tab. XXX. Icon.* 7. *pag.* 50.

CARDIACA.

Galea imbricata, & multò longior barbâ ſua trifidâ. *Semina* angulata, totam capſulam brevem validè ex calice factam occupantia. *Vid. Tab.* XXX. *Icon.* 8 *pag.* 50.

PLAN-

PLANTAE GYMNOTETRASPERMAE VERTICILLATAE, BARBATAE NON GALEATAE.

Chamædrys minor, repens; Marum Syriacum, *vel* Creticum; Chamæpitys lutea, vulgaris, *ſive* folio trifido; Scordium; Polium montanum, luteum; & Bugula vulgaris, ſylvatica, cærulea.

CHAMAEDRYS.

Habitus herbaceus. *Folia* quercina, parva, craſſa. *Calix* tubulatus. *Flos* Teucrii. *Vid. Tab.* XXXI. *Icon.* 1. *pag.* 50.

MARUM.

Habitus fruticoſus. Folia Serpilli lanceolata. *Flos* Teucrii unus ex ſingulis alis foliorum. *Odor* acer, volatilis. *Vid. Tab.* XXXI. *Icon.* 2. *pag.* 50. 51.

CHAMAEPITYS.

Folia anguſta, trifida. *Galeæ* loco denticuli, barbi tripartita, ſegmento medio bifido. *Flores* in verticillis rarioribus, duobus plerumque, utrinque uno, ſparſim in alis foliorum, hinc inde. *Vid. Tab.* XXXI. *Icon.* 3 *pag.* 51.

SCORDIUM.

Flos Chamædryos, ex qualibet alâ foliorum unus, vel alter. *Calix* tubulatus. Odor Allii. *Vid. Tab.* XXXI. *Icon.* 4. *pag.* 51.

POLIUM.

Folia plerumque incana. *Stamina* loco galeæ, barba, ut Chamædryos, quinquefida. *Flos* colligitur in capitula innata faſtigiis caulium, & ramorum. *Vid. Tab.* XXXI. *Icon.* 5. *pag.* 51.

BUGULA.

Folia Brunellæ majora, dentata. *Calix* longus, tubuloſus, in quinque, vel & in ſex, profunda ſegmenta ſciſſus. *Flos* galeâ carens, parte ſuperiori ambitu tubuloſæ partis floris terminantur; barba trifida, in tria magna, cava, ſegmenta, diviſa, medio ſegmento bifido. *Flores* diſponuntur in ſpicas denſas, craſſas, interpoſitis foliolis. *Vid. Tab.* XXXI. *Icon.* 6. *pag.* 51. 52.

PLANTAE GYMNOTETRASPERMAE VERTICILLATAE, NEC GALEATAE, NEC BARBATAE.

Mentha rotundifolia, criſpa, ſpicata; Mentha hortenſis, verticillata, Ocymi odore; Pulegium latifolium; & Verbena vulgaris.

MENTHA.

Radix reptatrix. *Flos* quadrifidus, nec galeâ, nec barbâ, apparente, labio tamen utcumque bifido, verticilli denſi. *Odor* ſuavis, balſamicus, aromaticus. *Vid. Tab.* XXXI. *Icon.* 7. 8. *pag.* 52.

PULEGIUM.

Verticilli denſiores; floſculi minimi; labio ſuperiore integro. Cætera Menthæ. *Vid. Tab.* XXXI. *Icon.* 9. *pag.* 52.

VERBENA.

Calix longus, tubuloſus, quinquefidus. *Flos* quinquefidus. *Semina* totum pericarpium implentia. *Flores* in capitulis, vel ſpicis, non verticillis. *Vid. Tab.* XXXI. *Icon.* 10. *pag.* 52.

DISTRIBVTIO XV.

PLANTAE GYMNOTETRASPERMAE ASPERIFOLIAE.

FOlia *ut plurimum aſpera, alterna plerumque, aut abſque ordine adnata cauli.* Caules *ferè teretes.* Caliculi *quinquefidi, aperti, apicibus ſegmentorum ferè acuti ex fine pedunculi.* Flores *monopetali, marginibus quinquepartitis, congeſti ad ſpicas in modum caudæ ſcorpii fabrefactus in plurimis, habentes quinque ſtamina nata ex tubulo floris. In centro calicis erigitur placentula fungoſa, ex centro ejus emergit tuba ovarii, cui accreſcunt quatuor ſemina, nuda, placentæ calicis innata.*

Borrago hortenſis; Bugloſſum vulgare, majus; Anchuſa puniceis floribus; Anchuſa lutea major; Lithoſpermum majus, erectum; Heliotropium majus, Dioſcoridis; Cinogloſſum majus, vulgare; Pulmonaria vulgaris, maculoſo folio; Echium vulgare; & Symphyrtum, *ſive* Conſolida major.

BORRAGO.

Folia latiora, aſpera. *Calix* amplus, quinquefidus, in quinque longos, graciles, ad unguem inciſos, radios inſtar ſtellæ expanſos, diviſus. *Flos* monopetalos, rotatus, ſegmentis quinque majoribus, mucronatis, ſtellatis, ad baſin uſque diſſectis; ex interiore parte floris ad centrum eriguntur quinque parva ſegmenta petaloidea, alba, apice bifido, infra quæ iterum quinque parva ſegmenta erecta, petaloidea, acuta, intra hæc ſtamina. *Semina* rugoſa, viperino capiti ſimilia. *Vid. Tab.* XXXII. *Icon.* 1. *pag.* 53.

BUGLOSSUM.

Omnia ut in Borragine. *Flos* minor orbicularibus ſegmentis. *Vid. Tab.* XXXII. *Icon.* 2. *pag.* 53.

ANCHUSA.

Omnia ut Bugloſſo, ſed radix ut plurimum rubentiſſima. *Vid. Tab.* XXXII. *Icon.* 3. 4. *pag.* 53. 54.

LITHOSPERMUM.

Calix ad baſin uſque ſectus, quinquefidus in quinque longa, gracilia ſegmenta. *Flores* parvi, monopetali, infundibuliformes, multifidi, orâ latâ. *Semina* duriſſima, glaberrima, polita, nitentia, ſubrotunda. *Vid. Tab.* XXXII. *Icon.* 5. *pag.* 54.

HELIOTROPIUM.

Flores in partes quinque majores diſſecti plerumque intercurrentibus totidem minoribus ſegmentis, collecti in ſpicas longas in extremitate inflexas in formam caudæ Scorpii. *Vid. Tab.* XXXII. *Icon.* 6. *pag.* 54.

CYNO-

CYNOGLOSSUM.

Calix monophyllus, quinquefidus, profundè ſectus. *Flos* monopetalus, infundibuliformis, quinquefidus, profundè ſectus, ubi ex anguſto in latum explicari incipit, quinque capitula villoſa, erecta inſtar columnarum cylindricarum, ſub his ex tubo floris quinque ſtamina. *Fructus* conſtat quatuor capſulis aſperis plerumque, & lappaceis, affinis placentæ pyramidali, quadrilateræ, fœtis ſemine plano. *Vid. Tab. XXXII. Icon.* 7. *pag.* 54.

PULMUNARIA.

Calix tubo ſimilis, pentagonus, quinquefidus. *Flos* monopetalos, cylindricus inferius, orâ quinquefidâ in ſegmenta rotunda, pelvim referens, ſuperius, ex lateribus partis cylindricæ internæ eleganter fimbriatis oriuntur quinque ſtamina. *Vid. Tab. XXXII. Icon.* 8. *pag.* 54 55.

ECHIUM.

Calix valdè amplus, in quinque longa, gracilia, ſegmenta, diviſus. *Flos* monopetalos, imâ parte cylindricus, infundibuliformis, inflexus, parte ſuperiore ſuperat inferiorem ita, ut referat quaſi galeam bifidam, & labium trifidum; ſtamina ejus quinque ſunt inflexa, quaſi corniculata. *Semina* viperino capiti ſimilia. *Vid. Tab. XXXII. Icon.* 9. *pag.* 55.

SYMPHYTUM.

Calix uſque ad baſin ſectus in quinque, longa, gracilia, ſegmenta. *Flos* monopetalos, in inferiore parte cylindraceus, orâ, ſuperiore urceum referens quinquefidâ, pendulus, ex interiore, inferiore, parte fiſtulosâ floris, ubi incipit explicari, enaſcuntur quinque ſtamina, & quinque acuti conniventes pali, alternatim. *Semina* polita, lucida, Lithoſpermi. *Vid. Tab. XXXII. Icon.* 10. *pag.* 55.

DISTRIBVTIO XVI.

PLANTAE GYMNOTETRASPERMAE TETRAPETALAE.

U*Nâ familia conſtant, quæ vocatur.*

POTAMOGETON.

Radix fibroſa, vivax. *Folia* ad caules alterna, ad exortum pedunculi florum ſpicatorum bina, juncta ex adverſo. *Calix* tetraphyllos. *Flos* tetrapetalos, in ſpicam congeſtus. *Semina* quatuor, anguloſa, nuda, ſingulis floſculis ſuccedentia. *Vid. Tab. XXXIII. Icon.* 1. 2. 3. *pag.* 55 56.

DISTRIBVTIO XVII.

PLANTAE MONANGIOSPERMAE.

PERFICIENTES SEMINA SUA VASCULIS INCLUSA.

MONANGIAE, POLYSPERMAE, VASCULO BREVIORI.

Q*Uibus à flore quolibet naſcitur unum conceptaculum, condens ſemina multa, placentæ communi adnata per pedunculum exiguum.*

Primula veris umbellata, odorata, pratenſis; Primula veris pallido flore, humilis; Auricula Urſi, flore luteo; Auricula Urſi Myconi, piloſa, cærulea; Nummularia lutea, major; Anagallis phœniceo flore; Gentiana major, lutea; Trifolium fibrinum; Leontopetalon; Alſine vulgaris, *ſive* Morſus gallinæ; Saponaria vulgaris; Been album Officinarum; Myoſotis arvenſis, ſubhirſuta, flore majore; Lychnis arvenſis, glabra, flore majore; Lychnis arvenſis, glabra, flore minore; Ros ſolis, folio ſubrotundo; Caryophyllus hortenſis, ſimplex, flore majore; & Portulaca latifolia, ſativa.

PRIMULA VERIS.

Radix perennis. *Folia* oblonga, rugoſa. *Calix* quinquefidus, pentagonus, mollis, cui inſidet *Flos* monopetalus, hypocrateriformis margine in quinque ſegmenta cordata, bifida, fiſſo, præditus quinque ſtaminibus ex interiore pariete tubuli floris. *Conceptaculum* ſeminale eſt teſta oblonga, in calice recondita, tubâ longâ inſtructa, apice dehiſcente. *Semina* ſubrotundâ. *Vid. Tab. XXXIII. Icon.* 4. 5. *pag.* 56.

AURICULA URSI.

Radix perennis. *Folia* lævia, denſa, pinguia. *Calix* parvus, brevis, ut flos ferè nudus, quinquefidus, rigidus, conſtans. *Flos* infundibuliformis, quinquefidus, ſegmentis bifidis, inſtructus quinque ſtaminibus, brevibus, ex interiore pariete tubuli floris. *Fructus* eſt teſta globoſa, in calice recondita, emittens tubam longam, per maturitatem ovarii apex dehiſcens. *Semina* plurima, exigua. *Vid. Tab. XXXIII. Icon.* 6. *pag.* 57.

AURICULA URSI MYCONI.

Radix perennis. *Folia* ſubrotunda, rugoſa, crenata, Hederæ terreſtris ſimilia. *Calix* parvus, quinquefidus. *Flos* infundibuliformis, multifidus, umbellatus. *Fructus* ſubrotundus, acuminatus, oblongus, in calice hærens. *Vid. Tab. XXXIII. Icon.* 7. *pag.* 57.

NUMMULARIA.

Folia orbiculata, conjugata. *Calix* quinquefidus, occultans capſulam ſeminalem, conſtans quinque longis, gracilibus, inſtar ſtellæ expanſis, ſegmentis. *Flos* monopetalus, rotatus, quinquefidus, ſectus in unguem uſque, præditus quinque ſtaminibus, quæ ex ambitu baſios floris in unum concreſcunt, ex alis foliorum. In fundo calicis placenta, cui innaſcitur ovarium, quod fit *Vaſculum* rotundum; calice reconditum, emittens, tubam longam. *Vid. Tab. XXXIII. Icon.* 8. *pag.* 57.

ANAGALLIS.

Folia conjugata. *Calix* quinquefidus, in quinque longa, anguſta, ſegmenta, inſtar ſtellæ expanſus. *Flos* pentapetaloïdes, ſtellatus, longis pedunculis innixus, ovario circumnatus, cum ſtaminibus quinque. Aliquando calix, & flos habent modò quatuor ſegmenta, tumque

quatuor

quatuor modò ſtamina. *Vaſcula* rotunda, horizontaliter diſſilientia. *Vid. Tab.* XXXIII. *Icon.* 9. *pag.* 57.

GENTIANA.

Folia conjugata. *Calix* monophyllus, membranaceus, inſtar vaginæ. *Flos* calathoïdes, quadrifidus, quinquefidus, ſeptemfidus, octofidus. *Fructus* unicapſularis, membranaceus, ovatus, acuminatus, bivalvis, bicornis. *Semina* plana, orbiculata, marginata. *Vid. Tab.* XXXIII. *Icon.* 10. *pag.* 57. 58.

TRIFOLIUM FIBRINUM.

Radix perennis, repens. *Folia* formâ, & magnitudine fabaceâ, terna in uno pedunculo. *Finis* pedunculi fit calix monophyllus, quinquefidus, expanſus. *Flos* infundibuliformis, quinquefidus, profundiſſimè inciſſus, ſegmentis eleganter per cirrhos albos intus fimbriatus, in thyrſum congeſtus. *Fructus* oblongus, bivalvis, unicapſularis, tubâ longâ apice ſcabro inſtructus, fœtus ſeminibus rotundis, in fundo calicis latens. *Vid. Tab.* XXXIV. *Icon.* 1. *pag.* 58.

LEONTOPETALON.

Radix craſſa, tuberoſa, perennis. *Flos* roſaceus, pentapetalus vel hexapetalus, nudus, quinque ſtaminibus ornatus. *Finis* pedunculi floris placentulam format, intra florem poſitam, orbicularem, cui innaſcitur ovarium, tubâ ſuâ inſtructum, quæ fit veſica anguloſa, ſimplex, acuminata, ex centro fundi hujus axis erigitur rectus, cui adnaſcuntur undique ſemina globoſa. *Vid. Tab.* XXXIV. *Icon.* 2. *pag.* 58.

ALSINE.

Folia conjugata, integra. *Calix* quadrifolius, vel quinquefolius apparet, profundiſſimè diſſectus. *Flos* roſaceus tetrapetalus, vel pentapetalus, petalis integris, vel bifidis, ſtamina aliquando terna, ſingula gerentia duos teſticulos, aliquando ſena, imò & dena quandoque. *Fructus* membranaceus, unicapſularis, ſubrotundus, vel conicus, apice dehiſcens. *Semina* exigua. *Vid. Tab.* XXXIV. *Icon.* 3. *pag.* 58.

SAPONARIA; BEEN ALBUM, *ſive* LYCHNIS.

Folia integra, conjugata. *Calix* integer, tumidior, tubulatus, plerumque ſtriatus, ſtabilis, aliquando ampulloſus orâ anguſtâ. *Flos* Caryophyllæus, pentapetalos, petalis in orbem poſitis, ut plurimum cordiformibus, ſæpe ornatus duobus, tribuſ-ve foliolis corollam fingentibus, ſtamina quinque, vel & plura, uſque ad decem. *Fructus* conicus, calice involutus, apice dehiſcens, tubis tribus pluribuſ-ve inſtructus. *Semina* plurima, ſubrotunda, angulata, vel reniformia. *Vid. Tab.* XXXIV. *Icon.* 4. 5. 7. 8. *pag.* 58. 59.

MYOSOTIS.

Omnia ut in Alſine. *Flos* major. *Fructus* cornu bubulo ſimilis, apice dehiſcens. *Vid. Tab.* XXXIV. *Icon.* 6. *pag.* 59.

ROS SOLIS.

Folia ſetis pubeſcentia guttulas ſtillantibus. *Finis* pedunculi fit calix oblongus, tubulatus, quinquefidus, ſegmentis acutis, intra quem flos roſaceus, pentapetalus, ſtaminibus quinque donatus. *Ovarium* ex centro calicis, intra florem, eſt conicum acuminatum, per maturitatem dehiſcens, fœtum ſeminibus multis. *Vid. Tab.* XXXIV. *Icon.* 9. *pag.* 59. 60.

CARYOPHYLLUS.

Folia oblonga, integra, conjugata, caulibus abſque pedunculis adhærentia. *Calix* bifolius, parvus, includens alternum, parvum, bifolium, deinde oritur ſupra hos tertius cylindricus, membranaceus, ſuprâ quinquefidus. *Flos* pentapetalos, petalis ex longo, tenui, initio in latum excreſcentibus, & ex imo calicis longi pro fundo emergentibus, in orbem poſitis, ſtamina decem habens *Ovarium*, innaſcitur placentæ in fundo calicis ſitæ, eſt inſtructum binis tubis longis, erectis, fitque fructus cylindricus, calice involutus, apice dehiſcens, fœtus ſeminibus foliaceis. *Vid. Tab.* XXXIV. *Icon.* 10. *pag.* 60.

PORTULACA.

Folia ſucculenta, craſſiuſcula. *Calix* monophyllus, bifidus, ovario arctè adhærens. *Flos* roſaceus, pentapetalus. *Ovarium* ex calicis fundo, fit vas ovatum, conſtans dimidia pars matura horizontaliter diſſiliens, relinquit interiorem, pariter dein horizontaliter diſſilientem, fœtamque plurimis, exiguis, ſeminibus. *Vid. Tab.* XXXIV. *Icon.* 11. *pag.* 60.

DISTRIBVTIO XVIII.

PLANTAE DIANGIAE POLYSPERMAE.

In his ovarium fructum parit, qui conſtat binis vaſculis, quæ vel ope ſepi medii, vel totâ fabricâ, diſtincta ſunt, atque ſingula continent ſemina plurima placentæ affixa. Capſulæ quandoque in dextris, & ſiniſtris, alias in anteriori, & poſteriori, vel & in ſuperiori, & inferiori, parte exiſtunt. Continet verò claſſis hæc varia admodum genera Plantarum, valde quidem diſſimilia inter ſe, ſed unâ tamen vaſculi fabricâ congruentia.

Salicaria vulgaris, purpurea, foliis oblongis; Saxifraga rotundifolia, alba; Saxifraga verna, annua, humilior; Centaurium minus; Centaurium luteum, puſillum; Veronica mas, ſupina, & vulgatiſſima; Veronica aquatica, major, folio ſubrotundo, *ſive* Becabunga; Verbaſcum mas, latifolium, luteum; Digitalis purpurea, folio aſpero; Gratiola; Hyoſciamus vulgaris, *vel* niger; Hyoſciamus albus; Nicotiana major, latifolia; Nicotiana major, anguſtifolia; Linaria vulgaris, lutea, flore majore; Antirrhinum vulgare; Scrophularia nodoſa, fœtida; Pedicularis pratenſis lutea, *vel* Criſta galli; Euphraſia Officinarum; Acanthus ſativus; & Orobanche flore majore.

I. FLORE ROSACEO, POLYPETALO.

SALICARIA.

Calix tubuloſus, ſtriatus, multifidus. *Flos* roſaceus, hexapetalus, naſcens ex inciſuris ſuperioribus interioris parietis calicis tubulati, ſerie ferè verticillatâ. ſtaminibus multis, uſque ad octodecim, præditus. *Ovarium* tubâ longâ apice pelviformi ornatum maturum. Fit teſta ovata, bicapſularis, calice obvoluta, fœta ſeminibus exiguis. *Vid. Tab.* XXXV. *Icon.* 1. *pag.* 61.

SAXIFRAGA.

Pedunculi finis fit *calix*, tubuloſus, profundè. *Flos* roſaceus, pentapetalos, ex ambitu ovarii, ſtaminibus octo, vel decem præditus. *Fructus* ſubrotundus, bicornis,

cornis, bicapſularis, fœtus *Seminibus* exiguis &c. *Vid. Tab.* XXXV. *Icon.* 2. 3. *pag.* 61.

II. FLORE MONOPETALO, UNIFORMI.

CENTAURIUM MINUS.

Folia conjugata. *Calix* longus, tubuloſus, pentagonus, quinquefidus, ſegmentis acutis. *Flos* monopetalus, pentapeloides, infundibuliformis, parte poſticeâ pertuſus, ſtaminibus quinque præditus, ſerie ferè umbelliferâ. *Fructus* ferè ovatus, cylindriaceus, vel conicus, emittens tubam longam, per maturitatem dehiſcens in binas partes, diviſus in duo loculamenta diſtincta, fœta *Seminibus* multis, exiguis. *Vid. Tab.* XXXV. *Icon.* 4. *pag.* 61. 62.

CENTAUREUM LUTEUM PUSILLUM.

Radix exigua lignoſa. *Folia* ut in vulgari, *Flore* bino, aut unico. *Vid. Tab.* XXXV. *Icon.* 5. *pag.* 62.

VERONICA.

Folia plerumque conjugata. *Calix* monophyllus, quadrifidus, ſtellatus, in quibuſdam quadrangulus, anguloſus. *Flos* monopetalus, rotatus, quadrifidus plerumque, parum tubulatus, caducus, in centro plumulis fiſtuloſis eleganter ornatus, ex pariete interno tubuli floris duo ſtamina. *Fructus* membranaceus, diviſus in duo loculamenta, cordiformia, plerumque depreſſa, fœta *Seminibus* modò craſſioribus, modò exiguis. *Vid. Tab.* XXXV. *Icon.* 6. 7. *pag.* 62. 63.

VERBASCUM.

Folia alterna, incana, vel atro-viridia, magna. *Flos* monopetalus, rotatus, pentapeloides, in ſpicis longis, arctiori, atque breviori pedunculo cauli adnatus. *Fructus* ovatus, acuminatus, ſepto medio diviſus in duos loculos. *Vid. Tab.* XXXV. *Icon.* 8. *pag.* 63.

DIGITALIS.

Folia alterna. *Calix* monophyllus, quinquefidus, ſegmentis longis, ampliſque *Flores* monopetali tubulati, compreſſi, rictu ovati, limbo aliquantulum reflexo, ſtaminibus quatuor præditi; utrinque patentes, digitabulum referentes, uno verſu diſpoſiti in ſpicis longis. *Fructus* ſubrotundi, acuminati, bifariam dehiſcentes, in duo loculamenta diviſi, fœti *Seminibus* exiguis. *Vid. Tab.* XXXV. *Icon.* 9. *pag.* 63.

GRATIOLA.

Folia alterna, anguſta. *Flore* ex alis Foliorum. *Vid. Tab.* XXXVI. *Icon.* 1. *pag.* 63.

HYOSCYAMUS.

Folia alterna, mollia, pinguia. *Calix* campaniformis, brevis, amplus, in quinque acuta ſegmenta diviſus. *Flos* monopetalus, infrà tubuloſus, ſupra expanſus in quinque ſegmenta, obtuſa, ſtamina quinque. *Fructus* intra calicem reconditus inſtar ollæ operculo inſtructæ, diviſus in duo loculamenta. *Vid. Tab.* XXXVI. *Icon.* 2. 3. *pag.* 63. 64.

NICOTIANA.

Radix annua. *Calix* longus, tubuloſus, quinquefidus in longa, acuta, ſegmenta, vel brevis, amplus, in ſegmenta obtuſa. *Flos* monopetalus, infundibuliformis, in ſegmenta acuta quinque profunda, & ſtellatim expanſa, vel brevia, & obtuſa. *Fructus* membranaceus, oblongus, vel ſubrotundus, ſepto medio in duos loculos diviſus. *Vid. Tab.* XXXVI. *Icon.* 4. 5. *pag.* 64.

III. FLORE MONOPETALO, ANOMALO.

LINARIA.

Folia alterna, vel terna ſimul, oblonga. *Calix* monophyllus, in quinque ſegmenta, longa, acuta, diviſus. *Flos* imâ parte tubulatus, exiens in calcar longum, quod producitur extra tubum calice exceptum, dein ad anteriora fit perſonatus, bilabiatus, labio ſuperiori ſecto, inferiori in formam rictus labiati adaptato, & trifariam diviſo; ex infimâ, interiore, parte tubi floris quatuor ſtamina. *Ovarium* in fundo calicis, intra florem, placentulæ adnatum, emittit tubam longam, fit *Fructus* rotundus, ſepto medio diviſus in duos loculos, vario modo ſe aperientes, in quibus ſingulis inſunt *Semina*, vel compreſſa, marginata, vel angulata, ſubrotunda. *Vid. Tab.* XXXVI. *Icon.* 6. *pag.* 64. 65.

ANTIRRHINUM.

Folia alterna. *Calix* monophyllus, quinquefidus, brevis. *Flos* monopetalus, perſonatus, non caudatus, anteriùs bilabiatus, labio ſuperiori bifido, inferiori tripartito, in rictum labiatum formato; ex imâ interiore parte floris quatuor ſtamina. In fundo calicis placentula eſt, cui innaſcitur *Ovarium*, emittens tubam longam fitque *Fructus* oblongus, capitis Vitulini æmulus, ſepto medio in duos loculos diviſus, in quibus *Semina* plurima. *Vid. Tab.* XXXVII. *Icon.* 1. *pag* 65.

SCROPHULARIA.

Calix monophyllus, conſtans quinque longis, gracilibus, vel obtuſis, vel acutis, ſegmentis. *Flos* monopetalus, anomalus, utrinque patens, plerumque globoſus, bilabiatus, urceum referens, labio ſuperiori binis foliolis ſuccincto, quaſi auriculis, barbâ deorſum flexâ, faucibus amplis; ex pariete interno imi floris ſtamina quatuor. *Fructus* rotundus, acuminatus, bifariam dehiſcens, ſepto medio diſtinctus. *Vid. Tab.* XXXVII. *Icon.* 2. *pag.* 65.

PEDICULARIS.

Folia conjugata, crenata. *Flos* monopetalus, anomalus, perſonatus, bilabiatus, labio ſuperiori galeato, inferiori tripartito. *Fructus* bifariam dehiſcens, diviſus in duo loculamenta, fœta *Seminibus* oblongis, compreſſis. *Vid. Tab.* XXXVII. *Icon.* 3. *pag.* 65.

EUPHRASIA.

Folia parva, conjugata, ſubrotunda, ſerrata. *Flos* monopetalus, anomalus, perſonatus, bilabiatus, labio ſuperiori ſurrecto, multifido, inferiori in tres partes, ſingulas bifidas, ſecto. *Fructus* eſt teſta oblonga bilocularis. *Vid. Tab.* XXXVII. *Icon.* 4. *pag.* 65. 66.

ACANTHUS.

Folia ex *Radice* erumpunt ampla, mollia, villoſa, profundè inciſa, repentia, ſuccum glutinoſum habentia. *Flos* anomalus, versùs anteriora bifidus, versùs ſuperiora ſuccedit vaſculum ſeminale inſtar gladii obvolutum plerumque ipſo Calice; *Semina* oblonga; *Radix* extus nigra, intus alba. *Vid. Tab.* XXXVII. *Icon.* 5. *pag.* 66.

OROBANCHE.

Radix ſquamoſa. *Habitus* ἄφυλλος. *Finis* pedunculi explicatur in calicem multifidum. *Flos* monopetalus, anomalus, bilabiatus, galeâ cavâ, barbâ trifidâ, digeſtus in ſpicas, atque amplectens *Ovarium* oblongum, inſtructum tubâ longâ, uniloculare, bivalve, per maturitatem dehiſcens in duas valvas, fœtum *Seminibus* minutiſſimis. *Vid. Tab.* XXXVII. *Icon.* 6. *pag.* 66.

DISTRIBVTIO XIX.

PLANTAE TRIANGIAE POLYSPERMAE.

Hypericum vulgare; Parnaſia paluſtris, & vulgaris; Viola Martia, purpurea; Viola tricolor, hortenſis, repens; Naſturtium Indicum; Convolvulus maritimus, *ſive* Soldanella vulgaris; Convolvulus Syriacus, *ſive* Scammonea Syriaca; Convolvulus Americanus, Mechoacan dictus; Convolvulus major, *ſive* Smilax lævis; Campanula radice eſculenta, flore cæruleo; Campanula major, vulgatior, aſperior, foliis Urticæ; Campanula hortenſis, *ſive* Medium; Rapunculus ſpicatus; Reſeda vulgaris; & Luteola herba, Salicis folio.

HYPERICUM.

Radix fibroſa. *Folia* conjugata in geniculis caulium. *Calix* monophyllus, quinquefidus, conſtans, expanſus. *Flores* roſacei, pentapetali, multis ſtaminibus ornati, amplectentes ovarium conicum, inſtructum tribus tubis, longis, recurvis, abitque deinde in *Fructum* parvum, oblongum, ex tribus vaſculis arctè junctis compoſitum, fœtis multis *Seminibus* exiguis. *Vid. Tab.* XXXVIII. *Icon.* 1. *pag.* 67.

PARNASIA.

Folia ſubrotunda in orbem fuſa. *Calix* pentaphylloïdes. *Flos* roſaceus, pentapetalis amplioribus, & minoribus fimbriatis, conſtans, in caule unus. *Ovarium* fit *Fructus* parvus, connoeïdes, dehiſcens in tres, vel quatuor loculos, fœtus *Seminibus* exiguis, tanquam in totidem carinas. *Vid. Tab.* XXXVIII. *Icon.* 2. *pag.* 67.

VIOLA.

Folia alterna. *Calix* quinquefidus, expanſus, firmus, retrorſum reflexis ſegmentis. *Flos* pentapetalus, anomalus, vexillo dipetalo, alis binis, & carinâ caudatâ, conſtans, quinque ſtaminibus præditus. *Ovarium* in fundo calicis fit *Fructus* conicus, trigonus, in tres carinas explicatas in orbem vix diſſilientes, fœtas *Semine* plurimo rotundo. *Vid. Tab.* XXXVIII. *Icon.* 3. 4. *pag.* 67. 68.

NASTURTIUM INDICUM, *ſive* ACRIVIOLA.

Folia alterna orbiculata, umbilicata. *Caules* ſcandentes. *Calix* quinquefidus, caudatus. *Flos* pentapetalus, anomalus, Violæ æmulus. *Ovarium* fit *Fructus* rotundus, rugoſus, conſtans ternis capſulis, per maturitatem à mutuò diſſilientibus, monococcis. *Vid. Tab.* XXXVIII. *Icon.* 5. *pag.* 68.

CONVOLVULUS.

Caules longi, tenues, ſarmentoſi, ſcandentes, & omnia apprehendentes. *Folia* Hederam terreſtrem referentia, ſed molliora, & majora, viridia, acuta; *Flores* monopetali, campaniformes ad ora expanſi coloris albi, poſt florem ſuccedit *Fructus* obrotundus, membranaceus, *Semina* anguloſa, nigricantia, vel aliquando rubicunda continens; *Radix* exigua, longa, intus alba. *Vid. Tab.* XXXVIII. *Icon.* 6. 7. *Tab.* XXXIX. *Icon.* 1. 2. *pag.* 68. 69.

CAMPANULA.

Lactis abnndans. *Finis* pedunculi explicatur in *Ovarium*, cujus apex coronatur calice monophyllo, quinquefido, in quinque longa ſegmenta ſecto. *Flos* monopetalus, Campanæ inſtar, pentagonus primò, dein quinquefidus, intra calicem ovario inſidens, ſtamina habens quinque. *Ovarium* fit *Fructus* anguloſus, plerumque triloculāris. unoquoque loculo parte infernâ pertuſo. *Vid. Tab.* XXXIX. *Icon.* 3 4 5. *pag.* 69 70.

RAPUNCULUS.

Omnia ut in Campanulâ. *Flos* monopetalus, quinquefidus, ſtellatus, piſtillo corniculato. *Vid. Tab.* XXXIX. *Icon.* 6. *pag.* 70.

RESEDA.

Folia pinnata. *Calix* quinquefidus, ſegmentis longis, anguſtis, retroflexis, aliquando in ſegmenta fiſſus. *Flores* polypetali, anomali, ex anguſtis aliquot petalis, trifidi plerumque facti, in ſpicas congeſti, multis ſtaminibus donati. *Fructus* membranaceus, trigonus, aut tetragonus, in ſummo hians, *Semina* ſubrotunda ferens, tribus inſtructus tubis. *Vid. Tab.* XXXIX. *Icon.* 7. *pag.* 70.

LUTEOLA.

Folia oblonga, integra. *Flos* anomalus, polypetalus, petalis diſſimilibus. *Fructus* globoſus, concavus, tricuſpis. *Vid. Tab.* XXXIX. *Icon.* 8. *pag.* 70.

DISTRIBVTIO XX.

PLANTAE TRIANGIAE TRICOCCAE.

Quæ gerunt vaſcula frugifera, diſtincta in tres loculos, quorum ſinguli habent unum modò ſemen.

Ricinus vulgaris; Tithymalus foliis Pini, fortè Dioſcoridis Pityuſa; Tithymalus Cypariſſias; Tithymalus latifolius, Cataputia dictus; Eſula Indica, Bontii, *ſive* Euphorbio affinis, Sedis folio; Euphorbium, quod Anteuphorbium; Euphorbium verum Antiquorum, Scadida-Calli dictum; & Euphorbium Officinarum.

RICINUS.

Radix fibroſa. *Folia* alterna, magna, inciſa. *Flos* alius mas, fœmina alter, in eadem ſpicâ ejuſdem plantæ. *Flos* mas fit calice monophyllo, quinquefido, ſtellatim expanſo, ex centro ejus ſtamina fœcunda, maſculina, quàm plurima, thyrſum brachiatum referentia, dum unita ſimul ſpectantur. *Flos* fœmininus, vel ovarium, conſtat tribus loculis, uni axi accretis, atque ita *Fructum* trigonum referentibus, cujus apex ornatur multis pinnulis, ex medio harum tuba emergit triplex, quarum quælibet habet apicem bifidum, aſperum. In ſingulis loculorum hæret unum *Semen*, formâ, & mole, nuclei Pini. *Vid. Tab.* XL. *Icon.* 1. *pag.* 71.

TITYMALUS.

Radix fibroſa. *Folia* alterna, oblonga, integra, in paucis orbicularia. *Finis* pedunculi dat corpus craſſum, inſtar calicis cavum, cujus laciniis ſupremis accreſcunt quatuor, vel quinque petala anomala, ſemi-lunata ſæpe, excavata; unde apparet *Flos* tetrapetaloïdes, ſegmentis ferè lunatis, ſuc-

ſuccinctus binis foliolis loco calicis. Ex cavo calicis imo ad latera ſtyli ſtamina quatuor, quinque, plura, longiora, breviora, oriuntur, ſuis inſtructa teſticulis. Ex centro calicis erigitur ſtylus longus, gerens ovarium trigonum, vel triloculare; ex centro hujus exſurgit tuba longa, triplex, apice bifido, ſcabro; tam longa hæc tuba excreſcit, ut ovarium ferè in medio ſtyli appareat. *Lactis* uberrimi abundantia cuicumque plantæ ineſt. *Vid. Tab.* XL. *Icon.* 2. 3. 4. *pag.* 71. 72.

ESULA INDICA BONTII.

Folia Sedi majoris ſimilia. *Caule* eſt trigono ſpinoſo &c. *Vid. Tab.* XL. *Icon.* 5, *pag.* 72.

EUPHORBIUM, QUOD ANTEUPHORBIUM.

Hujus *Flores*, *Fructuſque*, nemini deſcripti. Caret *lacte*, cætera ſociant *Euphorbiis*, donec exploratior character veritatem definiverit. *Vid. Tab.* XL. *Icon.* 6, *pag.* 72.

EUPHORBIUM.

Flos, *fructus*, lac, ut in Tithymalo. *Forma* Cerei anguloſa, ſpinoſa ferè, & fermè aphyllos, *Vid. Tab.* XL. *Icon.* 7. 8. *pag.* 72. 73.

DISTRIBUTIO XXI.

PLANTAE TETRIANGIAE POLYSPERMAE.

Hic poſt ſingulos Flores piſtillum abit in Fructum; qui à deſciſſis quatuor Capſulis diſtinctè exhibetur; in quorum ſingulis hærent ſemina placentæ affixa.

Ruta hortenſis, latifolia; Harmala; & Stramonia, *ſive* Datura, *vulgò* Nux Methella.

RUTA.

Folia in ſegmenta diviſa. *Calix* monophyllus, quadrifidus, & quinquefidus ſtellatus. *Flores* roſacei, tetrapetali, & pentapetali, ſtamina octo, vel decem; quatuor, vel quinque ex ungue petalorum, & quatuor, vel quinque ex interſtitiis petalorum. *Ovarium* in fundo calicis fit *fructus* ſubrotundus, tetragonus, vel pentagonus, ex totidem *Capſulis* conſtructus, in quibus *Semina* reniformia, aut angulata. *Vid. Tab.* XLI. *Icon.* 1. *pag.* 73. 74.

HARMALA.

Folia alterna, *Flos* roſaceus, pentapetalus, *Ovarium* in fundo calicis fit *fructus*, ſubrotundus, tricapſularis. *Vid. Tab.* XLI. *Icon.* 2. *pag.* 74.

STRAMONIA.

Radix annua. *Folia* alterna, ſinuata ad margines. *Calix* pentagonus, tubulatus. *Flos* monopetalus, infundibuliformis, quinquefidus, patens. *Ovarium* in fundo calicis fit *fructus* aculeatus, ſubrotundus, diaphragmate decuſſato in quatuor loculos diſſeptus, continentes *Semina* multa reniformia, *Vid. Tab.* XLI. *Icon.* 3. *pag.* 74.

DISTRIBUTIO XXII.

PLANTAE PENTANGIAE PENTACOCCAE.

Geranium folio Malvæ rotundo; & Geranium Robertianum.

GERANIUM.

Folia plerumque conjugata. *Calix* pentaphylloïdes, ſtellatim expanſus. *Flos* pentapetalus, roſaceus. *Fructus* pentangius, roſtratus, ad baſin continens quinque *Capſulas*, in ſingulis harum *Semen* caudatum: quilibet loculus emittit unam longam, gracilem tubam, quinque has tubæ, arctè coaleſcentes inter ſe referunt cum Ovario caput Ciconiæ, vel Gruis. *Vid. Tab.* XLI. *Icon.* 4. 5 *pag.* 74. 75.

DISTRIBUTIO XXIII.

PLANTAE POLYANGIAE POLYSPERMAE.

Poſt ſingulos Flores fit Fructus, qui conſtat quinque, vel pluribus, aut & paucioribus, diſtinctis vaſculis, in quibus continentur ſemina plurima, numero incerta.

Malva vulgaris, flore minore, folio rotundo; Malva roſea, folio ſubrotundo; Malva roſea, folio ſubrotundo, flore pleno; Althæa Dioſcoridis, & Plinii; Alcea vulgaris; Xylon, *ſive* Goſſipium herbaceum; Abutilon Avic.; Pyrola rotundifolia, major; Ariſtolochia rotunda; Ariſtolochia longa vera; Ariſtolochia Piſtolochia, *ſeu* Serpentaria Virginiana, caule nodoſo; Papaver hortenſe, ſimplex, ſemine albo; Papaver criſtatum, floribus, & ſemine albo; Papaver erraticum, rubrum, campeſtre; Nymphæa lutea, major; Nymphæa alba, major; Nigella arvenſis, cornuta; Nigella Romana, ſativa, floribus folioſis; Linum ſativum; & Linum pratenſe, floribus exiguis.

MALVA VULGARIS.

Caules longi, ſatis craſſi, rotundi, medulloſi, tenues, ramoſi, villoſi, aliquando rubicundi, repentes; *Folia* rotunda, mollia, aliquantulum inciſa, magis minuſve villoſa, ſucculenta, minus laciniata, caulibus adhærentia, coloris ſubfuſco viridis. *Calix* multifidus, in quinque lacinias diſſectus, ut quinquefidus videatur; è medio *Floris* aſſurgit ſtylus, pyramidis inſtar, circa quem in formam

quaſi

quaſi caſei *Semina* complanata ſunt. *Radix* ſimplex, longa, exigua, alba, ſaporis dulcis, & viſcoſi. *Vid. Tab.* XLI. *Icon. 6. pag.* 75.

MALVAE ROSEAE DICTAE.

Flos planè expanſus, major, *Cauli* arctè adhærens; in plenis loco ſtyli malvacei copioſa petala gerens. Omnia majora, & quaſi arboreſcentia, minus mollia. *Vid. Tab.* XLI. *Icon.* 7. 8. *pag.* 75.

ALTHAEA.

Omnia Malvæ. Partes omnes valde lanuginoſæ. *Vid. Tab* XLII. *Icon.* 1. *pag.* 75. 76.

ALCEA.

Folia magis in lacinias profundas diviſa habet, cætera paria Malvæ, & Althææ. *Vid. Tab.* XLII. *Icon.* 2. *pag* 76.

XYLON.

Folia Malvæ, vel Alceæ. *Flos* monopetalus, campaniformis, patens, multifidus, tubo pyramidali ornatus, ſtamineo. *Fructus* ſubrotundus, in quaterna, vel plura loculamenta diviſus, apice dehiſcens, fœtus *Seminibus* goſſipio obductis. *Vid. Tab.* XLII. *Icon.* 3. *pag.* 76.

ABUTILON.

Folia Malvæ. *Flos* Malvæ, & totus habitus. *Fructus* capitellum refert ex multis vaginulis axi adhærentibus, bivalvibus, oblongis. *Semina* multa in ſingulis loculis reniformibus, *Vid. Tab.* XLII. *Icon.* 4. *pag.* 76.

PYROLA.

Folia alterna. *Flos* roſaceus, pentapetalus, glariculato ſimilis, piſtillo floris recurvo, in ſpicam congeſtus. *Fructus* ſubrotundus, ſtriatus, umbilicatus, quinque capſularis, fœtus *Seminibus* exiguis. *Vid. Tab.* XLII. *Icon.* 5. *pag.* 76. 77.

ARISTOLOCHIA.

Caules flexiles; *Folia* alterna, ferè rotunda, mollia, ſaporis amari; *Flores* monopetali, anomali, in inferiori parte tubuloſi, ſuperiori verò quaſi linguam habens deorſum ſpectantem: poſt floris piſtillum fit *Fructus* membranaceus, ovalis, viridis, ſed poſt maturitatem fuſcus; hic Fructus eſt diviſus in ſex loculos, qui multa *Semina* compreſſa, exigua, nigra, & ſibi invicem incumbentia recondunt. *Vid. Tab.* XLII. *Icon.* 6. 7. 8. *pag.* 77.

PAPAVER.

Folia alterna. *Calix* bifolius, caducus. *Flos* roſaceus, tetrapetalus, ad infima ovarii, ſtaminibus numeroſiſſimis præditus. *Fructus* ovatus, tectus tubâ ſuâ valdè ſingulari, ſcilicet operculo radiato, diſtinctus membranulâ exiguâ in tot cellulas, quot operculo fuerant radii, membranis diſtinguentibus *Semina* hærent, ut ſuis placentis, numeroſa, exilia. *Vid. Tab.* XLIII. *Icon.* 1. 2. 3. *pag.* 77. 78.

NYMPHAEA LUTEA.

Folia magna, ampla, orbiculata, craſſa, carnoſa, fungoſa, ad ſuperficiem aquæ creſcentia. Caules craſſi, fungoſi, rotundi, rubicundi, teneri, ſucculenti. *Flores* roſacei, polypetali, coloris lutei ſine odore; calix pentaphyllus. Poſt florem ſequitur *fructus* obrotundus, in plurimos loculos diviſus, qui loculi continent *Semina* nigricantia, ſplendentia, & oblonga. *Vid. Tab.* XLIII. *Icon.* 4. *pag.* 78.

NYMPHAEA ALBA, *ſive* LEUCONYMPHAEA.

Leuconymphæa vocatur à λευκὸς albus, & *Nymphæa*, quia *flores* ejus ſunt albi. *Vid. Tab.* XLIII. *Icon.* 5. *pag.* 78.

NIGELLA.

Caules tenues, excavati. *Folia* mediocriter lata, viridia, minutim inciſa, capillata. *Flores* polypetali, roſacei, in medio corona eleganter reflexa ornati; Flori ſuccedit *Capſula* membranacea in quinque loculos diſtributa, *Semina* anguloſa nigra, odoris aromatici, ſaporis ſubacris, continens. *Vid. Tab.* XLIII. *Icon.* 6. 7. *pag.* 78.

LINUM.

Caulis exiguus, rotundus, excavatus, in ſummitate ramoſus, *Folia* anguſta, oblonga, ferè alterna, acuta. *Calix* oblongus, & tubiformis. *Flos* Caryophylleus, cœruleus; flori ſuccedit *fructus* Piſi magnitudine ſubrotundus, & acuminatus, continens in multis *Capſulis* membranaceis multa *Semina* oblonga, rotunda &c. *Vid. Tab.* XLIII. *Icon.* 8. 9. *pag.* 78. 79.

DISTRIBVTIO XXIV.

MULTISILIQUAE PLANTAE, CORNICULATAE, UNIVALVES, POLYSPERMAE.

Hic poſt ſingulos flores ſequuntur plurimæ Capſulæ infernè cohærentes, ſupernè recedentes, ſingulæ vaginales. Multæſiliquæ dicuntur, quæ poſt unumquemque florem habent ovarium ex ſiliculis plurimis oppoſitis, vel in una ſilicula in plurimos loculos diviſa. Siliquæ ſunt oblonga vaſcula per maturitatem dehiſcentia, ſeminibus intus fœta.

Sedum majus vulgare; Sedum minus teretifolium, album; Sedum minus, luteum, folio acuto; Sedum parvum, acre, flore luteo; Cotyledon majus, *ſive* Umbilicus Veneris; Telephium vulgare; Telephium latifolium peregrinum; Telephium luteum minus, radice Roſam redolens, *ſeu* Rodia Radix; Pœonia mas; Ulmaria; Veratrum flore ſubviridi; Helleborus niger fœtidus; Helleborus niger hortenſis, flore viridi; Helleborus niger, flore roſeo; Tribulus terreſtris; Fraxinella Officinarum, *ſive* Dictamnus albus; Aconitum ſalutiferum, *ſive* Anthora; Aconitum cæruleum, *ſeu* Napellus; Staphis agria; Delphinium hortenſe, flore minore; & Aquilegia flore ſimplici.

SEDUM.

Folia alterna, non ordinata. *Calix* monophyllus, multifidus, profundè ſectus in tot ſegmenta, quot flori petala, in quinque ad minimum. *Flos* pentapetalus, aut polypetalus, roſaceus, habens ferè ſtamina tot, quot petala. *Ovarium* ſitum in fundo calicis, componitur ex multis ſiliculis, æquantibus numerum petalorum floris, ſingulis donatis unâ tubâ, vaginarum æmulis, apice corniculato, in capitulum orbicularim congeſtis, à ſe invicem non nihil ſejunctis, fœtis *Seminibus* plurimis, exiguis. *Vid. Tab.* XLIV. *Icon.* 1. 2. 3. 4. *pag.* 79. 80.

COTYLEDON.

Ad Sedum omnino accedit. *Flos* monopetalus

Ra-

Radix tuberoſa, carnoſa, alba. *Vid. Tab.* XLIV. *Icon.* 5. *pag.* 80.

TELEPHIUM, *ſive* ANACAMPSEROS.

Radix perennis. *Caules, folia, flores, fructus*, Sedi cohærent, ut & totus habitus. *Folia* enaſcenti non circumfuſa in globum, ſed ſtatim cauli aſſurgenti adnata, conjugata, vel ſine ordine. *Vid. Tab.* XLIV. *Icon.* 6. 7. 8. *pag.* 80. 81.

PAEONIA.

Ortus ex ſemine, ut Monocotyledonum. *Radix* tuberoſa, craſſa. *Calix* polyphyllus. *Flos* roſaceus, maximus, polypetalus, ſtaminibus numeroſiſſimis. *Fructus* conſtat plurimis, numero incertis, ſiliquis cornutis, deorſum incurvis, lanugine pubeſcentibus, dehiſcentibus juxta longitudinem. *Semina* ferè globoſa, continentia intus parvum nucleum. *Vid. Tab.* XLIV. *Icon.* 9. *pag.* 81.

ULMARIA.

Folia pinnata, Agrimonoïdea, triangulata, umbellatarum more diviſa. *Apex* exigui pedunculi expanditur in calicem monophyllum, quinquefidum, ſtellatim expanſum. *Flores* roſacei, pentapetali, in paniculas congeſti, vix conſpicui, habentes ſtamina numeroſa. *Ovarium* in centro calicis natum conſtat tribus, quatuor, quinque ſiliculis tubâ inſtructis; fit *fructus*, compoſitus ex multis vaginulis membranaceis, intortis, in capitulum congeſtis, fœtis *Semine* uno, exiguo. *Vid. Tab.* XLIV. *Icon.* 10. *pag.* 81.

VERATRUM.

Folia nervoſa, in plicas quaſi compoſita. *Flos* roſaceus, hexapetalus, nudus, ſex ſtaminibus fœtus, in ſpicam congeſtus. *Ovarium* innatum placentulæ, conſtans tribus ſiliculis ſingulariter inſtructis ſuâ tubâ, fit *fructus* conſtans tribus vaginis, in capitulum collectis, fœtis *Seminibus* oblongis, grani tritici æmulis, marginatis, alâ foliaceâ cinctis. *Vid. Tab.* XLIV. *Icon.* 11. *pag.* 82.

HELLEBORUS.

Folia digitata, Caulem ambientia. *Flores* Roſæ inſtar expanſi, ſtamina ferunt, & inter hæc ubique quaſi cornicula egrediuntur. *Piſtillum* calicis, vel floris abit in *Siliquas* erectas, & conjugatas, quæ per maturitatem diſſiliunt, & ferunt *Semina* plura. *Vid. Tab.* XLV. *Icon.* 1. 2. 3. *pag.* 82. 83.

TRIBULUS TERRESTRIS.

Radix annua. *Folia* Lenticulæ, vel Ciceris. *Flos* roſaceus, pentapetalus. *Fructus* cruciformis, vel turbinatus, ex multis particulis muricatis in capitulum collectis compoſitus, in ſiguliis horum *Semina* oblonga in loculis hærent. *Vid. Tab.* XLV. *Icon.* 4. *pag.* 83.

MULTISILIQUAE, MINUS SUCCULENTAE, FLORE DIFFORMI.

FRAXINELLA.

Caules rotundi, villoſi, rubicundi, medullam habentes. *Folia* Fraxini inſtar pinnata. *Flores* pentapetali, anomali: quinque petala ita diſponuntur, ut quaſi bilabiatus appareat; poſt florem apparent plurimæ vaginulæ elaſticæ, quæ cum impetu ejiciunt *Semina* plana, magna, nigra, acuta, & ſplendentia. *Vid. Tab.* XLV. *Icon.* 5. *pag.* 83.

ACONITUM.

Caulis exiguus, rotundus, in multos ramos diviſus. *Folia* rotunda, ampla, laciniata. *Flores* pentapetali, anomali, caput humanum cucullâ Monachi tectum referentes. Piſtillum floris abit in *Siliquas* multas conjunctas, quæ recondunt *Semina* anguloſa, nigra. *Vid. Tab.* XLV. *Icon.* 6. 7. *pag.* 83. 84.

STAPHIS AGRIA.

Folia Platani, aut vitiginea. Cætera Delphinium referunt. *Vid. Tab.* XLV. *Icon.* 9. *pag.* 84.

DELPHINIUM.

Folia tenuiſſimè diviſa. *Flores* pentapetali, anomali, quinque petalis ferè conſtantes, quorum unum caudatum, aliud pariter caudatum excipit *fructus* ex vaginulis conjunctis ſupernè dehiſcentibus. *Semina* ſunt anguloſa, nigra. *Vid. Tab.* XLV. *Icon.* 10. *pag.* 84.

AQUILEGIA.

Folia Thalictri lobata, profundè inciſa, caulibus longis adhærentia. *Caulis* exiguus, rubicundus, villoſus, ramoſus. *Flos* planè anomalus, figuram aviculæ repræſentans, piſtillum floris abit in multas *Siliquas* membranoſas, caput referentes, includentes *Semina* exigua, compreſſa &c. *Vid. Tab.* XLV. *Icon.* 11. *pag.* 84. 85.

DISTRIBVTIO XXV.

PLANTAE SILIQUOSAE.

QUæ poſt unumquemque florem gerunt pro fructu vas longum porrectum, membranaceum, quod intus continet ſemen, vel ſemina, vario quidem modo ſe habentia in diverſis.

Hæ quidem omnes digeri queunt in tres ordines, ita ut illæ primò accenſeantur, quarum quidem Siliqua unica polyſperma ſit; dum interim, nec valvarum, nec loculorum, numerum tenet, floriſque fabrica mirè ſimul in multis variat. Secundo ordini inſeruntur ſiliquam gerentes, vel ſiliculam, poſt florem ſemper tetrapetalum. Tertius verò complectetur ſiliquoſas papilionis formam exprimente flore ſuperbientes.

Chelidonium majus, vulgare; Fumaria vulgaris; Fumaria bulboſa, radice cava, major; Pervinca vulgaris, anguſtifolia, flore cæruleo; Pervinca vulgaris, latifolia, flore cæruleo; Aſclepias albo flore, *ſive* Vincetoxicum; Seſamum; Corchorus, *ſive* Melochia; Oxys flore albo, *ſive* Trifolium acidum; & Balſamina fœmina.

PLANTA SILIQUOSA, POLYSPERMA, TETRAPETALA.

CHELIDONIUM MAJUS.

Caules exigui, ramoſi, ſubrotundi, villoſi, excavati. *Folia* profundè inciſa, dentata. *Flores* tetrapetali, lutei, *Siliqua* oblonga, bivalvis, *Semine* obrotundo. Abundat in omni parte *Succus* acer, aureus. *Vid. Tab.* XLVI. *Icon.* 1. *pag.* 85.

PAPILIONACEO FLORE SIMILI.

FUMARIA.

Caules excavati, quadrati. *Folia* minutim inciſa, caulibus longis, & anguloſis adhærentia, lobata Umbelliferarum inſtar, *floris* monopetali, apetali, ſuperiori petalo caudato, inferiori pedunculo affixo; poſt florem apparet *Capſula* membranacea, nunc rotunda, nunc oblonga, continens *Semina* parva. *Vid. Tab.* XLVI. *Icon.* 2. 3. *pag.* 85. 86.

SILI-

SILIQUOSAE DICARPAE.

PERVINCA.

Caules exigui, longi, tenues, obrotundi, nodoſi, virides, repentes. *Folia* oblonga, polita, viridia, bina, contra ſe in vicem oppoſita, caulibus brevibus adhærentia, ſaporis amari, ſtiptici. *Flos* monopetalus, quaſi hypocrateriformis; poſt florem ſequitur *fructus* oblongus, conſtans duabus *Siliquis*, quæ continent *Semina* plurima oblonga, ferè cylindracea, ſulcata. *Vid. Tab.* XLVI. *Icon.* 4. 5. *pag.* 86.

ASCLEPIAS.

Folia bina adverſa, *Calix* monophyllus, quinquefidus, in quinque ſegmenta, gracilia, fiſſus. *Flos* monopetalus, quinquefidus, expanſus inſtar ſtellæ, intra hunc alius floſculus pentapetalus, longè minor, & brevior, ſtamina quinque arctè amplexa ovarium. *Ovarium* ex calice ortnm fit *fructus*, conſtans duabus ſiliquis, per maturitatem dehiſcentibus à baſi ad apicem, fœtis *Semine* copioſo pappis inſtructo, atque placentæ ſquamatim affixo. *Vid. Tab.* XLVI. *Icon.* 6. *pag.* 86.

SILIQUOSA, QUADRICAPSULARIS, QUADRIVALVIS, POLYSPERMA.

SESAMUM.

Radix annua. *Calix* ex alis foliorum ferè abſque pedunculo, parvus, quinque longis, gracilibus, ſegmentis, conſtans. *Flos* monopetalus, flori Digitalis ſatis accedens. *Ovarium* ſiliquoſum, tetragonum, oblongum, in quatuor loculos diſtinctum, fœtos *Seminibus* multis, edulibus. *Vid. Tab.* XLVI. *Icon.* 7. *pag.* 86. 87.

SILIQUOSAE, QUINQUECAPSULARES, POLYSPERMAE.

CORCHORUS.

Folia alterna in nodis caulium. *Calix* pentaphyllus. *Flos* roſaceus, pentapetalus. *Ovarium* in centro calicis fit *Fructus* cylindri æmulus, quinquelocularis, quinquefariam dehiſcens, fœtus *Seminibus* anguloſis. *Vid. Tab.* XLVI. *Icon.* 8. *pag.* 87.

OXYS.

Caules longi, flexiles, teneri, rotundi. *Folia* terna cordata. *Flores* campaniformes, monopetali, pentapeloïdes; poſt flores ſequitur *fructus* membranaceus quinque locularis, oblongus, quinque valvas à baſi verſùs apicem ſurſum diſſilientibus, fœtus *Seminibus* calyptrâ elaſticâ involutis, ejuſque vi cum impetu diſſilientibus. *Vid. Tab.* XLVI. *Icon.* 9. *pag.* 87.

BALSAMINA FOEMINA.

Calix exiguus, bifolius, caducus. *Flos* anomalus, calcari donatus, flore dipetalo, tripetalo, tetrapetalo, vel hexapetalo. *Ovarium* binis foliolis cinctum, in medio floris fit *Fructus* turbinatus, vel ſiliquæ æmulus, muſculis elaſticis multis. *Semina* vi diſplodentibus, conſtans. *Vid. Tab.* XLVI. *Icon.* 10. *pag.* 87.

DISTRIBVTIO XXVI.

PLANTAE TETRAPETALAE CRUCIFORMES, SILICULOSAE, ET SILIQUOSAE.

IN his omnibus finis pedunculi primò profert calicem tetraphyllum, caducum. Dein apex pedunculi generat placentulam orbicularem, ex cujus ambitu enaſcuntur quatuor petala, inferiori ſuâ parte anguſta, ſuperiori lata: ex eodem loco oriuntur quoque ſtamina ſex plerumque. Ex centro illius placentæ ovarium oritur, inſtructum ſuâ tubâ, quæ fit ſiliqua, vel ſilicula, intus continens ſemen, vel ſemina.

Flores igitur hi hermaphroditi, tetrapetali, in crucem expanſi, multi ſimul in ramulis, & caulibus, ſucceſſivè ſe aperientes, ſine ullis foliolis ad exortum pedunculorum.

Linea prima harum fert fructum non ſiliquoſum, ſed brevem ſiliculoſum, capſulæ inſtar: unde vocantur TETRAPETALAE SILICULOSAE. Hujus lineæ ſeries prima eſt earum, quæ gerunt ſiliculam unicapſularem, ſuntque omnes quoque, ut plurimùm monoſpermæ: unde vocantur TETRAPETALAE, SILICULOSAE, MONOANGIAE.

PLANTAE TETRAPETALAE CRUCIFORMES, SILICULOSAE.

Iſatis ſativa; Lunaria major, ſiliquâ rotundiore; Lunaria major, ſiliquâ longiore; Thlaſpi arvenſe, ſiliquis latis; Thlaſpi vulgatius; Naſturtium hortenſe, vulgatum; Naſturtium hortenſe, criſpum; Burſa-Paſtoris major, folio ſinuato; Lepidium Plinii; Cochlearia folio ſubrotundo; & Cochlearia folio cubitali, *ſive* Raphanus ruſticanus.

ISATIS.

Fructu linguulato, lato, ad ora compreſſo, unicapſulari, bifariam dehiſcente, continente *Semen* plerumque oblongum. *Vid. Tab.* XLVII. *Icon.* 1. *pag.* 88.

LUNARIA.

Fructus planus, ſatis magnus, ſepto medio valvis membranaceis parallelo diviſus in duo quaſi loculamenta, fœta *Seminibus* ut plurimùm reniformibus. & quaſi marginatis. *Vid. Tab.* XLVII. *Icon.* 2. 3. *pag.* 88.

THLASPI.

Fructus ſubrotundus, planus, orâ foliaceâ plerumque cinctus, ad ſuperiora ut plurimùm fiſſus, qui dividitur in duo loculamenta fœta *Seminibus* planis. *Folia* non diviſa, ſed integra. *Vid. Tab.* XLVII. *Icon.* 4. 5. *pag.* 88. 89.

NASTURTIUM.

Omnia ut in Thlaſpi, orâ minus foliaceâ, *Folia* multifida. *Vid. Tab.* XLVII. *Icon.* 6. 7. *pag.* 89.

BUR-

CLASSES PLANTARUM HISTORIAE BOTANICAE PRACTICAE.

BURSA PASTORIS.

Fructus planus, orâ ſupremâ ſciſſus, triangulum iſoſceles referens inverſum; diſſeptus ſepto medio in duo loculamenta, valvæ autem ſepto normales. *Vid. Tab.* XLVII. *Icon.* 8. *pag.* 89.

LEPIDIUM.

Fructus ſimilis cuſpidi lanceæ, fœtus *Seminibus* ut plurimum oblongis. *Vid. Tab.* XLVII. *Icon.* 9. *pag.* 89. 90.

COCHLEARIA.

Fructus fere globoſo, & *Semine* globoſo. *Vid. Tab.* XLVII. *Icon.* 10. 11. *pag.* 90.

PLANTAE TETRAPETALAE, CRUCIFORMES, SILIQUOSAE.

Raphanus niger major, rotundus; Braſſica capitata, alba; Braſſica capitata, rubra; Rapa ſativa, rotunda; Rapa ſativa, oblonga, *ſeu* fœmina; Napus; Sinapi rapi folio; Eryſmum vulgare; Eruca ſativa; Siſymbrium aquaticum; Leucojum luteum, vulgare; Heſperis hortenſis; & Alliaria.

RAPHANUS.

Siliqua cornu ſimilis, craſſa, ſpongioſa, mediaſtino tenui, diviſa in duos loculos, in quibus hærent *Semina* rotunda. *Vid. Tab.* XLVII. *Icon.* 12. *pag.* 90.

BRASSICA.

Siliqua longa, teres, cylindrica, ſepto medio diviſa, cui valvæ utrinque imbricatim adhærent, diviſa in duo loculamenta, fœta *Seminibus* rotundis. *Folia* plerumque ſinuola, rugoſa, cæſia. *Vid. Tab.* XLVIII. *Icon.* 1. *pag.* 90. 91.

RAPA.

Siliqua cornu fungoſum referens, in quod deſinit. *Radix* carnoſa, tuberoſaque. *Vid. Tab.* XLVIII. *Icon.* 2. 3. *pag.* 91.

NAPUS.

Radix minor; ſapor acrior, quàm Rapo. *Vid. Tab.* XLVIII. *Icon.* 4. *pag.* 91.

SINAPI.

Siliqua fœta ſeminibus acerrimis, ſapore fervido præditis, ſubrotundis, deſinens in cornu fungoſum ſimili *Semine* fœtum. *Vid. Tab.* XLVIII. *Icon.* 5. *pag.* 91.

ERYSMUM.

Siliqua longa, tenuis, ſtricta, fœta *Seminibus* exiguis rotundis. *Facies* propria. *Vid. Tab.* XLVIII. *Icon.* 6. *pag.* 91.

ERUCA.

Siliqua fœta *Seminibus* ſubrotundis. *Sapor* proprius, odorque fœtidus omnino ſingularis. *Vid. Tab.* XLVIII. *Icon.* 7. *pag.* 91. 92.

SISYMBRIUM.

Siliqua tenuis, valvis non diſſilientibus, nec in ſpiram ſe contorquentibus, neque vi excutientibus Semina. *Facies* propria, *Foliis* pinnatim diſſectis. *Vid. Tab.* XLVIII. *Icon.* 8. *pag.* 92.

LEUCOJUM.

Siliqua longa, compreſſa, bivalvis, bilocularis, fœta *Seminibus* compreſſis, planis, orbiculatis, ut plurimum marginatis. *Flores* ſpecioſi, odorati. *Vid. Tab.* XLVIII. *Icon.* 9. *pag.* 92.

HESPERIS.

Siliqua longa, teres, cylindracea, bivalvis, bilocularis, ſepto medio excavato pro excipiendis *Seminibus* cylindraceis, vel globoſis. *Vid. Tab.* XLVIII. *Icon.* 10. *pag.* 92.

ALLIARIA.

Folia lata, ſubrotunda. *Floſculi* tetrapetali. *Siliqua* tenuis. *Semina* exigua, nigra. *Radix* oblonga. *Vid. Tab.* XLVIII. *Icon.* 11. *pag.* 93.

PLANTAE FLORE PAPILIONACEO, FRUCTU SILIQUOSO, LEGUMINOSAE DICTAE.

HAEc Familia, ut ampliſſima, ita & per Orbem totum diffuſa, atque gentilitii ſui characteris caſtiſſimè obſervans, eſt. Cunctis quippe finis pedunculi explicatur in calicem tenuem, membranaceum, tubuloſum, monophyllum, multifidum, conſtantem. Ex apice pedunculi, intra calicem, placentula enata ſuſtinet ovarium, ſuâ tubâ inſtructum. Ex imo ambitu placentulæ enaſcuntur ſemper fere quatuor petala, quorum ſuperius vexillum, inferius carina, lateralia alæ appellantur; quæ quidem eâ lege componuntur, ut forment Florem, qui figuram Papilionis, vel Aviculæ volitantis, utcumque refert. Intra hæc petala arctè clauſa hærent ſtamina ferè octo, orta ex imo ambitu placentæ intra petala, quæ coeuntia in tubæ ſpeciem abeunt ſollicitè amplectentis tenellum ovarium, cujus tubæ fimbria ſuprema octo teſticulis coronatur in pedunculis inde enatis. Atque hæc quidem omnia ſollicitâ ſemper curâ intra cavam vexilli galeam tutò condita latent. Marcido Flore, & tubâ, ovarium excreſcens fit ſiliqua, vel ſilicula, quæ intra loculum unum, vel binos, ſemina ſua gerit placentulæ affixa.

PLANTAE PAPILIONACEAE, SILIQUOSAE, MONOANGIAE, BIVALVES.

Foliis ad unum pedunculum uno pluribus, iiſque vel trifotis, vel polyphyllis.

DISTRI-

DISTRIBUTIO XXVII.

PLANTAE LEGUMINOSAE MONOANGIAE, TRIFOLIATAE.

Phaſeolus major, *ſive* Smilax hortenſis; Melilotus Officinarum, Germaniæ; Melilotus major, odorata, violacea; Trifolium pratenſe, album; Trifolium bitumen redolens; Fœnum Græcum ſativum; & Anonis ſpinoſa, flore purpureo.

PHASEOLUS.

Siliquâ longa, fœta *Semine* reniformi, vel ovato. *Habitus* plantæ, volubilis, ſcandens, trifoliatus, plerumque. *Vid. Tab. XLIX. Icon.* 1. *pag.* 93.

MELILOTUS.

Ovarium fit capſula nuda, non recondita in calice, ut in Trifolio; fœta uno, vel altero, *Semine* rotundo; *Floret* ſpicatim. *Vid. Tab. XLIX. Icon.* 2. 3. *pag.* 93. 94.

TRIFOLIUM.

Flos papilionaceus, vel papilionacei æmulus, ſimul cum ovario vaginâ fimbriatâ obvolutus; in ſpicam congeſtus. *Ovarium* fit capſula calice recondita, & fœta *Semine* ut plurimum reniformi, per maturitatem arctè adhærenti ad capſulam; ſunt verò *Fructus* ipſi variatâ mirè formâ. *Folia* terna. *Vid. Tab. XLIX. Icon.* 4. 5. *pag.* 94.

FOENUM GRAECUM.

Siliqua plana, corniformis; fœta plerumque *Seminibus* rhomboidiformibus, aut reniformibus, ab angulo ad angulum lineâ cavâ notatis. *Vid. Tab. XLIX. Icon.* 6. *pag.* 94. 95.

ANONIS.

Foliorum margo dentatus. *Siliqua* turgens, longior, brevior-ve, bivalvis, fœta *Semine* reniformi. *Vid. Tab. XLIX. Icon.* 7. *pag.* 95.

PLANTA LEGUMINOSA, MONOANGIA, PENTAPHYLLA.

LOTUS.

Ovarium fit *Siliqua* interdum ſeptis tranſverſim poſitis velut in loculamenta diſtincta, fœta *Seminibus* rotundis *Folia* terna, ad exortum pediculi binis alis, ut *Foliolis* ſtipata. *Vid. Tab. XLIX. Icon.* 8. *pag.* 95.

DISTRIBUTIO XXVIII.

PLANTAE PAPILIONACEAE POLYPHYLLAE PLERUMQUE.

Triplex eſt harum Ordo. I. Siliquas fert bivalves juxta longitudinem dehiſcentes, per maturitatem. II. Fert Siliquas articulatas. III. Siliquas geminas.

FOLIIS CONJUGATIS COSTAE ADNATIS, DESINENTI VEL IN APICULUM, VITICULUM-VE, VEL FOLIO UNO IMPARI EXTREMUM CLAUDENTE.

I. SILIQUA BIVALVI, SIMPLICI.

COSTAE EXTREMO IN CLAVICULAM, SCANDENTES HERBACEAE, ET NON SCANDENTES.

Piſum majus, flore albo; Lathyrus ſativus; Vicia vulgaris, ſativa; Lens vulgaris; Faba; Galega vulgaris; Orobus Pannonicus; Ervum verum; Glycyrrhiza ſiliquoſa, *vel* Germanica; Glycyrrhiza capite echinato; Cicer ſativum; Vulneraria ruſtica; & Lupinus ſativus, flore albo.

PISUM.

Siliquâ longâ, inflatâ, fœtâ *Seminibus* ſubrotundis. *Caule* infimo fiſtuloſo. *Folio* à caule quaſi penetrato; cæteris pinnatis, extremitate in claviculas abeunte. *Vid. Tab. L. Icon.* 1. *pag.* 96.

LATHYRUS.

Ovarium vaginâ membraneâ tectum fit *Siliqua* teres, compreſſave, *Semine* modò anguloſo. *Caulis* compreſſus, coſtâ elatâ, margine foliato. *Folia* bina tantùm conjugata ad nervum in claviculas abeuntem. *Vid. Tab. L. Icon.* 2. *pag.* 96.

VICIA.

Siliqua fœta *Seminibus* ſubrotundis. *Folia* multa pinnata, bina ferè conjugata ad coſtam in claviculam abeuntem. *Vid. Tab. L. Icon.* 3. *pag.* 96. 97.

LENS.

Folia conjugata uni coſtæ adnata, deſinenti in viticulum. *Siliqua* brevis, fœta *Seminibus* orbiculatis, utrimque convexis. *Vid. Tab. L. Icon.* 4. *pag.* 97.

NON SCANDENTES HERBACEAE.

FABA.

Siliqua unicapſularis, longa, fœta *Seminibus* reniformibus. *Stipites* firmi. *Folia* bina velut conjugata ad coſtam, quæ in mucronem abit. *Vid. Tab. L. Icon.* 5. *pag.* 97. 98.

GA-

GALEGA.

Radix perennis. *Siliqua* teres, cylindracea, fœta *Seminibus* oblongis, reniformibus. *Folia* bina conjugata, affixa coſtæ in impar folium terminatæ. *Vid. Tab.* L. *Icon. 6. pag.* 98.

OROBUS.

Siliqua teres, fœta *Seminibus* ovatis. *Folia* bina conjugata adnata coſtæ in mucronem abeunti. *Vid. Tab.* L. *Icon.* 7. *pag.* 98.

ERVUM.

Siliquis articulatis. *Siliqua* utrimque undulata, veluti nodoſa, fœta *Seminibus* ſubrotundis. *Folia* bina, quaſi conjugata coſtæ innaſcentia. *Vid. Tab.* L. *Icon.* 8. *pag.* 98.

GLYCYRRHIZA.

Siliquâ unicapſulari brevi; fœtâ ſeminibus reniformibus. *Foliis* binis conjugatis ad coſtam in folium impar deſinentem. *Vid. Tab.* L. *Icon.* 9. 10. *pag.* 98. 99.

CICER.

Siliquâ brevi, inflatâ inſtar Veſicæ, foetâ *Seminibus* caput Arietinum referentibus. *Vid. Tab.* L. *Icon.* 11. *pag.* 99.

VULNERARIA.

Calice tubulato, turgidulo. *Siliquâ* brevi, foetâ *Semine* ſubrotundo, in calice membranaceo floris recondita. *Vid. Tab.* LI. *Icon.* 1. *pag.* 99.

LUPINUS.

Siliquâ foeta *Seminibus* planis, vel ſphæricis. *Folia* flabelliformia, vel digitata. *Vid Tab.* LI. *Icon.* 2. *pag.* 100.

II. LEGUMINOSARUM POLYPHYLLARUM, EST SILIQUIS ARTICULATIS.

LEGUMINOSAE ARTICULATAE.

Securidaca lutea major; Ferrum Equinum ſiliquâ ſingulari; & Scorpioides Bupleuri folio, ſiliquâ Campoide, hiſpidâ &c.

SECURIDACA.

Flores radiatim diſpoſiti. *Siliquâ* rectâ, planâ, annulatâ, articuloſâ, in ſingulis articulis foetâ *Semine* rhomboideo, introrſum emarginato. *Vid. Tab.* LI. *Icon.* 3. *pag.* 100.

FERRUM EQUINUM.

Siliquâ compreſsâ, diſtinctâ articulis lunatis, Ferri Equini æmulis, foetis *Semine* ejuſdem formæ. *Vid. Tab.* LI. *Icon.* 4. *pag.* 100. 101.

SCORPIOIDES.

Siliquâ articuloſâ cochleæ, vel erucæ inſtar convolutâ, foetâ in ſingulis articulis *Semine* ovato. *Vid. Tab.* LI. *Icon.* 5 6. 7. 8. *pag.* 101.

III. SILIQUARUM GEMINATARUM.

Tragacantha; Aſtragalus Monſpeſſulanus; & Aſtragalus floribus Vicæ, dilutè purpureis, aut cæruleis.

TRAGACANTHA.

Foliis binis velut conjugatis, coſtæ adhærentibus, abeunti in mucronem rigidum, acutum. Secundùm longitudinem diviſa, *Siliqua* bicapſulari, foeta *Seminibus* reniformibus. *Vid. Tab.* LI. *Icon.* 9. *pag.* 101. 102.

ASTRAGALUS.

Non ſcandens. *Folia*, *Flores*, *Siliquæ*, *Semina* Apios ſimilant. *Vid. Tab.* LI. *Icon.* 10. 11. *pag.* 102.

DISTRIBVTIO XXIX.

PLANTAE BACCIFERAE.

BAcca *eſt Fructus ſphæricus plerumque mollis tenui membranâ tectus, quæ ſemina in ſubſtantia pulpoſa nidulantia continet, ſi verò minus mollis, & craſſiori membrana tegatur, tum dicitur* Pomum.

Smilax aſpera, fructu rubente; Bryonia alba; Bryonia nigra; Ipecacoanha; Ruſcus Myrtifolius, aculeatus; Hippogloſſum Laurotaxa; Laurus Alexandrina; Polygonatum latifolium, vulgare; Lilium convallium album; Aſparagus ſativa; Alkekengi Officinarum; Alkekengi fructu parvo, verticillato; Alkekengi Mexicanum; Solanum Officinarum, acinis nigricantibus; Solanum ſcandens, *vel* Dulcamara; Solanum pomiferum, fruteſcens, Africanum, ſpinoſum, nigricans, flore Borraginis, foliis profundè laciniatis; Capſicum ſiliquis longis, propendentibus; Lycoperſicon Galeni; Ebulus, *ſive* Sambucus herbacea; Ebulus laciniata; Mandragora mas; Mandragora fœmina; Capparis ſpinoſa; Moſchatellina foliis Fumariæ bulboſæ; Herba Paris; Colocaſia; Arum vulgare; & Dracunculus polyphyllus.

SMILAX.

Habitus ſcandens, cum capreolis. *Caules* ſpinoſi. *Flores* polypetali roſacei. *Bacca* molli, ſubrotunda. *Semine* ovato foeta. *Vid. Tab.* LII. *Icon.* 1. *pag.* 103.

BRYONIA.

Calix monophyllus, in quinque ſegmenta radiatim expanſa fiſſus, infra tubuloſus. *Flores* monopetali, campaniformes, patentes, quinquefidi, orâ radiatim expanſâ, cali-

calice tenaciſſimè comprehenſi, & illi adnati ; quinque ſtaminibus prædit, maſculini. Alii flores ſimiles innaſcuntur ovario ſupra apicem ejus calice inſtructum. *Ovarium* innatum fini pedunculi, eſt *Bacca* rotunda, vel ovata, intra quam *Semina* plura ovata; hujus ovarii apex coronatur calice, & Flore hermaphrodito ſimili flori maſculino, ſed minore *Claviculæ* comprehendentes. *Vid. Tab.* LII. *Icon.* 2. 3. *pag.* 103. 104.

IPECACOANHA.

Radix longa, flexuoſa, nodoſa, cum multis filamentis. *Folia* inſident, modo Herbæ Paris. *Floſculi* in capitulum congeſti parvi, quinque foliolis conſtantes. *Baccæ* Ceraſi ſylveſtris magnitudine. *Seminis* duri Lenticularis *figuræ*. *Vid. Tab.* LII. *Icon.* 4. *pag.* 104.

RUSCUS; HIPPOGLOSSUM; ET LAURUS ALEXANDRINA.

Calix monophyllus, multifidus. Intra hunc *flores* monopetali, campaniformes, globoſi. *Ovarium* fit *fructus* globoſus, mollis, uno, alterove *Semine* fœtus, plerumque durus. *Vid. Tab.* LII. *Icon.* 5 6 7. *pag.* 104. 105.

POLYGONATUM.

Flores monopetali, campaniformes, tubulati nudi in ſex ſegmenta fiſſi, prædit ſex ſtaminibus enati è latere interno floris. *Ovarium* ex uno centro floris natum, tubum emittit longam apiculo fimbriato inſtructam; & fit *fructus* mollis, globoſus, *Seminibus* ſubrotundis fœtus. *Vid. Tab.* LII. *Icon.* 8. *pag.* 105.

LILIUM CONVALLIUM.

Finis pedunculi fit *flos* campaniformis, monopetalus, in ſex ſegmenta ſupra fiſſus, pendulus, ſpicatus. Ex apice pedunculi, intra florem *Ovarium* naſcitur, quæ fit *Bacca* mollis, globoſa, fœta *Seminibus* densè congeſtis, rotundulis. *Folia* Plantaginis, vel Lilii. *Vid. Tab.* LII. *Icon.* 9. *pag.* 105.

ASPARAGUS.

Radices inſtar fuſi. *Flores* roſacei, hexapetali, nudi, ſtaminibus ſex prædit, referentes campanulam oblongam. *Ovarium* natum ex placentulâ hærente in apice pedunculi intra florem, fit *Bacca* rotunda, fœta *Seminibus* duris, orbicularibus. *Folia* tenuiſſima. *Vid. Tab.* LII. *Icon.* 10. *pag.* 105.

ALKEKENGI.

Calix tubuloſus, campaniformis, quinquefidus, inſtar *veſicæ* ſupra conniventis ex creſcens, per maturitatem fit pericarpium. *Flores* monopetali, rotati, quinquefidi, ſtaminibus quinque prædit. *Ovarium* ex placentâ ad finem pedunculi intra calicem natum, tubâ longâ, gracili, apice globoſo præditâ inſtructum, fit *Fructus* mollis Ceraſiformâ, (qui in veſicâ latet tectus membranaceâ ex calice dilatato) fœtus *Seminibus* planis, globoſæ pulpæ accretis. *Vid. Tab.* LIII. *Icon.* 1 2. 3. *pag.* 105. 106.

SOLANUM.

Flos Alkekengi. *Calix* monophyllus, quinquefidus, ſtellatus, non veſicatus. *Fructus* mollis, ſucculentus, ovatus, vel globoſus, fœtus *Seminibus* planis, ut plurimum. *Vid. Tab.* LIII. *Icon.* 4. 5. 6. *pag.* 106. 107.

CAPSICUM.

Calix parvus, brevis, rigidus, expanſus. *Flores* monopetali, rotati, multifidi, inſidentes fructui. *Fructus* mollis membranaceus, in duo, vel plura loculamenta diviſus, fœta *Seminibus* compreſſis, fere reniformibus. *Vid. Tab.* LIII. *Icon.* 7. *pag.* 107.

LYCOPERSICON.

Flos Solani. *Fructu* carnoſo molli; ſubrotundo; in varia loculamenta diviſo, in quibus nidulantur *Semina* oblonga. *Vid. Tab.* LIII. *Icon.* 8. *pag.* 107. 108.

EBULUS.

Flos monopetalus, rotatus, multifidus, quaſi roſaceus, in umbellas, vel racemos digeſtus. *Ovarium*, floſculi fundum perfodiens, fit *Bacca*, plena ſucci, terna plerumque oblonga *Semina* ferens. *Vid. Tab.* LIII. *Icon.* 9. 10. *pag.* 108.

MANDRAGORA.

Flore monopetalo, campaniformi, multifido; *Fructu* molli globoſo; in quo nidulantur *Semina* ut plurimum reniformia. *Vid. Tab.* LIV. *Icon.* 1. 2. *pag.* 108. 109.

CAPPARIS.

Flore roſaceo, tetrapetalo *Fructu* pyriformi, vel ſiliquoſo carnoſo, in quo nidulantur *Semina* plurima ſubrotunda plerumque, vel reniformia. *Vid. Tab.* LIV. *Icon.* 3. *pag.* 109.

MOSCHATELLINA.

Finis pedunculi explicatur in calicem tribolatum, ſtellatim expanſum, ſtabiliem. *Ovarium* natum ex placentula, in centro pedunculi intra calicem poſita, habet in lateralibus quinque tubas, in apice quintum ovarium habet tubas modo quatuor, videtur quadriloculare, tetraſpermum. *Flores* calici innati, ad latera poſiti, ſunt quinquefidi, ſtaminibus decem inſtructi, quintus ſupremus eſt quadrifidus, & habens octo ſtamina. Porrò flores, ovariaque, ſemper quinque ſimul congeſta cubum referunt, deficiente modò infimo latere. *Vid. Tab.* LIV. *Icon.* 4. *pag.* 109.

HERBA PARIS.

Calix quadrifolius, radiatim expanſus. *Flos* tetrapetalus, cruciformis, quatuor ſtaminibus donatus. *Fructus* mollis, globoſus, quatuor tubis inſtructus, in quatuor loculamenta diviſus, fœtus *Seminibus* oblongis. *Vid. Tab.* LIV. *Icon.* 5. *pag.* 109.

COLOCASIA.

Radix tuberoſa, craſſa, ſarmoſa. *Folia* ampla, lævia, in umbilicum folii inſerta. *Finis* pedunculi dat calicem monophyllum, membranaceum, infra cavum, turgentem in ovalem figuram, ſupra in *vaginam* acutam, ſemipatulam inſtar arvis ovillæ explicatam; ex imo fundo calicis axis, cui circumnaſcuntur *Ova* multa ſphærica, baccata, ſingula inſtructa tuba longa, tenui filamenti inſtar, gerentia unum alterumve *Semen* ſubrotundum; eidem axi ſupra hæc ova circumcreſcunt ſtamina maſculina densè ſtipata, ſuis inſtructa teſticulis; denique ſupra hæc iterum tertia ſeries filamentis numeroſis eundem axim ornat; qui tum format pedunculum graciliorem purpureum; ille denique eminens in clavam longam, nigram plerumque, abit. *Vid. Tab.* LIV. *Icon.* 6. *pag.* 109 110.

ARUM.

Omnia ut in Colocaſia, *folia* verò aurita, & ſagittata, adnata pedunculo affixo in poſtremo Foliorum. *Vid. Tab.* LIV. *Icon.* 7. *pag.* 110.

DRACUNCULUS.

Folia profundè ſecta in magnas, varias, profundas, lacinias. *Cætera* Ari. *Vid. Tab.* LIV. *Icon.* 8. *pag.* 110.

DISTRIBUTIO XXX.

PLANTAE POMIFERAE.

Quibus fere omnibus Flos *eſt Monopetalos, quinquefidus, aliquando ad unguem uſque inciſus; ille verò duplex hic obſervatur: eſt enim, vel maſculinus, calici ab expanſo pedunculo naſcenti innixus, & connatus, multifido, ſæpe quinquefido; hic habet ſtamina concreta ex ambitu fundi floris in tubum, qui in faſtigio gerit ſinuoſa vaſcula fundentia poſt aperturam globulos fœcundos plurimos. Hic proſpicit fœcun-*

dan-

dandis magnis, & polyſpermis plerumque Ovariis, ſi forte ſequentes deficerent, vel ſunt hermaphroditi, qui innaſcuntur Ovario gerenti in faſtigio ſuo calicem expanſum, quo continetur Flos, intra quem ex fundo geminus, quaſi caliculus ex centro horum communi aſſurgit tubus concretis ſtaminibus factus, & ſupra diviſus in tres pedunculos, quorum ſinguli gerunt binos teſticulos, qui maturi fundunt globulos fœcundantes.

Ovarium *maturum eſt* Fructus *ſub cortice craſſiore, & duriore, quàm membranaceus, habens carnem duriorem, majorem, quam in Bacca, ſubdiviſam in pleriſque in loculos quinque, vel ſex, in quibus ordinantur Semina. Videtur habere duas amplas, concentricas, tubas, & varias corallas, vel cincinnatos miré in ſpicas* pilos.

Omnes hæ primæ Pomiferæ *poſſunt Cucumeraceæ vocari: quum ſint ſcandentes viticulis, repentes flagellis, excepto* Elaterio.

Momordica vulgaris; Cucumis ſativus, vulgaris; Elaterium Officinarum; Melo vulgaris; Pepo oblongus; Anguria, Citrullus dicta; Cucurbita lagenaria; Cucurbita latior; Cucurbita longior; Colocynthis fructu rotundo major; Granadilla pentaphyllos, flore cœruleo, magno; & Ananas aculeatus, fructu pyramidato, carne aurea.

MOMORDICA.

Fructu magis minuſve turbinato, cavo, carnoſo, elaſticâ vi rupto, & *Semina* explodente, obducta calyptrâ planâ, margine denticulato. *Vid. Tab.* LV. *Icon.* 1. *pag.* 111.

CUCUMIS.

Omnibus iiſdem. *Fructu* carnoſo tereti in terna, vel quaterna loculamenta diviſo, fœto *Seminibus* oblongis. *Vid. Tab.* LV. *Icon.* 2. *pag.* 111.

ELATERIUM.

Folia, & *Rami* ſine *Capreolis*. *Fructus* hiſpidus, vi elaſticâ validè *diſiliens*. *Succus* viroſus. *Vid. Tab.* LV. *Icon.* 3. *pag.* 111. 112.

MELO.

Omnibus iiſdem. *Fructu* ovato, glabro, rugoſo, interna loculamenta bifariam ſecta div·ſo, fœto *Seminibus* oblongis. *Vid. Tab.* LV. *Icon.* 4. *pag.* 112.

PEPO.

Omnibus iiſdem. *Fructu* oblongo, vel rotundo, carnoſo, cortice duro, aliquando tuberoſo, trifariam diviſo, fœto *Seminibus* planis, annulo quodam cinctis. *Vid. Tab.* LV. *Icon.* 5. *pag.* 112.

ANGURIA.

Folia in lacinias profundas ſecto. *Fructu* eduli. *Vid. Tab.* LV. *Icon.* 6. *pag.* 112. 113.

CUCURBITA.

Fructu longo, in aliis tereti, in aliis lageniformi, in aliis inflexo in ſex loculamenta plerumque diviſo, fœta *Seminibus* planis, oblongis, hinc obtuſis, inde latioribus, & quaſi introrſum emarginatis. Calbaſſe. *Vid. Tab.* LVI. *Icon.* 1. 2. 3. *pag.* 113.

COLOCYNTHIS.

Folio in profundas lacinias ſecto. *Fructu* amaro, non eduli. *Vid. Tab.* LVI. *Icon.* 4. *pag,* 113. 114.

GRANADILLA.

Calix primò triphyllus, ex hoc pedunculus brevis, ex eo calix quinquefolius, arctè florem primò amplectens, dein ſtellatim expanſus. *Flos* roſaceus, pentapetalos; ſtellatim expanſus, intra petala in orbem expanduntur multa, verſicolorata filamenta. Poſt quæ alia Foliola erecta exigua. Dein erigitur axis, cui primò circumaccreſcunt in orbem expanſa quinque ſtamina, teſticulis appenſis, & verſatilibus, prædita; dein *Ovarium* ovatum, cujus apici innaſcuntur tres tubæ apicibus ſcabris, obtuſis, præditæ, versùs teſticulos ſuppoſitos ſeſe inclinantes. *Fructus* ovatus, vel globoſus, carnoſus, unicapſularis, fœtus Seminibus ad coſtas, ut ad placentas affixis, calyptrâ obvolutis. *Vid. Tab* LVI. *Icon.* 5. *pag.* 114.

ANANAS.

Radix vivax craſſa. *Folia* Aloës Americanæ anguſtiora. *Fructus* coronatus, carnoſus, ſolidus, tuberculis plurimis ornatus, gratiſſimus, ſucculentus, fœtus *Seminibus* exiguis. *Flos* monopetalus, infundibuliformis, tripartitus. *Fructus* tuberculis innaſcens exiguus. *Vid. Tab.* LVI. *Icon.* 6. *pag.* 114.

DISTRIBUTIO XXXI.

PLANTAE APETALAE, FRUCTU FLORI CONTIGUO, GYMNOSPERMAE.

FLos *petalis conſtans dicitur, quia habet unum folium vel diverſa ſegmenta foliacea, vel florida, quæ dicuntur* Petalæ, *quia ſunt caducæ, ventoque facilè difflantur,* Apetalæ *jam dicuntur, ſeu* ſtamina ſola, *quæ* Florem *quidem habent* Calice, & ſtaminibus *præditum, nullis verò petalis.* Floſculi *harum Plantarum petalæ quidem repræſentant, ſed habemus illa pro calicis ſegmento, quæ deciduis ſtaminibus* Semina *perfecta manent, idque amplectuntur,* calix *dicitur; ſi verò deciduis ſtaminibus prius cadant, dicuntur* Petala. *Vocantur hi* Flores *etiam ſtaminei, quia loco foliorum floſculorum ſolent in calice filamenta contineri, oblonga ſtamina dicta.*

Rhabarbarum rotundifolium, verum; Lapathum folio rotundo, Alpinum; Lapathum acutum, *ſive* Oxilapathum; Lapathum acutum, folio rubente; Lapathum hortenſe folio oblongo, *ſive* ſecundum Dioſcoridis; Lapathum hortenſe, latifolium; La

pathum aquaticum, folio cubitali; Acetoſa pratenſis; Acetoſa Ocymi folio, Neapolitana; Biſtorta major; Perſicaria mitis; Hydropiperi; Polygonum latifolium; Fagopyrum vulgare, erectum; Atriplex hortenſis, alba, *ſive* pallidè virens; Atriplex Maritima, laciniata; Bonus Henricus; Chenopodium Ambroſoides, folio ſinuato; Chenopodium fœtidum; Chenopodio-Morus, major; Blitum majus, album; Blitum majus, rubrum; Parietaria Officinarum, & Dioſcoridis; Alchimilla vulgaris; Percipier; Kali majus, cochleato ſemine; & Salicornia.

RHABARBARUM.

Caput rotundum fuſcum ex *Radice* craſſa fungoſa, lutea, quod expanſum ſeſe dilatat in plurima folia. *Cætera* *Vid. Tab.* LVII. *Icon.* 1. *pag.* 115 116.

LAPATHUM.

Calix hexaphyllus; cujus tria folia, majora, rubra, tria minora viridia: intra hæc ſtamina ſex. *Folia* majora maturitatem adepta connivent, vaſculum formant triquetrum; dum alia tria marcida, decidunt: unde alii florem, & calicem potius habent. *Finis* pedunculi intra calicem dat placentulam, illi innaſcitur ovarium triquetrum, ornatum tribus tubis, apice eleganter fimbriato, quæ eminent lateraliter extra ſegmenta capſulæ. *Semen* triquetrum, ſplendens. *Vid. Tab.* LVII. *Icon.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. *pag.* 116. 117.

ACETOSA.

Omnia ut in *Lapatho*. *Sapor* acidus in Foliis, & Caule *Vid. Tab.* LVIII. *Icon.* 1. 2. *pag.* 117.

BISTORTA.

Radix carnoſa, quaſi tuberoſa, perennis, in ſe contorta, capillitio donata. *Calix* monophyllus, membranaceus, geminus, unus alteri ſuppoſitus, inſtar vaginæ, ex fundo hujus pedunculus, cujus fini deinde adnaſcitur *Flos* monopetalus in ſegmenta profundiſſimè ſectus, & ſtaminibus octo præditus; in fundo floris *Ovarium* triquetrum, inſtructum tubâ longâ triplici, fit per maturitatem *Semen* triquetrum. *Flores*, & *Semina* in denſas, longas, ſpicas, digeruntur. *Vid. Tab.* LVIII. *Icon.* 3. *pag.* 117. 118.

PERSICARIA.

Flores ſpicati in ſummis caulibus, & ramis. *Calix* quadrifidus, fit capſula ſeminis adulta. Alii pro flore tetrapetaloide habent: ſtamina ſex. *Ovarium* in centro calicis, compreſſum, ovatum, vel orbiculare, tubâ bifidâ, fimbriata præditum. *Semen* planum ex ovato acuminatum. Membrana caulem ſuccingens ad egreſſum foliorum, & ramulorum ex adverſo folii. *Vid. Tab.* LVIII. *Icon.* 4. *pag.* 118.

HYDROPIPERI.

Omnia ut in *Perſicaria*. *Vid. Tab.* LVIII. *Icon.* 5. *pag* 118.

POLYGONUM.

Radix repens; fibroſa valde. *Caules*, & rami creberrimè geniculati. *Calix* quinquefidus profundè ſectus, ſegmentis infra herbaceis, ſupra colore floſculoſo, per maturitatem fit *Capſula* Seminis. *Flores* ad alas foliorum oriuntur ſub membranula tenuiſſima primo in ortu tecti. *Semen* perfectè triquetrum. *Vid. Tab.* LVIII. *Icon.* 6. *pag.* 118.

FAGOPYRUM.

Radix fibroſa annua, *Calix* pentaphyllus, florum petala, colore, atque expanſione radiata fingens, fit *capſula* ſemina ubi maturuerint. *Flos* in racemis, habet ſtamina octo. *Ovarium* in fundo calicis naſcitur in placentâ eleganter globulis in orbem poſitis ornatâ, eſt triquetrum emittens tres tubas, fit *Semen* triquetrum nigricans, farinoſum. *Vid. Tab.* LVIII. *Icon.* 7. *pag.* 118. 119.

ATRIPLEX.

Calix pentaphyllus. *Flos* monopetalus quinquefidus aliis ſtaminibus quinque præditus; in centro *Semen* orbiculatum, planum, calice ut capſulâ involutum, in iis flos fructui contiguus. Vel *Ovarium* ſubrotundum tubis ſuis inſtructum, arctè comprehenditur à duobus foliis angulatis, ſeu cordiformibus, planis, in iis, ubi flos mas à fructu remotus eſt. *Vid. Tab.* LVIII. *Icon.* 8. 9. *pag.* 119.

BONUS HENRICUS.

Omnia ut in Chenopodio. *Vid. Tab.* LVIII. *Icon.* 10. *pag.* 119.

CHENOPODIUM.

Calix quadrifidus, vel quinquefidus, profundè inciſus, ex eo ſtamina octo, vel decem, in fundo calicis *Ovarium* tubâ longâ, bicorni, expansâ, præditum, quod maturum intra quinquefidam, vel quadrifidam, quaſi ſtellam, reconditum, fit *Semen* orbiculatum, planum, *folio* majore, ſinuoſo, vel longo. *Vid. Tab.* LIX. *Icon.* 1. 2. *pag.* 119. 120.

CHENOPODIO-MORUS.

Fructu ſucculento Fragi, vel Mori. *Vid. Tab.* LIX. *Icon.* 3. *pag.* 120.

BLITUM.

Calix trifidus. *Flos* tribus ſtaminibus conſtans. *Calix* fit *Capſula*, veſicæ æmula, in quâ ovarium, tubâ bifidâ inſtructum, quod mutatum in *Semen* oblongum reconditur in calice. *Vid. Tab.* LIX. *Icon.* 4. 5. *pag.* 120.

PARIETARIA.

Flos mas, tetrapetaloides, ſtellatus, quatuor ſtaminibus, & teſticulis, præditus, in centro gerens parvum apiculum, abſque ovario. *Flos* fœmina, conſtat calice foliaceo, trifoliato, in cujus centro Ovarium, conoëides, tubâ fimbriatâ inſtructum, in alio loco plantæ. *Floſculi*, & *Ovaria* in nodos denſos congeruntur arctè ad caules. *Vid. Tab.* LIX. *Icon.* 6. *pag.* 120. 121.

ALCHIMILLA.

Folia ſerrata. *Calix* in octo ſegmenta, vel quatuor fiſſus ſuperiùs, inferiùs tubuloſus, ſatiſque amplus, ſegmenta quatuor majora, minora quatuor, in ſtellam expanſa. *Flores* in ſummis caulibus habent ſtamina quatuor. *Ovarium* in fundo calicis tubam emittit apice ſphærico donatam. *Calix* fit *Capſula*, continens bina plerunque *Semina*. *Vid. Tab.* LIX. *Icon.* 7. *pag.* 121.

PERCEPIER.

Calix quadrifidus. *Flos* in alis foliorum. *Semina* in ſingulis utriculis à calice factis ſingularia. *Vid. Tab.* LXI *Icon.* 8. *pag.* 121.

KALI.

Habitus Aizoïdes, ſucculentus. *Flos* roſaceus, polypetalus; *Tournef.* Apetalus aliis. *Fructus* globoſus, membranaceus, fœtus *Semine* unico in Cochleæ formam intorto, in centro calicis. *Vid. Tab.* LIX. *Icon.* 9. *pag.* 121.

SALICORNIA.

Habitus aphyllus, teres, ſucculentus, Aizoïdeus, ſquamis pyxidatim articulatis conſtans. *Flos* apetalus, nudus, ex commiſſuris ſquamarum naſcens. *Fructus* eſt veſicula monoſpermos. *Vid. Tab.* LIX. *Icon.* 10. *pag.* 121. 122.

DISTRI-

DISTRIBVTIO XXXII.

PLANTAE APETALAE, FLORE FRUCTUI CONTIGUO; ENANGIOSPERMAE.

Beta candida; Beta rubra, vulgaris, nigra dicta; Beta rubra, radice Rapæ; Aſarum vulgare, rotundifolium; Aſarum Cyclaminis folio Virginianum, *ſive* Serpentaria major Officinarum; Chryſoplenium foliis amplioribus, auriculatis; Herniaria glabra; Amaranthus purpureus; Pimpinella ſanguiſorba; Plantago major; Plantago media; Plantago minor; Holoſteum ſtrictiſſimo folio, majus; Coronopus hortenſis; Pſyllium majus, erectum; & Myoſurus.

BETA.

Radix, annua, in nonnullis valde carnoſa, craſſa. *Flos* apetalus, ſtamineus, in globulum collectus, calici quinquefido prehenſus. Cuilibet floſculo ſubnaſcitur ovarium, quod eſt vaſculum oſſeum, uno fœtum *Semine*, quales *fructus* tres, quatuorve, in globum unum, colliguntur. *Vid. Tab.* LX. *Icon.* 1. 2. 3. *pag.* 122.

ASARUM.

Radix perennis, fibroſa. *Folia* orbicularia cum deliquio ab unâ parte. *Finis* pedunculi porrigitur in Ovarium, cujus ſuperior pars excurrit in calicem trifidum profundè ſectum. Ex centro apicis ovarii erigitur tuba craſſa, cylindrica, deſinens in ſex recurvos, biſectos, apices. Ex ambitu imæ tubæ accreta circumponuntur eleganti ordine ſtamina duodecim, inſtructa teſticulis, fœcundantibus tubam dictam patentem uſque in cava ovarii, quod hexagonum dividitur in ſex loculos diſtinctos, in quibus gigarti hærent. *Vid. Tab.* LX. *Icon.* 4. 5. *pag.* 122. 123.

CHRYSOPLENIUM.

Radix perennis, fibroſa. *Folia* ſemiorbicularia. *Calix* floris quadripartitus; rarò in quinque lobos ſectus. *Flos* apetalus, octo ſtamina habens, ex margine ovarii nata. *Fructus* eſt capſula membranacea, bicornis, bivalvis, univaſcularis, fœtus *Seminibus* multis. *Vid. Tab.* LX. *Icon.* 6. *pag.* 123.

HERNIARIA.

Radix fibroſa. *Calix* multifidus, quadrifidus plerumque, vel quinquefidus, ſtellatim expanſus, qui Præſtoni flos habendus, quinque ſtaminibus inſtructus. *Fructus* in fundo floris ortus fit *Capſula* rotunda, membranacea, ſtriata, diviſa in octo loculamenta, in ſingulis horum *Semen* unum parvum, acuminatum, ovatum. *Vid. Tab.* LX. *Icon.* 7. *pag.* 123.

AMARANTHUS.

Flores apetali. *Rajo*. Roſaceus polypetalus. *Tournef. Calix* ſiccus, multifidus, qui *Tournef.* flos, aliis perianthium. *Malp. Stamina* unita in formam cotylæ, emergunt ex fimbriâ hujus. *Ovarium* in fundo cotulæ, bicorne, eſt teſta ferè globoſa, ſeu ovata, bifariam dehiſcens horizontaliter, complectens *Semen* unum, vel plura ſubrotunda. *Comâ* vix emarceſcente, ſpecioſè ſplendidè, molli, ſericeâ, vaſculis monoſpermis. *Vid. Tab.* LX. *Icon.* 8. *pag.* 123.

PIMPINELLA.

Flos monopetalus, rotatus, plerumque quadrifidus ad centrum uſque quatuor, vel multis ornatus ſtaminibus, prælongis, bracteis verò herbaceis, minutis, vix conſpicuis. Unde apetalon alii pronunciant. *Ovarium* fit *Fructus* quadrangularis plerumque, utrimque acutus, modò unicapſularis, modò bicapſularis, fœtus *Seminibus* oblungis. *Vid. Tab.* LXI. *Icon.* 1. *pag.* 123. 124.

PLANTAGO.

Calix monophyllus, quadrifidus, tubuloſus, tenerrimus; in eo *flos* monopetalus, hypocrateriformis, quadripartitus, ſtellatim expanſus. *Ovarium* quatuor ſtaminibus ſtipatur longis. Unde apetalum cenſent alii. *Fructus* eſt teſta ferè ovata, vel conica, per maturitatem dehiſcens in binas partes tranſverſim, quarum una alteri incumbit, diviſa ſepto medio in duo loculamenta, fœta *Seminibus* oblongis. *Vid. Tab.* LXI. *Icon.* 2. 3. 4. *pag.* 124.

HOLOSTEUM.

Omnia ut in Plantagine. *Folia* verò ſtrictiſſima. *Vid. Tab.* LXI. *Icon.* 5. *pag.* 124.

CORONOPUS.

Omnia ut in Plantagine. *Folia* verò longis ad margines laciniis appoſitis laciniata. *Vid. Tab.* LXI. *Icon.* 6. *pag.* 124. 125.

PSYLLIUM.

Omnia ut in Plantagine, & Coronopo. *Caules* verò folioſi, & ramoſi. *Vid. Tab.* LXI. *Icon.* 7. *pag.* 125.

MYOSURUS.

Radix annua. *Folia* graminea, Coronopi inſtar, ſed non laciniata. *Calix* quinquefolius, ſingulis foliis appendice inſtructis deorſum tendente. *Floſculi* herbacei, ſtaminibus prædicti multis ex ambitu fundi ovarii. *Semina* in ſpicâ longâ. *Vid. Tab.* LXI. *Icon.* 8. *pag.* 125.

DISTRIBVTIO XXXIII.

PLANTAE APETALAE, FRUCTU A FLORE REMOTO.

H*AE gerunt fructus à flore ſeparatos, vel in eâdem utroſque plantâ, fructus verò in aliâ plantâ.*

APETALAE, FLORE, ET FRUCTU IN EADEM PLANTA SEPARATIM NASCENTE, INSTRUCTAE.

Ambroſia maritima; & Xanthium, *ſive* Lappa minor.

AMBROSIA.

Flores floſculoſi, aliis apetali, mares, calice compræhenſi uno communi, ſinguli ſtaminibus conſtantes. *Fructus* clavæ æmulus, echinatus, monoſpermus, fœtus *Semine* oblongo, tubâ bifidâ inſtructus, alio loco plantæ. *Vid. Tab.* LXI. *Icon.* 9. *pag.* 125.

XAN-

XANTHIUM.

Flores floſculoſi, aliis apetali, mares, ſtamine apice bifido ornato. *Fructus* oblongus, aculeatus, bilocularis, fœtus *Seminibus* oblongis, inſtructus duabus tubis. *Vid. Tab.* LXI. *Icon.* 10. *pag.* 125. 126.

DISTRIBVTIO XXXIV.

PLANTAE APETALAE, FLORE IN UNA PLANTA STERILI, FRUCTU ALIA NON FLORIFERA, VOCANTUR SEU DISTINCTAE.

IN *his nunquam in unâ Plantâ* Flos, *&* Fructus *ſimul, in unâ verò* Stamina, *in aliâ* Ovaria, *&* *utriculi, hinc debent jungi inter ſe mares, & fœminæ, aliter ſunt ſteriles; mas dicitur ſterilis, quia nullos* Fructus *fert, ſed etiam fœmina eſt ſterilis, ſi non mari jungatur, & tum ſit fœcunda.*

Spinachia ſemine ſpinoſo; Lupulus mas; Cannabis ſativa; Urtica urens, maxima; Urtica urens, minor; Urtica Romana, *ſive* Mas, cum globulis; Mercurialis mas; Mercurialis fœmina; Equiſetum paluſtre, longioribus ſetis; Equiſetum paluſtre, brevioribus ſetis; & Ephedra maritima, minor.

SPINACHIA.

Radix annua. *Flos* apetalus, ſtaminoſus, ad alas, conſtans calice quadrifido, & ſtaminibus, in unâ plantâ. *Ovarium* eſt capſulâ turbinata, vel cornuta, vel angulata, tubis piloſis inſtructa, continens *Semen* turbinatum in aliâ plantâ. *Vid. Tab.* LXII. *Icon.* 1. *pag.* 126.

LUPULUS.

Radix repentiſſima, *Folia* ſcabra, anguloſa, conjugata. *Caules* volubiles. *Floſculi* apetali, ſtaminibus prædıti, calice quinquepartito, ſtellatim expanſo, excepti, racemoſi, in unâ Planta. *Ovaria*, bicornia in racemos ſquamoſos ex multis foliolis axi adnatis compoſitos, congeſta, foliis ſingularibus recondentibus ſingula *Semina*, ferè rotunda, tegmine membranaceo oculata. *Vid. Tab.* LXII. *Icon.* 2. *pag.* 126. 127.

CANNABIS.

Radix annua. *Folia* digitata, conjuncta. *Cortices* lenti, tenaces, robuſti. *Flos* apetalus, comprehenſus calice quinquefido, expanſo, & ſtamina quinque. *Ovaria* bicornia, conferta in caulibus, rotunda, teſtâ durâ, tenui, fragili &c. *Vid. Tab.* LXII. *Icon.* 3. *pag.* 127.

URTICA.

Caules non ramoſi. *Folia* in caule bina, oppoſita, ſerrata, triangularia, ſpinis urentibus obſita. *Flos* apetalus, ſtamineus, mas, calici tetrapetaloidi, cruciformi inſidens, ut plurimum; in medio caliculum habens ſtamina aliquando quatuor, quandoque plura; teſticuli in foliacea plana diſſiliunt. *Fructus* plerumque in Planta non florifera, fit vel *Capſula* bivalvis, *Semine* fœta, & aliquando in globulos congeſta, vel volſella ſemen comprehendens, tubâ filamentoſâ inſtructa, & caliculo, ſed & Ovaria in Planta mare inveniuntur. Unde ſunt *Urticæ* mares, fœminæ, & hermaphroditæ. *Vid. Tab.* LXII. *Icon.* 4. 5. 6. *pag.* 127.

MERCURIALIS.

Folia in caule bina, oppoſita, crenata. *Calix* florum monophyllus, expanſus in tria ſegmenta, tam in mare, quàm in fœmina. *Flos* apetalus, ſtamineus, mas, habens ſtamina octo, vel duodecim, in ſpicas congeſti, in mare. *Ovarium* etiam calici triphyllo inſiſtens gemellum, rotundum, inſtructum tubâ fimbriatâ; *Capſula* eſt *Semine* fœta ſubrotundo. *Vid. Tab.* LXII. *Icon.* 7. 8. *pag.* 128.

EQUISETUM.

Radix repentiſſima. *Folia* teretia, pixidatim articulata, cava. *Flos* apetalus, ſtamineus, apice fungiformi donatus, ſpicatus, mas in unâ Plantâ. *Fructus* ſunt grana, nigra, aſpera, farcta in Plantâ non floriferâ. *Vid. Tab.* LXII. *Icon.* 9. 10. *pag.* 128.

EPHEDRA.

Radix perennis. *Habitus* fruteſcens. *Caules*, *Rami*, *Folia*, Equiſeti. *Flos* apetalus. Cætera. *Vid. Tab.* LXII. *Icon.* 11. *pag.* 128.

DISTRIBVTIO XXXV.

PLANTAE MONOCOTYLEDONES, FOLIIS SEMINALIBUS CARENTES, BRACTEATAE.

MOnocotyledones *ſunt, quibus* Semen *reconditur intra unam placentam, ex hoc* Semine *terræ commiſſæ* Folia *duo primò prodeunt, quæ viliſſima ſunt his, ex quibus poſtea tota Planta creſcit. Hæ* Plantæ *vel ſunt floriferæ, vel* Florem *gerunt apetalum, vel* Florem *bracteis inſtructum, & hæ omnes ferè ſunt* Bulboſæ, *hæque dicuntur non habere* Caulem *in ramos expanſum, ſed* Caulem *florigerum, & in his* Ovarium *in tribus loculis diviſum, ſed triloculare eſt, & ſinguli loculi* Seminibus *multis repleti ſunt. Hæ porro poſſunt dividi vel à* Radice, *vel à* Flore. Radix *plerumque eſt bulboſa, hinc totum hoc Genus dicitur* bulboſum, *quandoque verò* Radix *eſt* tuberoſa, *quandoque etiam* graminea; *hinc diſtinctio à* Radice *ſumi non poteſt, à* Flore *verò ſunt, vel* Flore Monopetalo, *vel* Hexapetalo, *& in una Familia* Tripetalo, *ut Ephemerum. Hæ rurſus vel includunt* Fructus *in* Ovario *ſub* Flore, *vel* Fructum *gerunt, ſeu ibi* Flos *innaſcitur* Fructui.

Aſphodelus albus, ramoſus, mas; Hyacinthus Anglicus, *ſive* Belgicus; Colchicum commune; Crocus ſativus; Narciſſus; Iris vulgaris Germanica, *ſive* ſylveſtris

Iris

Iris alba Florentina; Iris latifolia, tuberoſa, Zingiber dicta, flore albo; Iris paluſtris, lutea, *ſive* Acorus adulterinus; Xyris, *vel* Iris agria, fœtida; Hermodactylus folio quadrangulo; Gladiolus; Aloe vulgaris; Aloe vulgaris ſimilis, major, maculis albis picta, ſucco fœtidiore; Aloe Succotrina, anguſtifolia, ſpinoſa, flore purpureo; Ephemerum Virginianum, flore azureo, majori; Phalangium, parvo flore, ramoſum; Lilium album, vulgare; Tulipa; Dens Canis; Scilla vulgaris, radice rubra; Porrum commune, capitatum; Porrum ſylveſtre, vinearum; Porrum ſylveſtre, gemino capite; Cepa vulgaris; Cepa Aſcalonica; Cepa ſectilis, juncifolia, perennis; Allium ſativum; Allium ſativum alterum, *ſive* Allioprаſſum, caulis ſummo circumvoluto; Allium latifolium, montanum, maculatum; Moly latifolium, luteum, odore Allii, primum; Moly latifolium, flavo flore, foliis contortis; Cyclaminus folio rotundiore, vulgatior; Orchis latifolia, hiante cucullo, major; & Ophris bifolia.

PRIMUS ORDO.

FLOS MONOPETALOS IN SEX SEGMENTA DIVISUS, OVARIO FRUGIFERO INTRA FLOREM.

ASPHODELUS.

Radix multis tuberibus ab uno corpore pendulis conſtans. *Flos* in baſin uſque ferè diviſus, nudus, ſtellatus, ovarium complectens inſtar calicis. *Ovarii* apex emittit ſtamina ſex, & tubam longam ex centro, fit dein *fructus*, in quo *Semina* triquetra in Fructu ferme globoſo carneo. *Vid. Tab.* LXIII. *Icon.* 1. *pag.* 129.

HYACINTHUS.

Radix bulboſa. *Folia* longa, anguſta, *Caulis* erectus, nudus, in ſpica floriger Caryophylli aromatici figura. *Flos* hermaphroditus, nudus, monopetalos, tubulatus, in ſex ſegmenta extrorſum flexa diviſus. Caryophylli aromatici figura, arctè complectens ovarium: ſtamina ſex, *Fructus* ſubrotundus, ferè trigonus. *Semina* ſubrotunda. *Vid. Tab.* LXIII. *Icon.* 2. *pag.* 129. 130.

COLCHICUM.

Flos nudus, monopetalus, hexapetaloides, tubi tenuiſſimi forma, ex ipſa radice ortus. *Ovarium*, intra tubum inferiorem floris, tuba longa inſtructum, fit *fructus* trigonus, oblongus, trilocularis, fœtus *Seminibus* rotundis. *Radix* gemina, tuberoſa, carnoſa, quarum una exterior elapſi anni ſterilis, marceſcens, altera in fibras porrecta, intra priorem latens, plantam ferens, uno involucro membranaceo obducta. *Vid. Tab.* LXIII. *Icon.* 3. *pag.* 130.

II. ORDO.

FLORE LILIACEO, HEXAPETALOIDE, INNATO AD APICEM OVARII.

CROCUS.

Flos Liliaceus, monopetalus, inferiùs tubulatus, in ſex partes profundè diſſectus, ſuſtinetur pedunculo ex apice radicis minoris orto. *Ovarium* in imo fundo Floris, emittit tubam longam, apiculis ternis inſtructam, fit *fructus* oblongus, trigonus, trilocularis, *Semina* rotunda gerens. *Radix* gemina, tuberoſa, carnoſa, ſuperiore minore, recente, plantam emittente, non fibroſa, inſidente majori ſimili ad inferiora emittenti fibras ab elapſo anno, quo fuit ſuperior, ſuperſtiti, utraque involucro membranoſo involuta. *Folia* anguſta, graminea, lineâ mediâ albâ diviſa, ſeptem ut plurimum, thecâ membranaceâ involuta. *Vid. Tab.* LXIII. *Icon.* 4. *pag.* 130.

NARCISSUS.

Flos nudus &c. *Finis* pedunculi gerit ovarium &c. *Ovarium* fit *fructus* trigonus &c. *Vid. Tab.* LXIII. *Icon.* 5. 6. 7. *pag.* 130.

IRIS.

Ad Flores ſubſunt bini calices membranacei, ſe mutuò ſuccingentes, vaginarum inſtar. *Flos* hexapetalus, tribus petalis, bifidus, ſurſum, tribus deorſum, flexis. Supinæ parti inferiorum petalorum congeries ingens fiſtularum incumbit inſtar barbæ, ex imâ ejus origine oritur quoque maſculinum ſtamen, cavâ thecâ petaloïde ſollicitè defenſum. *Flos* hic innaſcitur apici ovarii emittenti barbas iſtas, & thecas, tanquam tubas: atque hinc Flos apparet Enneapetalos. *Ovarium* ex fine pedunculi natum, fit *fructus* oblongus, fœtus *Seminibus* multis, obrotundis. *Radix* oblonga, carnoſa, repens, flexilis, tuberoſa &c. *Vid. Tab.* LXIII. *Icon.* 8. 9. 10. 11. *pag.* 130. 131. 132.

XYRIS.

Omnia ut in Iride. *Vid. Tab.* LXIII. *Icon.* 12. *pag.* 132.

HERMODACTYLUS.

Omnia Iridi ſimilia. *Folia* anguſta, triquetra, vel quadrangula. *Radix* tuberoſa, ex appoſitis tuberculis compoſita. *Vid. Tab.* LXIII. *Icon.* 13. *pag.* 132.

GLADIOLUS.

Radix carnoſa, tuberoſa, gemina, altera alteri incumbens. *Folia* Iridis. *Calix* bifolius, binis foliolis, vaginalibus ovarium, & ei impoſitum tubum floris, ſuſtinet. *Flos* monopetalus Liliaceus, in exortu infundibuliformis, ſupra verò ampliatus, & in ſex magna ſegmenta fiſſus, quorum tria ſuperiora, majora, latiora, plus erecta, tria inferiora, longiora, anguſtiora, deorſum quaſi pendula, ut *flos* ferè bilabiatus appareat, habens ſtamina tria enata ex pariete interno tubi floris, & inſidens apici ovarii. *Ovarum* fit *fructus* oblongus, trilocularis, fœtus *Seminibus* ſubrotundis calyptrâ involutis, habetque tubam ortam ex centro apicis ovarii, & inſtructam tribus cymbis cavis pro apiculis ſuis. *Vid. Tab.* LXIII. *Icon.* 14. *pag.* 132.

ALOE.

Radix perennis, fibroſa, vel tuberoſa. *Folia* longa, integra, Sedis ferè accedentia. *Flos* monopetalus, tubulatus, infra prominens in ventrem, ſupra anguſtior, & in ſex ſegmenta ſciſſus, nudus, clavo Hyacinthino affinis, ſex ſtaminibus præditus. *Fructus* oblongus, trilocularis, cylindraceus, hexagonus, fœtus *Seminibus* planis, quaſi ſemicircularibus; aliquando flori ſuccreſcens, quandoque verò floris corpore tectus. *Vid. Tab.* LXIV. *Icon.* 1. 2. 3. *pag.* 132. 133.

III. ORDO.

FLORE TRIPETALO, OVARIUM AMPLEXO.

EPHEMERUM.

Calix trifolius. *Flos* tripetalus, ovario ſuppoſitus, roſaceus, habens ſtamina tria. *Fructus* oblongus, trilocularis, fœtus *Seminibus* grano tritici æmulis. *Vid. Tab.* LXIV. *Icon.* 4. *pag.* 133. 134.

PHA-

IV. ORDO.

FLORE HEXAPETALO OVARIUM AMPLEXO.

PHALANGIUM.

Flos nudus, hexapetalus, ſex ſtaminibus præditus, amplectens *Ovarium* ſubrotundum, foetum *Seminibus* anguloſis. *Radix* fibroſa. *Vid. Tab.* LXIV. *Icon.* 5. *pag.* 134.

LILIUM.

Radix bulboſa, carnoſis ſquamis conſtans, extrinſecus, in orbem quaſi, ſibi invicem appoſitis. *Caules* foliis numeroſis cincti. *Finis* pedunculi ſuſtinet placentulam, cui in orbem adnaſcuntur ſex petala, vel modicè extrorſum convoluta, ut in Martagon; intra hæc petala, eodem ortu, ſex ſtamina, arctè unita, tubam circumplexa, capitulis longis inſtructa. *Ovarium* placentæ, intra Florem innatum, trigonum, intra petala, & ſtamina cuſtoditum, *Seminibus* marginatis gemina ſerie poſitis, ex centro apicis emittit tubam longam. *Vid. Tab.* LXIV. *Icon.* 6. *pag.* 134.

TULIPA.

Flos Liliaceus, forma Urcei. *Ovarium*, quod fit *fructus*. *Folia* lata. *Radix* bulboſa &c. *Vid. Tab.* LXIV. *Icon.* 7. *pag.* 134.

DENS CANIS.

Flos Liliaceus, hexapetalos, petalis longis reflexis, nudus, pendulus, in caule unus. *Fructus* ſubrotundus, *Seminibus* oblongis foetus. *Radix* carnoſa, dentis Canini forma. *Folia* Cyclaminis ſimilia. *Vid. Tab.* LXIV. *Icon.* 8. *pag.* 135.

SCILLA.

Radix bulboſa, maxima, cepacea, acris. *Folia* lata. *Flores* Ornithogalo, vel Hyacintho ſtellari, ſimiles, in ſpica creſcentes, antequam folia appareant. *Vid. Tab.* LXIV. *Icon.* 9. *pag.* 135.

PORRUM.

Bulbi oblongi, anguſti, ferè cylindrici, tunicati. *Folia* ex tunicis radicis enata, plana, quandoque carinata. *Flos* hexapetalus, quaſi campaniformis, ornatus ſtaminibus latis, planis, in tria capillamenta exeuntibus, quorum medium apice donatur; Flores in faſciculos ferè globoſos colliguntur. *Ovarium* fit ſubrotundum, triloculare, foetum *Seminibus* ſubrotundis. *Vid. Tab.* LXV. *Icon.* 1. 2. 3. *pag.* 135. 136.

CEPA.

Radix bulboſa, tunicata, orbicularis. *Folia* fiſtuloſa. *Caulis* fiſtuloſus in ventrem aſſurgens turbinatum utrimque. *Flos* hexapetalus, in corymbum collectus ſphæricum. *Piſtillum* Floris fit *fructus* ſubrotundus, trilocularis, foetus *Seminibus* ſubrotundis. *Vid. Tab.* LXV. *Icon.* 4. 5. 6. *pag.* 136.

ALLIUM.

Radix tunicata, bulboſa, ex nucleis multis conſtans. *Folia* plana, non cava. *Flos* hexapetalus, pedunculo longo ſuſtentatus, in faſciculum globoſum collectus, parvus, ſæpe deſtitutus ovario, ut modò mas ſit, aliquando ovarii ſpecie, & tuba inſtructus. *Ovarium* intra Florem fit *fructus* ſubrotundus, trilocularis, foetus *Seminibus* ſubrotundis. *Sæpe* autem ovarium ſolitarium, globoſum, pellicula obvolutum, ſpecie bubilli hæret ad unum pedunculum, qui eſt tuba Ovarii. *Fœtor* olidus in omni parte Plantæ. *Vid. Tab.* LXV. *Icon.* 7. 8. 9. *pag.* 136. 137.

MOLY.

Omnia ut in Allio. *Vid. Tab.* LXV. *Icon.* 10. 11. *pag.* 137.

Ob affinitatem quarundam dotium præcedentibus ſociantur aliæ quædam, ab Clariſſimo Hermanno *in Flora primâ, à Celeberrimo* Rajo *in Metodo, & à Sapientiſſimo* Boerhaave *in Indice Plantarum &c., nec abſurda apparet, ob quam huc referuntur, ratio.*

I. FLORE MONOPETALO, RETRORSUM FLEXO; SEMINE SUBROTUNDO.

CYCLAMEN.

Radix orbiculata, craſſa, ima parte fibrillas dimittens. *Folia* ſubrotunda ſingularia in uno pedunculo, qui ex apice tuberoſæ radicis oritur. *Pedunculi* florigeri, ſimili ortu ex ipſo tuberis corpore enati, finis abit in tuberculum, cui adnaſcuntur ſegmenta quinque, folioſa, magna, profundè ſecta, calicem formantia. *Flos* parte inferiore tubuloſus, monopetalus, ſupra diviſus in quinque amplas, longas, ad ima uſque ſectas partes, quæ retroflexæ circa pedunculum ſe colligunt, donatur quinque ſtaminibus gerentibus teſticulos tubæ arctè appoſitos. *Ovarium* in fundo calicis, ſphæricum, inſtructum tuba longa, inſtructa apice tenui, membranaceum, habens in medio placentam ſuſtinentem multa *Semina*, rotunda, diviſum in aliquot partes, per maturitatem dehiſcentes. *Vid. Tab.* LXV. *Icon.* 12. *pag.* 137. 138.

II. FLORE POLYPETALO, PERSONATO, INNATO APICI OVARII, SEMINE PULVERULENTO.

ORCHIS.

Radix tuberoſa, craſſa, ſucculenta. *Folia* ſimplicia, Liliaceis ſimilia. *Finis* pedunculi exit in ovarium oblongum, triloculare, trivalve, tribus feneſtris pervium, continens pulverulenta *Seminula*. *Flos* inſidens apici ovarii, mirabilis fabricæ, hexapetalos, in ſpicas digeſtus. *Vid. Tab.* LXV. *Icon.* 13. *pag.* 138.

OPHRIS.

Radix fibroſa. *Folia* nervoſa, Plantaginea, conjugata. *Flos* Orchidis ſuſtentatus, & innatus *Ovario* Orchidis. *Vid. Tab.* LXV. *Icon.* 14. *pag.* 138.

DISTRIBUTIO PRIMA

PLANTAE SUBMARINAE.

Corallum rubrum majus ; Corallum album officinarum ; Corallum nigrum , *ſive* Antipathes ; Corallum aſperum candicans ; Corallum album fragile polyſchides ramuſculis æqualibus contiguis dumoſum ; Corallum albidum digitatum , ramis hinc inde contiguis ad latitudinem diſpoſitis ; Corallina ; Umbilicus marinus ; & Alcyonium ſpongioſum officinarum .

CORALLUM RUBRUM *C. B. P.* 366. *Vid. Icon.* 1. *Tab. I. Corallium rubrum majus. Park.* 1299.

CORallum à vocibus Græcis κόρη *Puella*, & ἅλς *Mare* ; quaſi dicas *Puellam* ſive *Filiam Maris*. Frutex ſub aqua marina generatus Græcè κοράλλιον & λιθόδενδρον Latinè *Corallum* , vel *Corallium* .

COralla generari ex Succo lapideſcente certum eſt: utrum autem Succus ille per ſe in fruticem lapideum protumpat, vel an priùs ligneam ſuſcipiat figuram , ſubindeque in lapideam vergat , vel denique ad plantam (emortuam) ſub marina aqua repertam penetret, tranſmutet, adeoque hujus figuram retineat , dubium . Dubitandi occaſionem præbet , quòd frutices Corallorum dentur, qui ex parte ligni adhuc referunt ſubſtantiam, partim Corallorum . Nos , poſthabitis ejuſcæ farinæ dubitationibus , qualis præter hanc èt illa eſt , quam habent de fructibus Corallorum granulatis , quos alii negant , alii perhibent : item de induratione , quam alii fieri ſtatuunt ſimul ac Coralli frutex extra aquas eſſe incipit, alii etiam in ipſa aqua Coralla indurari volunt: utpote quas ſcire parum eſt emolumenti , ignorare parum detrimenti , pergimus ad ea, quorum Medici intereſt, differentias ſcilicet, Temperamentum, & Vires .

Differentiæ .

Coralli variæ ſunt rationes colorum differentiæ : aliud enim rubrum eſt, aliud nigrum , viride , ſubflavum , cinereum , fuſcum , aliove mixto colore ornatum . Ceterùm omnibus præfertur rubrum minii nativi colore, quod maſculi nomen obtinet ; & hoc recipiendum quoties ſimpliciter corallum præſcribitur ſine coloris mentione . Paleſcens fœminæ nomen habet . Huic ſuccedit Corallum album : deinde nigrum (Antiphates olim dictum .) Nam quod alio colore eſt, neque in uſum adhibetur, neque pro Corallo vulgò habetur .

Rubrum , in India & Siene , teſte *Plinio* , reperitur : nunc in Mari Tyrreno , & Siculo paſſim invenitur , Neapolimque adfertur , ubi politur . Hoc antequam rubeſcat, & quodammodo maturum fiat , videtur variis coloribus tingi . Nigrum reperitur in Gallicia Hiſpaniæ . Album reperitur raró , ſolidumque eſt, & cavitatibus caret , quibus ſignis diſtinguitur à ſpecie quadam , Hiſpanis *Polo* dicta , quæ in Catalonia ab iis qui Corallum rubrum quærunt , viliori divenditur . Caret hoc cortice , creſcitque in fundo Maris , non in Saxis , ut rubrum Corallum .

CORALLUM ALBUM OFFICINARUM OCULATUM . *J. B.* 3. 805 *Vid. Icon.* 2. *Tab. I.*
Corallum album Indicum . Baſ. Besler. Faſcic. Madrepora vulgaris T. 573

CORALLUM NIGRUM . *C. B. P.* 366. *Vid. Icon.* 3. *Tab. I.*
Corallium nigrum , ſive Antipathes . J. B. 3. 804. *Ger.* 1575. *Park.* 1300. *Lithophyton nigrum , arboreum . T.* 574. *Keratophyton arboreum , nigrum . Boerh.* 1. 6.

CORALLIUM ASPERUM CANDICANS ADULTERINUM . *J. B.* 3. 806. *Vid. Icon.* 4. *Tab. I.*
Corallium aſperum candicans , an Geſneri Gypſum Coralloïdes ? Chab. p. 573. *Gypſum quod Coralloïdes cognominari poteſt . Geſn. Lap.* 10.

CORALLUM ALBUM FRAGILE POLYSCHIDES RAMUSCULIS AEQUALIBUS CONTIGUIS DUMOSUM . *M. H.* 3. 656. *magnitudine parvæ rupis . Boerh.* 1. 3. *Vid. Icon.* 5. *Tab. I.*

CORALLIUM ALBIDUM DIGITATUM ; RAMIS HINC , INDE CONTIGUIS ; AD LATITUDINEM DISPOSITIS . *M.H.* 3. 656. *Vid. Icon.* 6. *Tab. I.*

Temperamentum , & Vires .

Corallum *omne exſiccat , refrigerat , adſtringit . Cor præcipuè , deinde ventriculum , & jecur roborat , Sanguinem purificat , ac proinde peſti , venenis , febribuſque malignis adverſatur , hilarem hominem efficit (nigrum tamen Corallum homines melancholicos reddere perhibetur ,) ſiſtit fluxus quoſcunque alvi , uteri , penis , Gonorrhæam , Epilepſiam infantum præcavet , (ſi recens nato ante omnem cibum in lacte materno gran.* 10. *exhibeatur .) Extrinſecus commendatur ad ulcera , quæ carnem explent ; ad cicatrices , quas extenuat ; ad oculos , quorum etiam lacrymas ſiſtit, viſumque recreat in Collyriis . Doſis à ſcrup. j. ad Dragm. j. Rutilantia Coralla ex communicatione* Paracelſi *amuletum exhibent celebre contra terriculamenta , faſcinationes , incantationes , venena , Epilepſiam , Melancholiam , Dæmonum inſultus , fulmina . Album appenſum , ut pectus contingat , hæmorrhagiam ſiſtet mulierum , & fluxum album .* Schrod.

CORALLINA *J. B.* 3. 818. *Vid. Icon.* 7. *Tab. I.*

COrallina . *J. B.* 3. 818. *Dod. p.* 477. *Lob. Obſ.* 649. *Muſcus Maritimus , ſive Corallina Officinarum . C.B.P.* 366. *Hiſt. Lugd.* 1368. *Geſn.* de fig. lap cum Medicis vulgò *Corallina* appellat , herbulam Maritimam , in Saxis ſine radice naſcentem , & ſubſtantiam foris , tanquam è limo quodam albicante circumnato ferme lapideſcentem , habentem . *Amatus* ait omnium Doctorum , conſenſu *Muſcum Marinum , Officinarum Corallinam* eſſe : eam autem *Anconæ* magna in copia reperiri : *Hiſpanos Malhorquinam* appellare ; quia primò ad illos ex *Majorica* altera inſularum Balearium advecta ſit . *Cæſalpino Muſcus Marinus* lanugo eſt capilloſa , in Scopulis Maris reperta , modò lapillis , modò aliis fruticibus marinis inhærens , præcipuè *Corallo* , quàm *Corallinam* vocant : mollis quidem quandiu ſub aqua eſt ; extractus autem , & ſiccatus riget ob ſalſedinem : quidam humi ſparſus : color varius , nunc albus , nunc rubeus , aut flaveſcens , aut cinereus , aliquando niger quidam , & herbaceus , mollior . *Eligatur colore , cùm ſicca eſt , ſubrubeſcente , ſalſo ſapore , odore concharum marinarum ſimili .*

Temperamentum , & Vires .

R. frig. , & ſicc. aſtringit , incraſſat , vis lumbricos necandi , & expellendi celeberrima eſt , intus , & extra adhibita . Scrod.

UMBILICUS MARINUS . *Schrod.* 782.
Vid. Icon. 8. *Tab. I.*

UMbilicus Marinus , *referente* Anſelmo Boëtio *lib.* 2. *de gemm. , & lapid cap.* 177 Umbilici humani *ſimilitudinem , & magnitudinem habet , unde nomen obtinuit .*

UMbilicus Marinus . *Schrod.* 782. *Acetabulum Marinum , procerius . T.* 569. *Androſaces petræ innaſcens, vel major . C. B. P.* 367. *Androſaces . Matth.* 897. Videtur diligenter intuenti conchæ eſſe rudimentum , aut concham compreſſam , ſpiras enim habet in gyrum actas: colore rubello , & albo hinc inde diſtinguitur : inferior pars plana eſt , ac nigrior paulò ſuperiori , ac ſi rubedini umbræ color admixtus eſſet : aliquando purpuraſcit , vel albicat . Reperitur in limacis orificio , dum ſe hyeme occludit , ac oſtioli , vel operculi loco eſt , ut in vulgaribus limacibus cruſta

quædam alba. Exterior pars ea, quæ extuberat. Limax vulgaris hoc minor eſt, ac umbelicum marinum ferentibus ſimilis, niſi quod concha umbilici marini craſſa, & duriſſima ſit, ac exteriorem partem habeat quaſi creta obductam, interioremque Margaritarum inſtar ſplendentem, ut quis margaritiferam conjiciat. *Cretenſes* hunc lapidem non umbilicum, ſed oculum marinum vocant, ac oculis, geſtatum prodeſſe autumant. A Venere nomen habet, quod puellis gratiam conciliare, illas amabiles, pulchras, viriſque optatas reddere, illarumque morbos abigere falſo credatur. Inſuper geſtatus Amuleti loco præcavere ab Eriſipelate traditur. Narrat *Baccius*, ſanguinem undequaque fluentem mirificè ſiſtere, & præſentaneum afferre auxilium, ſi ex parte ejus plana, & averſa, cum ſaliva hominis fronti applicetur. Id quod ſemel atque iterum *Patavii* ſe obſervaſſe tradit, in vetula, quæ per ſcalas in caput decidit, & plurimùm ſanguinis per os, & nares, præſertim verò ex vulnere capiti inflicto profudit, qui cùm variis remediis ſiſti non poſſet, adhibito lapide, mox fuiſſe cohibitum, non ſine admiratione. Ob id, ait idem author, à Gallis ſecreti loco mulieribus nimio menſium fluore laborantibus, in pulverem tenuiſſimum redactum, cum aqua appropriata vel conſerva aliqua utiliſſimè exhiberi. Illos quoque qui ſanguinem per intervalla ejiciunt, & exſpuunt, manifeſtum ab eo percipere auxilium, ſi pulverem ejus cum pari portione *Cornu Cervi uſti*, vel *Corallorum rubeorum* præparatorum in ovo ſorbili ſumpſerint. *Schrod.*

ALCYONIUM SPONGIOSUM OFFICINARUM.
J. B. 3. 816. *Vid. Icon.* 9. *Tab. I.*

ALcyonium *referente* Plinio, *fit in* Mari *ex nidis ut aliqui exiſtimant*: Alcyonium, *&* Cæicum, *vel ut alii ex ſordibus ſpumarum craſſeſcentibus, unde Officinis vocatur* Spuma Maris &c.

ALcyonium ſpongioſum Officinarum. *J. B.* 3. 816. *Alcyonium durum, ſive I. Dioſc. Imp.* 638. *Alcyonium album, Baſ. Besleri. faſcic. rar. Alcyonium ſpongioſum. Dioſc. Favum marinum di Antonio Donati. Spuma Maris dicta.* Spiſſum, acerbi ſaporis, ſpongiæ facie, ponderoſum, tetri, & piſculoſi odoris, quodque ut plurimùm in littoribus invenitur.

Vires, & Uſus.

Commendantur ea ad fœminarum ſmegmata, ac contra lentigines, lichænas, lepras, vitiligines, nigritias, & maculas tum faciei, tum reliqui corporis. Jo. Bauhin.

DISTRIBUTIO II.

PLANTAE TERRESTRES SIMPLICISSIMAE.

Agaricus, *ſive* Fungus Laricis; Agaricus auriculæ formâ; Agaricus Inthybaceus; Lycoperdon vulgare; Fungus Typhoides coccineus Melitenſis; & Tubera cervina.

AGARICUS, *ſive* FUNGUS LARICIS. *C. B. P.* 375.
Vid. Icon. 1. *Tab. II.*

OFficinis *notiſſimum eſt* Agaricum, *& nomen retinet, quod* Agaria *regione ductum eſſe veriſimile eſt.*

AGaricus, *ſive* Fungus Laricis. *C. B. P.* 375. *Agaricum J. B.* 1. 268. *Brunsf. Dod. Cord. in D. Lob. Caſt. Tab. Ger. Cam. Bellon.* Concretu fungoſo Larici adnaſcitur Agaricum, nunc majoribus, nunc minoribus maſſis conglobatum, leve, candoris nivei, in farinam digitorum attritu friabile, ſapore primùm dulci, tandem amaricante; Reprobum, & candore cedit, magiſque nigricat, & minùs facilè friatur: pondere etiam vincit: Utrumque verò obveſtit calloſus cortex. *Naſcitur itidem Fungus hic Abieti, Picæ Sylv. Tedæ, & Larici, ſed ſolum* Larignus *intra corpus ſumitur.*

Vires, & Uſus.

Pituitam educit tenuem, aquoſam, ſeroſam, & viſcoſam totius corporis, & in primis excrementa meſenterii, tum capitis, ac pulmonum; Urinam ciet, ac menſes, calf. 1. *ſicc.* 2. Scrod.

AGARICUS AURICULAE FORMA. *T.* 562.
Vid. Icon. 2. *Tab. II.*

AGaricus auriculæ formâ. *T.* 562. *Fungus auriculæ Judæ, coloris ex cineraceo nigricantis, pernicioſus, in caudice Sambuci naſcens. J. B.* 3. 840. *Fungus membranaceus, auriculam referens, ſive Sambucinus. C. B. P.* 372. *Fungorum pernicioſorum*, 1. *Genus, Cluſ. H.* 276. *Fungus Sambucinus ſive Auriculæ Judæ. Ger. Park.* Eſt hic Fungus pernicioſus primus Cluſii, de quo ait: Fungorum pernicioſorum primi generis unicam ſpeciem obſervare memini, licèt magnitudo ejus una ſit: Sed eam diverſitatem ex ætate oriri arbitror. Quotquot autem conſpexi, breviſſimo, vel potiùs nullo pediculo nituntur, ſed caudici arboris inhærent, aut ſingulares, aut gemini, membranaceâ cute conſtantes, implicata, & ſinuoſa, coloris ex cineraceo nigricantis. Vulgus *Auriculam Judæ* nominat cartilaginea enim, & membranacea eſt ſubſtantia, quemadmodum auris.

Vires, & Uſus.

Agaricus, ſive Fungus *in Sambuco genitus. omnis generis inflammationes, & tumores ex aqua roſacea aut vino impoſita, ſedare, & deprimere, tradidere quidam apud* Tragum. *Solet is Fungus, ait* Cluſius, *tametſi non eſculentus, à pleriſque adverſari exſiccatus in uſum; nam in gutturis tumoribus, acetum, in quo maceratus ſit, exhibere ſolent, ad gargariſandum, & guttur eluendum.*

AGARICUS INTHYBACEUS *T.* 652.
Vid. Icon. 3. *Tab. II.*

AGaricus Inthybaceus. *T.* 652. *Fungus inthybaceus. J. B.* 3. 839. *Fungus lignoſus, aureus, ſive Querci fungus. Sterbeeck.* 27. *Arborum Fungus Auriculæ Judæ facie. Cluſ. H.* 294. *Fungus Quercinus. Schrod.* Non ſolum è Quercuum truncis enaſcitur, ſed quercus aut Lichenis in modum diviſus eſt. Memorabilis eſt magnitudinis, & formæ: planus, & compreſſus, dimetiente ſeſquipedali; ex foliis totus aliis incumbentibus aliis ſubeuntibus, omnibus per oras criſtatis criſpiſque conſarcinatus: ita ut Intybo criſpo haud ineptè comparaveris. Color parte ſupinâ veluti cinereus, pronâ albus aut aureus. Univerſus verò prorſus apparet, *Stellamque marinam arboreſcentem* egregiè exprimit. Odor haud ingratus. Eſt porrò ſubſtantia lignoſior quàm ut in cibos venire poſſit: menſe Septembri reperitur, menſe autem Auguſto non ita durus obſervatur. *Naſcitur in Sylvis.*

Vires, & Uſus.

Hæmorrhagiam narium, ac ſanguinem vulnerum, nonminùs, ac betulinus cohibere dicitur. Schrod.

LYCOPERDON VULGARE. *T.* 563.
Vid. Icon. 4. *Tab. II.*

LYcoperdon *à vocibus Græcis* λύκος Lupus, *&* πέρδω, Pedo crepitum *edo, quaſi diceres* Lupi crepitum.

LYcoperdon vulgare. *T.* 563. *Fungus orbicularis. Dod. p.* 484. *Fungus rotundus orbicularis.* 42. *C. B. P.* 374. *Fungus pulverulentus dictus Crepitus Lupi.* 74. *J. B.* 3. 848. *Fungorum noxiorum generis,*

neris, 26. *Spec. III. Cluſ. H.* 288. *Crepitus Lupi*, *ſive Fungus ovatus*, *Park. Boviſt. offic. minus*. Nullo ferè conſpicuo pediculo nititur, glomeratæ rotunditatis, Juglandis magnitudine, & minoris, & majoris, primò alba cute, & medulla itidem alba, conſpicuus, poſtea cute exalbida vel livida medulla; cùm corrumpitur in tenuiſſimum ſicciſſimumque pulverem fuſci coloris, abeunte: calcatus crepitum edit, & fumum pulverulentum emittit. Ejus autem pulvis gravem, & fætidum ſpirat odorem: *Imper*. nec ullo pacto eſt eſculentus *Ruell*. *In ericeticis*, *& paſcuis ſiccioribus montuoſis paſſim occurrit*. *Menſe Septembri*, *& Octobri obſervavimus in Sylvis accedentem ad magnitudinem pilæ palmariæ*, *nondum in pulverem converſum*, *album externè*, *& internè*.

Vires, & Uſus.

Inveteratis, *& fluentibus ulceribus inſpergitur: ea namque*, *teſte* Trago, *diſſiccat*, *& quod citiùs curentur*, *efficit*. *Idem ſiccatus leviſſimus*, *& ſubtiliſſimus in podicem inſertus admodum fluorem hæmorroidalem ſiſtit*, *ut* Platerius *parte* 3. *ſua praxeos docet*.

FUNGUS TYPHOIDES COCCINEUS MELITENSIS.
Bocc. rar. 80. *Vid. Icon.* 6 *Tab. II.*

FUngus *à fugiendo dicitur*, *quia ob qualitates pernicioſas vitandæ ſunt plurimæ ſpecies*; *vel* à funere, *quia ad* funus *agunt*, *& interimunt*.

FUngus Typhoïdes Coccineus Melitenſis. *Bocc. rar.* 80. Palmaris eſt altitudinis, interdum major, Fungum nondum explicato capituli diſco plane referens. *Pediculus* eſt uncialis craſſitudinis, tres aut quatuor uncias longus, ſcaber, fungoſus, *Capitulum* etiam ipſum fungoſum, pediculo paulò craſſius, minoris Thyphæ paluſtris clavam aliquatenus repræſentans, quod dum viret ſi digitis premas, veluti ſanguineum ſuccum fundit: Per maturitatem granis minimis innumeris, Pannico non adſimilibus, exaſperantur, undique cocci colore ſplendentibus. Æſtatis munus eſt; aliis tempeſtatibus temere, & fruſtra quæſieris. *Oritur in Scopulo* Melitæ *inſulæ adjacente*, *dicto* Scoglio *del* Generale, *hinc ipſe* Fungus Heritæ tal General *vernacula lingua dicitur*.

Vires, & Uſus.

Adſtringit maxime, *unde ei præcipua laus in cohibendo Sanguinis profluvio*; *cujus gratia* Melitenſes *ex* Gaulo *inſula*, *illius in pulverem ſoluti ſcrupulum aut amplius vino vel juſculo dilutum hauriunt*, *ducta à majoribus hac nunquam fallente medicina*. Bocc. rar.

TUBERA CERVINA. *M. H.* 3. 638.
Vid. Icon. 5. *Tab. II.*

CErvina *dicuntur quia repeviuntur iis in locis ubi cervi libidinem ſuam exercent*.

TUbera cervina. *M. H.* 3. 638. 2 *C. B. P. Lob. Tuberum genus quibuſdam Cervi Boletus*. *J. B. Boleti cervini orbiculati*. *Thal. Fungi cervini Boleti Officinarum Cord. in Dioſc.* Magnitudine eſt juglandis, interdum Avellanæ, & minore tuberoſum, & inæquale, ſubſtantia inter duritiem, & mollitiem media, cortice intectum, ex cineraceo ad fulvum colorem nonnihil inclinante, ſuperficie granulata, cui callus ſubeſt atropurpureus, ex quam diximus conſiſtentia, qui recentior ſubaſtringit, eſiccatus adſtrictione amiſſa, dulcedinem leviuſculam linguæ offert. Meditullium fungoſa quædam ſubſtantia ex albido purpuraſcens occupat, texturæ perquam raræ. *In Montibus*, *locis frutetoſis*, *& arenoſis proveniunt*.

Vires, & Uſus.

Suffitu occluſos fœminarum locos reſerare, *& vulvæ ſtrangulatus avertere creditur*. *Ex mero hauſtum contra venena valére affirmant nonnulli*; *nec deſunt qui ad amatoria pocula conficienda eo malè abutantur*. *Lacti ubertatem ex ptiſanna afferre ſcribunt alii*: *Venerem verò excitare plurimi*, *ſi ad* 3. *ſs. dragmamve unam ex mero bibatur*: *Sed in partim videtur veroſimile*, *cùm frigidus ſit*, *pituitoſumque & malignum ſuccum in humano corpore generet &c. ſcribit* Dorſthenius.

DISTRIBUTIO III.

PLANTAE TERRESTRES SIMPLICIORES.

Muſchus ſquamoſus; vulgaris, repens, clavatus; Muſchus terreſtris, ramoſus, pulcher; Muſchus quernus; Lichen arboreus, *ſeu* Pulmonaria arborea; Lichen, *ſeu* Hepatica fontana; & Lens paluſtris.

MUSCUS SQUAMOSUS, VULGARIS, REPENS, CLAVATUS. *T.* 553. *Vid. Icon.* 1. *Tab. III.*

MUſcus *à Mucrore ſeu lanugine*, *ſitu diutino contracta*, *dici putatur*. Muſcus *eſſe*, *omnis lanuginoſa materia ex anguſtis partibus* (*vix folioſis*) *compoſita*, *vel terræ ſuperficiei adhærens*, *vel ſaxis*, *rupibus*, *arboribus*, *vel aquis &c.*

MUſcus ſquamoſus, vulgaris, repens, clavatus. *T.* 553. *Muſcus terreſtris*, *repens*, *à Trago pictus*. *J. B.* 3. 766. *Muſcus terreſtris*, *clavatus*. *C. B. P.* 360. *Lycopodium Tab. Ic.* 814. *Muſcus clavatus ſive Lycopodium*. *Ger.* 1562. *Muſcus terreſtris* 2. *Dal. H. Lugd.* 1325. *Plicaria*, *& Cingularia Polonis*. In varios *Surculos* ramoſos, humi diffuſos, ramificatur, qui lenti, & tenaces ſunt, & *foliolis* acutis juniperinis quampluri mis obtecti, *Clavæ* pediculorum, ut plurimum trifidorum, foliorum, brevium, apicibus inſident. *In ericetis*, *& montoſis humidioribus*, *inter gramina repens variis locis colligitur*. *Floret Junio*.

Temperamentum, & Vires.

Refrig. & Sicc. uſus præcip. in calculo atterendo, *ac expellendo* (*laudatur ſummoperè flos ejus citrinus*) *in fluxu alvi* (*Pro Epileptico puerili habetur*. (*Extrinſecus in laxitate dentium*, *in conſolidatione*, *& ſiccatione vulnerum*, (*farina excuſſa inſperſa*.) Schrod.

MUSCUS TERRESTRIS, RAMOSUS, PULCHER.
J. B. 3 767. *Vid. Icon.* 2. *Tab. III.*

MUſcus terreſtris, ramoſus, pulcher. *J. B.* 3. 767. *Muſcus ſquamoſus*, *montanus*, *repens*, *Sabinæ folio*. *T.* 553. Proximè præcedenti affinis eſt, ſed longè ramoſior, hilarioriſque aſpectus. Cubitalibus eſt *Sarmentis*, per quæ vix ulla obſervare licet *folia*. Accedunt autem utcumque *rami* ejus ad *Arborem vitæ*, pulchro virore inſignes, compreſſi, & veluti prælum experti, denticellis hinc inde inciſi, iiſque tandem ſupervenit clava. *In montoſis*, *& umbroſis variis locis reperitur*.

Temperamentum, & Vires.

Cæterùm terreſtris Tragi *Muſcus vino decoctus ac potus*, *urinas movere*, *calculoſque comminuere*, *& educere fertur*: *quod etiam ſtillatitia præſtat aqua*: *unde miramur* Matthiolum *frigidum*, *& ſiccum conſtituere*. *Calidum meliùs faciunt* Tragus, Dodonæus, *&* Camerarius. *Vino pendulo impoſitus*, *intra paucos dies illud reſtituit*.

MUSCUS QUERNUS. Ger. 1558.
Vid. Icon. 3. Tab. III.

MUſcus quernus. Ger. 1558. *Lob. Muſcus arboreus villoſus. J.B. Muſcus arboreus. Trag. Matth. Dod. Lugd. Muſcus arboreus Uſnea Officinarum.* 1. *C. B. P. Muſcus vulgaris, & Quercinus.* Park. 1312. *Muſco, fungus arboreus, vulgaris, comoſus, cinereus. M. H.* 3. 635. Palmaris eſt cinereus, è lignoſo principio in ramuſculos tenues capillaceos comatus. *Colligendus eſt in initio veris.*

Temperamentum, & Vires.

Adſtringendi vim habet, in caliditate, & frigiditate medius: Chab. *Uſus præcip. in Ictero, vomitu, diarrhæa, dyſenteria, abortu præcavendo. Extrinſecus in laxitate gingivar. in ſanguinis fluxu compeſcendo (cum thure in vino, & modico aceto, in nervis punctis, & dolentibus.)* Schrod.

LICHEN ARBOREUS, *ſeu* PULMONARIA ARBOREA. *J. B.* 3 759. *Vid. Icon.* 4. *Tab. III.*

LIchen *à ſanandis Lichenibus ſeu impetiginibus:* Lichen *verò herba, inquit* Plinius, *in Lichenis remediis omnibus præfertur, in nomine invento.* Pulmonaria *ob foliorum cum pulmone humano aliquam ſimilitudinem: vel quod Pulmonum vitiis ac exulcerationibus præſertim medeatur.*

LIchen arboreus, ſeu Pulmonaria arborea. *J. B.* 3 759. *Muſco-fungus. Arboreus platyphyllos ramoſus è viridi fuſcus. M. H.* 3. 634 *Pulmonaria. Tab.* 536. *Odd. p.* 474. *Muſcus pulmonarius. C B. P.* 361. Lichenis vulgaris in modum in plures lacinias ſine ordine diſſecta ſunt *folia* latiuſcula, compreſſa infernè è viridi fuſca, ſupernè ad cinereum vergentia, palmum longa, inæqualibus cavitatibus rugoſa. *In ſylvis, & opacis, è caudicibus arborum vetuſtarum, ac ramulis, oritur, & dependet. Tota Æſtate reperitur.*

Vires, & Uſus.

Adverſus morbos pectoris inſignis eſt. Syrrupus *ejuſdem contra tuſſim, aſtmata, alioſque pulmonum morbos, cum ſucceſſu adhibetur.* Pulvis *etiam ejuſdem optimi eſt uſus: exſiccandi, & aſtringendi facultate præditus ſanguinis profluvia externa vel interna ſiſtit. Adversùs icterum mire commendatur, de quo plura lege in* Ephem. German. Ann. 3. Obſ. 290.

LICHEN, *ſeu* HEPATICA FONTANA. *J. B.* 3. 758. *Vid. Icon.* 5. *Tab. III.*

LIchen, ſeu hepatica fontana. *J. B.* 3. 758. *Lichen primus. Lob. Ic.* 2. 246. *Lichen petræus, latifolius, ſive hepatica fontana. C. B. P.* 362. Aſperginoſis ſaxis adhæreſcit, foliis multiformibus, ſquammatim incumbentibus, laciniis ſinuatis, perplexo textu conſtans. Sutque ea *folia* pinguia craſſave, ſuperiùs hilari virore nitentia, inferiùs dilutiora, fibrarum capillarium infinitis cincinnis, (quos ſaxorum commiſſuris infigit,) ſubtùs demiſſis. Vetuſtate tandem *caules* erigit unciales, & ſemiunciales, tenues, glabros, quorum unuſquiſque *florem* ſtellatum herbacei coloris ſuſtinet, qui ſuis radiis deorſum nutantibus parvum *galerum* exprimit, atque ex foliis parvi nonnunquam erumpunt Umbilici. *Solis æſtivi inimicus eſt* Lichen, *umbroſiſque, & humidis locis gaudet, necnon rorulentis petris, duntaxat ferè naſcitur, quamvis umbroſis, humidis, lapidoſiſque ſtratis viis, aliiſque ſemitis, ad quas ſolis radii rarius proveniunt, quas nullus viator frequentat, etiam reperiatur. Majo, Junio, vel Julio, menſe* capitula ſtellata *profert, & ſimul alia ſæpenumerò folia prioribus addit. Quantò verò majora habet folia, tantò, teſte* Plateario, *melior eſt, & efficacior habetur.*

Temperamentum, & Vires.

Extergendi porrò, ſiccandi, & refrigerandi vim illi tribuunt Dioſcorides, Plinius, & Galenus: *frigidam, & humidam facit* Tragus, *frigidam, & ſiccam ac aliquantulum adſtringentem,* Dodonæus. *Vitiis autem pulmonis jecinoriſque mederi, ac contra hepatis, & ſplenis obſtructiones plurimùm valere, quotidiana docet experientia. At quomodo illitu Icterum curare poſſit, ut voluere* Dioſcorides, & Plinius, *neſcimus. Extrinſecus ſiſtit ſanguinem in vulneribus.*

LENS PALUSTRIS. *Dod. p.* 587. *Vid. Icon.* 6. *Tab. III.*

LEns, & Lenticula *à foliorum circinatorum, medioque tumidorum forma, nomen habet.* Hydrophaces *etiam quibuſdam appellatur, quia aquis vivat: aquarum enim ſuperficiem, locis ſtagnantibus, & foſſis non fluentibus, viridi colore totam obtegit.*

LEns paluſtris. *Dod. p.* 587. *J. B.* 3. 784. *Ger. Trag. Lenticula paluſtris, vulgaris C. B. P.* 362. *Lens paluſtris ſive aquatica. Park.* 1262. *Folia* parva ſunt rotunda, & ſibi invicem contigua adhæreſcunt; unde fibrillæ capillares aquis dependentes nutrimentum hauriunt; ac in autumno prona pars punctulis ex fuſco viridibus obtegitur, quæ veſſiculæ eſſe, quibus continentur ſemina, creduntur.

Temperamentum, & Vires.

Refrigerantis temperiei eſt, & adverſùs Podagræ dolores, ac inflammationes ſedandas adhibetur. In M. S. D.D. Bates *ſecretum nuper inveniuntur, ad Icterum curandum per infuſionem* Lentis paluſtris *in Vino albo, per novem dies mane præbendo.* Moris. *Extrinſecus ad ſcabiem etiam malignam.* Schrod.

DISTRIBUTIO IV.

PLANTAE CAPILLARES.

Lingua Cervina officinarum; Polypodium vulgare; Aſplenium, *ſive* Cetrach; Trichomanes, *ſive* Polytrichum; Adiantum nigrum Officinarum; Adiantum, *ſive* Capillus Veneris; Ruta muraria, Oſmunda foliis lunatis, *ſive* Lunaria botrys; Ophiogloſſum vulgatum; & Filix non ramoſa.

LINGUA CERVINA OFFICINARUM. *C. B. P.* 353. *Vid. Icon.* 1. *T. IV.*

LIngua Cervina *à foliis cervi linguam referentibus dicitur.*

LIngua Cervina Officinarum. *C. B. P.* 353. *Phyllitis Dod. p.* 467. *Phyllitis vulgaris. Cluſ. H.* 213. *Phyllitis ſive Lingua cervina vulgò. J. B.* 3. 756. *vulgaris. Park. Scolopendria vulgaris, Trag. Radix* enim nodoſa, e ſquamis craſſiuſculis quaſi compacta eſt extus ex ruſſo colore nigricans, intus ſubviridis, numeroſis capillaribus *fibris* inde enaſcentibus donata. Ex hac *folia* decem aut duodecim, nunc plura, nunc pauciora, abſque caulibus, ſed pediculis biuncialibus, caſtanei coloris, adnata, plana, integra, glabra, longitudine (plus minus) pedali, latitudine biunciali, in mucronem deſinentia, recta, & linguam extenſam quodammodo referentia, hilaris viriditatis, emergentia, ut plurimum ex erectis nutantia, humum petunt. Horum autem poſticæ partes, *lineis* areoliſve, vermiſculis à rachi oblique applicatis ſimilibus, primò pallidis, deinde ex luteis rufeſcentibus notantur, quæ *florum ſeminumque* minutiſſimorum congeries eſt. *Creſcit in ſylvis, lociſque umbroſis ac opacis, in puteis. Viret per totum ferè annum, & ſero Autumno ſemina perficiuntur.*

Tem-

Temperamentum, & Vires.

Lingua cervina *modicè refrigerat, & ſiccat; adverſùs lienis affectus percommodè adhibetur: & propter aſtringentem qualitatem, quam prodit ſapor ejus acerbus, dyſenteria exagitatis prodeſſe concludit* Galenus. Folia *in vino pota ſerpentum morſibus adverſantur, auctore* Dioſcoride. *Adverſùs rachitidem inter alias nonnullas capillares huic malo ſubvenientes commendatur.*

POLYPODIUM VULGARE. *C. B. P.* 359.
Vid. Icon. 2. *Tab. IV.*

POlypodium *Græc.* Πολυπόδιον *à radice dicitur, quæ tubercula cirros, & acetabula*, Polyporum *ſimilia oſtendit. Ideo* Polypodium *vocatur quaſi multipes.*

POlypodium vulgare. *C. B. P.* 359. *Park. Polypodium majus Dod. p.* 464. *Polypodium J. B.* 3. 746. *Radix* ſub terræ ſuperficie reptat, digito tenuior, altiùs *fibras* ſuas ex *tuberculis*, quibus plurimis ſcatet, demittens, colore foris buxeo, intus ferè herbaceo, ſapore dulci, tandem acerbo & aſtringente, & *acetabulis* iis ſimilibus, quæ in *Polyporum*, ac ſepiarum cirris apparent, & quæ foliorum pediculis inde decidentibus notatur. *Folia* hinc oriuntur recta, pediculis longis gracilibus, levibus, inſidentia, dodrantem longa, binas uncias lata, altis inciſuris obtuſis ſecta, ſed non ad coſtam uſque diviſa, nec dentata, anteriore parte viridia, levia; à poſteriore veluti adhærentibus *verrucis* pulverulentis, è luteo colore fuſcis, ſeriebus per lobi nervum ordine diſpoſitis, leviter exaſperantur. quæ *floſculos* luteos, & deinde *ſemina* minutiſſima, aliorum hujus familiæ, reniformia ſervant. *In veterum arborum carie exeſarum caudicibus, tum & ſuper veteres muros, ac ædium tecta, non infrequens occurrit; ſubinde in ſylvis, & aggeribus reperitur. Quod in veterum Quercuum caudicibus enatum eſt, in medicina à quibuſdam immeritò commendatur.*

Temperamentum, & Vires.

Temperatè calidum eſt, ſed magis quàm mediocriter ſiccum. Humores craſſos ac viſcidos incidit, digerit, & per alvum educit; melancholicis, hypocondriacis, & ſcorbuticis affectibus amovendis commendatur. Rariſſimè autem per ſe exhibetur, ſed additur decoctis, cum purgantibus, & appropriatis alterantibus infuſum. Hæc de Radice intelligenda; nam folia reſpuunt Officinæ. Radix *trita, ſi Dioſcoridem audiamus, luxatis partibus efficaciter illinitur; & adversùs rimas, quæ inter digitos fiunt, vim habet. Ad arthritidem univerſalem, referente* Dodonæo à Menapiis *aliiſque* Rheni, *ac* Moſæ *accolis plurimum commendatur; hujus enim decocto continuis aliquot diebus utuntur, quo ſuperfluos humores abſumi, & reſiccari poſſe ſperant. Vid.* Dod. Pempt. 3. l. 5.

ASPLENIUM, *ſive* CETERACH. *J. B.* 3. 749.
Vid. Icon. 3. *Tab. IV.*

ASplenium, & Aſpleon *Græcis* ἀσπλήνιον, *quod herba ad curanda vitia* ſplenis *idonea ſit.* Scolopendria *à foliorum forma nuncupatur; nam Animalculo ex genere multipedum, quod Græcis* σκολόπενδρα *dicitur, ſimilia ſunt.* Ceterach *Arabes appellant; atque hoc nomine in Officinis venùm proſtat.*

ASplenium, ſive Ceterach, *J. B.* 3. 749. *Cetrach Officinarum. C. B. P.* 354. *Aſplenium. Dod. p.* 468. *Lob Tourn. Caſt. Hiſt. Lugd. Scolopendria Trag.* , & *Tab. Anguill. Radicum* loco tenues, ſubnigræ, inter ſe complicantur *fibrillæ*. *Folia* in orbem expanſa, digiti humani longitudine, æquè ac latitudine recta, pediculis brevibus adnata; qui quidem pediculi in coſtam mediam exporriguntur. Ad margines profundè ſinuata ſunt folia, inciſuris ſuis rotundis alternatim, & ordine diviſa, ſeu quavis lacinia adversùs medietatem oppoſitæ, ſed non ad coſtam uſque inciſa; ſuperiùs glabra, & virentia, inferiùs molli *lanugine*, ruffa, & pulverulenta, non *maculis* lineiſve tantùm, ut in aliis, ſed penitus obducta, & contigua, unde coriacea quaſi craſſities iis conciliatur. *Folia* exſiccata *crenis* involvuntur, & in teretem formam contrahuntur, quam & in Officinis venalia conſervant. *In rupium aridarum rimis, ſaxoſis, vetuſtiorum murorum ſiſsuris &c. totoque anno viret.*

Temperamentum, & Vires.

Facultatem leviter reſiccantem habet Aſplenium, & *nonnihil calefacientem. Lienem tumidum minuit, ſeu reſedat, malo hypochondriaco, aliiſque morbis, quorum ſedes in liene depravato vulgo ſtatuitur, corrigendis conducit; hepar expurgat; & ictericis convenit; calculos comminuit, urinam & menſes pellit; fœminis tamen haud commendabile, ſi (quod ſuſpicari pronum eſt) conceptionem impediat, & ſterilitatem inducat. Commendatur extrinſecus ad vulnera, & ulcera exiccanda.* Moris.

TRICHOMANES, *ſive* POLYTRICHUM OFFICINARUM. *C. B. P.* 356. *Vid. Icon.* 4. *Tab. IV.*

TRichomanes, *ſive* Polytrichum Officinarum. *C. B. P.* 356 *Trichomanes, ſive Polytrichum. J. B.* 3. 754. *Trichomanes. Park. Dod. Trichomanes Mas.* Ger. Capillata nigricanteque *radice*, & conferta nititur. *Foliola* habet ad coſtam ſemipedalem aut digitalem, teretem, rigidiuſculam, fragilem, atrorubentem, ſplendentemque adnexa plurima (impari folio extremam *alam* claudente) parva ſubrotunda in ambitu nunc crenata, nunc nullis crenis conſpicua, interdum criſpa, ſupernè virentia, infernè ruffo *pulviſculo* aſperſa, è regione poſita, ſapore mixto, adſtringente, ſubdulci. *Diuturnum ac vivax eſt, nec hyemis injuria offenditur. Locis humidis, & umbroſis, vetuſtis parietibus, ac muris, & ſaxoſis aliis ut plurimum gaudet.*

Uſus.

Trichomanes, ſive Polytrichum eſt una e quinque capillaribus Officinarum, ſicut Capillus Veneris verus, *cui temperie, & facultatibus reſpondet, & ejus loco in ſyrupis, & decoctis uſurpatur.* Moris.

ADIANTUM, *ſive* CAPILLUS VENERIS. *J. B.* 3. 751.
Vid. Icon. 2. *Tab. V.*

ADiantum *Græcis* Ἀδίαντον *quaſi ab* α *priv.*, & διαίνω *humecto, irrigo, madefacio, quod aquis immerſa non madeſcat hæc planta.* Capillus Veneris *dicitur, quia pulchros reddit* capillos, *vel quia hæc planta virgulis nigris lenibus, & ſplendentibus, quaſi* capillis *prædita ſit; quocirca* Trichomanes *quibuſdam dicitur.*

ADiantum, ſive Capillus Veneris. *J. B.* 3 751. *Adiantum Dod. p.* 469. *Adiantum verum ſive Capillus veneris verum. Park. Capillus Veneris, Ger. Adiantum foliis Coriandri. C. B. P.* 355. Muſco ruffoque ceſpiti implexæ ſunt *capillares radicum fibræ* nigræ. *Pediculi* exeunt multi, tenues, nigri, dodrantales, aut etiam cubitales, in *ramos* ſtamineæ tenuitatis diviſi, per quos tremulo filo appenſa viſuntur crebra folia mollicella tenellaque, levia, Coriandrinis primitus erumpentibus ſimilia, nec magnitudine multum cedentia, ex rotundis ferè triangularia, ſectionibus ſubrotundis, per extremum rarioribus, altioribus cæſa. Ad inciſuras foliorum vetuſtiorum materia pulverulenta ad cinereum colorem vergens, marginibus veluti reflexis occultatur. *Locis umbroſis ac humidis gaudet, in parietibus, petroſis, ſecus fontes, & aquarum ſcaturigines, circa puteos, & conſimiles locos, per totum annum viret: opaca verò ſolique expoſita refugit.*

Temperamentum, & Vires.

Plurimum laudatur Adiantum, *ſive* Capillus Veneris verum, *quod miti calore, & frigore temperato ſit, & æqualiter de utraque qualitate participet. Uſurpatur in thoracis affectibus; pulmones aperit; viſcidi humoris exitum promovet; reſpirandi difficultatem tollit; aſthmaticis, tuſſientibus, pleuritide & peripneumonia laborantibus prodeſt. Hepatis quoque ac lienis obſtructiones reſerat; calculos renum atterit; meatus urinarios extergit, atque alvi fluxionibus ſiſtendis conducit. Secundinas ac menſtrua ciere dicitur, ſed contrarium ſuggerit* Rulandus *in* Theſauro Med. *Nam decoctum cum vino bono uſque ad conſummationem tertiæ partis, non modò expertum, ſed divinum pronunciat remedium in abortu præcavendo. Extrinſecus capitis furfures detergit, capillos auget, & alopecium curat; ad ſtrumas quoque, & abſceſſus digerendo tanquam utile laudat* Galenus.

ADIANTUM NIGRUM OFFICINARUM. *J.B.* 3 742.
Vid. Icon. 1. *Tab. V.*

ADiantum nigrum Officinarum. *J.B.* 3. 742. *Adiantum foliis longioribus, pulverulentis, pediculo nigro. C.B.* P. 355. *Dryopteris nigra. Dod. p.* 466. *Filicula, quæ Adiantum nigrum Officinarum, pinnulis obtuſioribus. T.* 542. *Onopteris mas, Ger. Adiantum nigrum vulgare. Park. Radix* è fibris nigricantibus inter ſe complicatis emiſſa, mediocris eſt craſſitudinis, quæ ſubinde nova germina molitur. *Cauliculi* pediculive dodrantales, (nunc longiores, nunc breviores) firmi nigreſcentes inde oriuntur, quibus inæquali ortu adnectuntur *alæ* unciales, & biunciales, in acutum mucronem abeuntes, ac *pinnulas* oblongas, è latitudine acutas, & dentatas, ſupernâ parte atrovirides, infernâ verò pulverulentis maculis oblongis, oblique conſperſas, diviſæ. *In locis petroſis, ac præſertim umbroſis, vetuſtis parietibus, ad radices arborum, foſſarumque aggeres, ſolo præcipuè argilloſo &c. perpetua fronde virens, reperitur.*

Temperamentum, & Vires.

Caliditate, & frigiditate, temperatum eſt, exſiccat, attenuat, aperit. extergit, pulmonum renumque vitiis medetur, epatis & lienis obſtructiones reſerat. Urinam, & menſes ciet. Schrod.

RUTA MURARIA. C.B.P. 356.
Vid. Icon. 3. *Tab. V.*

RUta Muraria. *C.B.P.* 356 *J.B.* 3 753 *Ger. Dod. p.* 470. *Adiantum album. Tab. Salvia vitæ Adv. Lob. Lugd. Ruta muraria. ſive* Salviæ vitæ, *Lob. Park Filicula petræa Rutæ facie. M. H.* 3. 585. *Radice* tenuibus è *fibris* complicata conſtat. Pediculos edit complures tenues, ſemipalmares, & palmares, è fuſcis virides; ex quorum tum lateribus, tum extremitatibus ramatim naſcentia exeunt *folia*, *Rutæ* hortenſis graveolentis quoad formam, ac diviſionem ſatis ſimilia, per ambitum crenata, anteriore parte levia, virentia, averſa verò ferruginea, pulverulenta, materia *punctulis* ſignata per totum oblita. *Naſcitur in parietibus ac muris juxta aquas, locis videlicet irriguis, & non apricis. Vivax eſt toto anno, æſtate tamen ampliùs viret, flore & ſemine caret.*

Temperamentum, & Vires.

Calid., & frigid. temperata eſt, ſiccat, digerit, diſcutit, tartaream, & viſcoſam mucilaginem in Pulmonibus &c. incidit, uſus præcip. in tuſſi, aſthmate, pleureſi, ictero, obſtruct. ſplenis. Valet ad renum, & veſicæ dolores, urinam clementer ciet, calculoſque expellit. Peculiariter præſtare eam perhibet Matth. *In cura Scorbuti præſtantiſſimum agnovit, & expertus eſt* D. Michael. *Ad Enterocelas puerorum commendant, & valde efficacem referunt, ſi quadraginta continuis diebus* aridus *ejus* pulvis *ſumatur. Extrinſecus capillos creſcere facit, ulceraque manantia capitis abſtergit, ſtrumas, & abſceſſus digerit.* Schrod.

OSMUNDA FOLIIS LUNATIS. *T.* 547.
Vid. Icon. 5. *Tab. V.*

OSmunda ſive Lunaria *recentioribus dicta à foliis lunæ creſcentis in modum falcatis. An veteribus cognita fuerit, nec ne, ambigitur.* Lunaria botrytis *à* βοτρυώδυς *racemoſo* flore, *ac* fructu *nuncupatur.*

OSmunda foliis lunatis. *T.* 547. *Lunaria racemoſa minor & vulgaris. C. B. P.* 354. *Lunaria botrytis. J. B.* 3. 709. *Lunaria Dod. p.* 139. *Trag. Lunaria minor Matth. Ger. Park. Fuchſ. Lugd. Cæſ. Lunaria racemoſa, Adv. Lob. Lunaria petræa, Taura paſtoribus, quòd Vaccæ hac deguſtata, taurum requirant, Geſn. de Lunaria. Radix* ei parva, fibroſa, ſucculenta, è luteo fuſco colore tincta, in capitulum congeſta eſt; ex qua *pediculus* cauliſve exit ſingularis, palmaris, nunc altior, nunc humilior, ſecundùm ſolum, quo creſcit, teres, craſſus, glaber, pallidè virens, medietatem circiter in binas partes ſe dividens, quarum altera *folium* pingue, & ſucculentum, in alas, ſuperiore parte gibboſas, & ſubrotundas, ac inferiore falcatas (una folii extremitatem claudente) ad coſtam naſcentes, diviſum geſtat; altera tenerior à pediculo ſub initium folii prodiit, quam *alæ* prædictæ primò amplectuntur, mox in biuncialem altitudinem aſſurgentem. In hujus faſtigio *Floſculis* pullulantes, ac egerminantes, ſpiſſi, virides, racematim cohærent; qui temporis decurſu fuſcum colorem obtinentes, ac dehiſcentes, attactu ut levi flatu impulſi, in *ſemina* minutiſſima tranſmutantur, ac *pulverem* tenuiſſimum demittunt; *cauliſque* perit. *In herbitis montoſis, montium ac colliculorum declivibus, ſolo præſertim arenoſo ad humiditatem &c. reperitur ſub finem Aprilis; Majo, ac Junio inveniri poteſt.*

Temperamentum, & Vires.

Hujus plantæ refrigerandi, & reſiccandi facultati vis aſtrictoria adjuncta eſt; Uulneribus ſanandis idonea eſt, & in recentibus agglutinandis magnæ efficaciæ. Ophioglossum *ipſo aſpectu, & facultate eximia vulnera ferruminandi, ulceraque & luxata cogendi, vel æmulatur, vel ſuperat,* Lobellio *id affirmante in* Adverſ. *Miris celebratur laudibus ad puerorum enterocelas curandas, teſte* Matthiolo. *Dyſentericis utilis eſt; ſuperfluentes mulierum purgationes ſupprimit; & albos præter naturam fluores ſiſtit.* Trag. Cæſalph. Fuchſ.

OPHIOGLOSSUM VULGATUM. *C.B.P.* 354.
Vid Icon. 6 *Tab. V.*

OPhioglosſum *à vocibus Græcis* ὄφις Serpens Lingua; *quaſi diceretur* Lingua ſerpentina.

OPhioglosſum vulgatum. *C.B P.* 354 *Ophioglosſum, Trag. Matth. Dod. p.* 139. *Ger. Ophioglosſon. J. B.* 3. 708. *Ophioglosſum, ſive Enneaphyllum, Adv. Lob. Unifolium; Amati. Lingua vulneraria, Cordi. Lingua ſerpentina, Cæſ. Caſt. Ophioglosſum ſive Lingua ſerpentina, Park. Radicula* enim fibrata, filamentiſque ſatis craſſis ſubluteis cirrata, cauliculum fulcit in oblongum, ſurrectum, pingue & nullis venis liratum, integrumque folium carnoſum, *leve*, pallidè virens, unciam latum, duas longum, ovale ferè, obtuſum dorſo convexo abeuntem; è cujus pediculo, & folii veluti ſinu, *ſtylus* exit tenuis, rectus, anguſtus, acutus, *Serpentis linguam* eliminatam referens, qui folium ipſum altitudine ſuperat, & extremitatem verſus nonnihil tumidiuſculus limæ ſcobinæve ad inſtar denticulatus, in folii cavitate quodam modo deliteſcit. Primò virens, & folio concolor, demum verò in rubedinem mutatur, pluriſque ſubtiliſſimus *ſemina* continens effluit; *In paſcuis humidioribus, pratis paluſtribus, ac montium declivibus, Aprili a Majo menſibus ſatis frequens reperitur.*

Temperamentum, & Vires.

Paullo minus frigidum eſt, quamquam ſiccum, quoad utramque verò qualitatem moderatum. De nomine, ac virtutibus ſilent veteres, a recentioribus inter nobiliores herbas vulnerarias reponitur. Uſus ejus internus in decoctis, & potionibus vulnerariis; externus in oleis, & unguentis, tum ad vulnera, tum ad ulcera uſtaque ſananda, accommodatis. Ad tollendas hernias puerorum tanquam utile laudatur. Herbæ pulverem aliquot diebus exhibitum ramices omnes curare poſſe affirmat Baptiſta Sardus.

FILIX NON RAMOSA DENTATA. *C.B.P.* 358.
Vid. Icon. 4. *Tab. V.*

FIlix *dicitur quaſi fælix, quod in locis incultis fæliciſſime proveniat, & luxuriet, vitiniſque enectis plantis latiſſimè ſe diffundat.*

FIlix non ramoſa dentata. *C. B. P.* 358. *Filix vulgo mas dicta ſive non ramoſa. J. B.* 3. 737. *Filix mas, Ger. Dod. p.* 462. *Matth. Filix mas non ramoſa pinnulis latis denſis minutim dentatis, Ger. emac.* 1129. *Mas vulgaris, Trag. Park.* Menſe Aprili, Auctore *Trago* aliquando ſeriùs apud nos, multos promit *aſparagos*, primo exortu inflexos, (ut in aliis *Filicibus* ferè fit) cano *capillitio* obductos; atque ii progreſſu temporis abeunt in *folia* ampla, bicubitalia, crebra, recta, frangi facilia, diluto colore virentia, ferruginea *lanugine* averſa parte hirſuta, alis ſeu tarſis, ex quibus componuntur, mediæ coſtæ alternatim adnaſcentibus, non conjugatim, longiùs diſtantibus, quàm in proximè ſequenti, in pinnulas ſeu criſtas latas, & lata baſi nervo tarſi medio adnaſcentes, obtuſas, circa margines dentata diviſis. *Linea* nigra nervum uniuſcujuſque alæ medium ſupernè producta notat.

netat. Singulæ pinnulæ ſupina parte *venulis* inſignes ſunt, prona duplici ordine *punctorum* ferrugineorum. *In locis humidis, & umbroſis, aggeribus ſepium, & conſimilibus, paſſim occurrit.*

Temperamentum, & Vires.

Pulvis radicis *inſperſus ulceribus claudendis conducit; idem internè ſumptus tænias, & lumbricos pellit.* Succus *expreſſus adversùs ambuſta vim habet. In lienis affectibus quibuſcunque multum prodeſſe traditur, nam ex vegetabilibus, omnibus ſpleneticis palmam facit dubiam, inquit* Ettmull. Foreſtus *decoctum ſequens ut arcanum ſui Præceptoris* Benedicti Faventini *laudat, quod proponitur à* Sennerto in *cap.* de Scirrho, *& duris lienis tumoribus; Recip. rad.* Filicis *unc.* I. *Cuſcutæ drach.* II. *coque in vini potentis unc.* VIII. *ad tertiæ partis conſumptionem. Colatura propinetur.*

DISTRIBUTIO V.

PLANTAE GYMNOPOLYSPERMAE.

Chelidonium minus; Hepatica trifolia; Anemone Geranei rotundo folio; Pulſatilla folio craſſiore, & majore flore; Ranunculus pratenſis, erectus, acris; Ranunculus pratenſis, radice verticilli modo rotunda; Quinquefolium majus, repens; Tormentilla; Pontentilla, *ſeu* Argentina; Fragaria vulgaris; Caryophillata vulgaris; Filipendula vulgaris; Thalictrum majus; Plantago aquatica latifolia; Clematitis latifolia, dentata; & Clematitis, *ſive* Flammula ſurrecta.

CHELIDONIUM MINUS. *Dod. p. 49.* *Vid. Icon. 1. Tab. VI.*

CHelidonium minus. *Dod. p. 49. Chelidonia rotundifolia, minor. C.B.P.* 309. *Ranunculus vernus, rotundifolius, minor. T.* 286. *Ranunculus præcox, rotundifolius, radice granuloſa. M. H. n.* 446. *Scrophularia minor. J. B* 3. 30. *Hæmorrohidum herba dicta.* Planta hæc viret ſubrotundis *foliis*, lævibus, glabris ac reſplendentibus, Hederæ foliis minoribus; inter hæc *cauliculi* tenues, breves, vix triunciales, humique plurima parte procumbentes, *floſculos* promunt luteos, ſenis, ſeptenis, nunc pluribus petalis donatos Ranunculorum modo, quibus valde accedit habita ratione capituli exigui, ſubrotundi, ex *ſeminibus* arte ſibi invicem cohærentibus compoſiti; *radix* tenuibus fibris conſtat, quibus in unum apicem cohærent granula oblonga ovata triticeis granis majora. *Creſcit in locis humidis, & paluſtribus. Floret Martio.*

Temperamentum, & Vires.

Chelidonium minus *calidam, & ſiccam qualitatem poſſidet, ipſo majore* Chelidonio ſiliquoſo *eſt, acrius ac calidius, Ranunculis potentia &c. Cutem valenter ut* Galen., *&* Dioſc. *ajunt, exulcerat, ſcabros ungues eicit:* Succus *radicum per nares attractus, aut ipſis impoſitus, caput per ipſas nares expurgat. Poſterior ætas ad hæmorrohides radicibus una cum adhærentibus granulis utitur, quæ bujus ſucco cum vino aut laborantis urina permixto ſæpius allotæ contrahuntur, ac dolore ſopito reſiccantur.*

HEPATICA TRIFOLIA, CAERULEO FLORE. *Cluſ. H. 247. Vid. Icon. 2. Tab. VI.*

HEpatica trifolia, Cæruleo flore. *Cluſ. H.* 247. *Hepatica nobilis, flore cæruleo. H. L., Trifolium hepaticum, flore ſimpilci, cæruleo. C. B. P. var.* 330. *Ranunculus tridentatus, vernus, flore ſimplici, cæruleo. T.* 286. *Trifolium hepaticum, ſive trinitatis herba, flore cæruleo. J. B.* 2. 389. *Folia* habet hæc plantula lata, magnitudine quaſi foliorum Aſari, figura Trifolii acetoſi, in tres lobos diviſa, in medio tamen continua, averſa parte quibuſdam maculis aſperſa; primo, abſque caule apparent ſolummodo folia, poſtea inter hæc folia ex radicibus ipſis graciles tereteſque, ſubhirſuti, ac modice ex virore rubentes erumpunt coliculi, dodrante breviores, palmares, interdum ſeſquipalmares; in horum ſummis *floſculi* apparent ut plurimū ſenis, aliquando ſeptenis, & octonis petalis conſtantes, in quorum medio plurima apparent ſtaminula, quibus fatiſcentibus ſuccedit congeries *ſeminum* echinata ſpecie, in unum centrum, cauliculi ſcilicet ſummitatem, congeſtorum, & arctè ſibi invicem adhærentium Ranunculorum ſeminum more, quæ matura Majo ſponte decidunt, quæque floribus expanſis Martio ſucceſſere plurima concatenatim conjuncta. *Radices* ſubſunt graciles, fibroſæ, numeroſæ, nigræ, in diverſa tendentes: folia hyeme permanent; *flores* ſi cælum clemens fuerit, circa Februarii medium erumpunt; ſi rigidius, menſe Martio; *Semen* Majo matureſcit: poſt florum defluvium, & ſeminum maturitatem nova ſingulis annis erumpunt folia, quæ averſa parte nonnihil purpuraſcunt, minus tamen quam Cyclaminis minoris. *In ſylvis, in locis opacis, & umbroſis frequens occurrit.*

Temperamentum, & Vires.

Refrigerandi, ac reſiccandi potentia cum adſtrictione hæc herbula prædita eſt, hepati per caliditatem debilitato conferre fertur; nam & refrigerat, & robur ei non exiguum confert. Laudatur, & ad ramicem efficax a Baptiſta Sardo *perhibetur, ſi reſiccatæ pulveris cochlearis menſura, ex vino aut jure aliquo continuis diebus exhibeatur.*

ANEMONE GERANEI ROTUNDO FOLIO. *C. B. P. 173. Vid. Icon. 3. Tab. VI.*

ANemone *quod flante* ἀνέμῳ, vento, *flos ejus explicetur; vel ut aliis placet, quod locis delectetur vento expoſitis.*

ANemone Geranei rotundo folio purpuraſcens. *C.B.P.* 173. *M. H. n.* 425. *Anemone hortenſis, latifolia, ſimplici flore, III. Cluſ. H.* 249. *Anemone Italica, latiuſculis, ſpinoſis foliis, III. Cluſ. J. B.* 3. 402. *Anemone papaveracea. Tab. Ger.* Hujus *folia* ſunt ſaniculæ foliorum pene diviſura initio, prona parte nonnihil purpuraſcentia, non multifida, & tenuius inciſa; deinde emergit *caulis* nudus, lanuginoſus, dodrantalis, nonnunquam etiam pedalis, tribus laciniatis foliis, tanquam involucro, florem includens initio, ut in ſuperiore; tandem excreſcens *florem* ſuſtinet in duodena, vel quindena petala diviſum, radiatim, & ſtellæ in modum cingentia diſcum, ſeu umbonem medium ex plurimis ſtaminulis conflatum, quæ foris cineracæi ſunt coloris, & hirſuta interius miſta rubedine purpura nitentia, gratiſſimo aſpectu, medium caput (inquam) villoſum, nigris ſtaminulis circumſeptum, quod excuſſo flore veluti primum emergentis Aſparagi thyrſulus intumeſcit, & ex plano villoſoque, ſive lanugïnoſo ſemine conflatum, per maturitatem læviſſimo auræ flatu decutitur, & venti ad arbitrium fertur perinde, ac ſilveſtris Anemonis vulgariter ſemina: *radix* novellarum plantarum ex ſemine natarum exiguæ olivæ ſimilis eſt, vetuſtior autem nodoſa, & articulata, foris nigra, intus alba, fibris aliquot, per alimentum trahit, prædita, quæque fruſtulatim fracta pangi, ac ſeri poteſt. *Inter vepres in aprico floreſcit, Martio, & Aprili.*

Temperamentum, & Vires.

Anemone, *authore* Dioſcoride, *vim habet acrem, cum ejus radix ſit calida, & fervidi guſtus.* Galenus *omnes*

Ane-

Anemones *ſpecies extrahendi, & attrahendi, & ora vaſorum reſerandi, facultatem obtinere ſcribit; itaque radix, ait, commanducata pituitam evocat: ejuſque ſuccus ex naribus purgat, oculorum cicatrices extenuat: inſuper ſordida ulcera* Anemonæ *expurgant, & lepras retrahunt, menſeſque appoſitæ eliciunt, lac trahunt: lac quidem attrahere* Dioſcorides *inquit; folia & caules cum Ptiſana cocta, & in cibo accepta menſes etiam ciere in peſſo appoſita.*

PULSATILLA FOLIO CRASSIORE, ET MAJORE FLORE. C. B. P. 177. *Vid. Icon. 4. Tab. VI.*

PUlſatilla *nominatur, quod ſeminum tremuli pappi leviſſimo flatu huc atque illuc agitentur, unde & herba venti dicitur.*

PUlſatilla folio craſſiore, & majore flore. *C. B. P.* 177. *Pulſatilla folio craſſiore, flore majore, dilutiore. M. H.* 2. 248. *Pulſatilla purpurea, cærulea-ve. J. B.* 3. 409. *Pulſatilla. Dod. p.* 433. *Folia* hujus ſatis Paſtinacæ Silveſtris, ſeu Carotæ foliis ſimilia ſunt, niſi ab iis magnitudine vincerentur, tenui diviſura, piliſque reſpondentia, ex pediculo longiore palmari circiter, admodum villoſo, & propter terram ſubrubente, appenſa; *Caulis* teres, cavus, denſa lanugine obductus, dodrantalis, delapſo flore pedalis, & major, multis vel ramis, vel foliis donatus, unico excepto folio caulem medium fere cingente, & in plurimas lacinias diviſo, inferioribus latioribus, quod paulo aliquando infra florem naſcitur, denſo mollique tomento comatum, circumcirca labri aut acetabuli profundiuſculi inſtar caulem cingens, ſibique verſus caulem continuum, quod exterius in lacinias numeroſas, tenueſque finditur: *Caulis* faſtigio ſummo *flos* inſidet unicus, magnus è ſex petalis acuminatis, & reflexis compoſitus, purpuraſcens, foris hirſutus, intus glaber, levem, ſed ſuavem odorem ſpirans: medium obſidet ex oblongo rotundum capitulum, fibris apicibuſque luteis cirratum; poſtquam autem dilapſus eſt flos, caulis ſupra folium prædictum altius excreſcit, locoq; floris ſuccedit comoſum capitulum ſtaminum holoſericeorum mollitie ſeu villoſa cæſarie comoſum, & incaneſcens, argentei ſplendoris; appenſo unicuique ſtamini ſemine oblongo, tereti: dilapſis porro, & præ ſiccitate caducis ſeminibus, una cum ſtaminibus appenſis, caput relinquitur rotundum: *radix* craſſa, longa, nigra, in plura capita interdum diviſa, ſuperius ex reliquiis marcidorum foliorum comata, ſapore nonnihil amareſcente, & tandem acrimonia linguam vellicante. *In Montis locis incultis provenit; in hortis potius colitur; & Aprili, & Majo menſibus floret.*

Temperamentum, & Vires.

Eſt enim Pulſatilla *vehementer acris, quamcunque corporis contigerit partem, ſi imponatur trita exulcerans, & urdens: Ranunculis haud inferior, proinde calida vehementer, & ſicca. Ab Empiricis id compertum habet* Brunſfelſius, *quod vulneraria ſit herba, quodque folia non ſine acore quodam ſecentur, ita ut oculos quemadmodum Allium, & Cepa feriant;* quod *illa per Alembicum diſtillata aquam vulneribus mundificandis curandiſque præſtent utiliſſimam, quæ & putridam carnem erodat.* Folia, caules, *&* flores, *inquit* Matthiolus, *cum acerrimo ſint guſtu, excalefaciunt, & ſiccant ordine quarto. Incidunt, attenuant, attrahunt, digerunt, expurgant, exulcerantque.* Radix *vero cum ſubdulcis ſit, non longe aberit à temperatis. Sunt qui eam præferant contra peſtilentiæ contagia, & venena pota, & virulentorum animalium ictus, ſi cum vino bibatur, drachmarum duarum pondere; quare in antidotis additur.* Aqua *è foliis diſtillata vulnera ſanat, & pota ſudorem provocat.* Pulſatilla, Trago *dicta herba venti, calida eſt, & ſicca, debetque magis exterius, quam interius corporis partibus adhiberi. Commendatur ad calculos, cangrenam, putrida vulnera, ungues ſqualidos, papulas, mariſcas, verrucas, & mammillas.* Radix *ſiccata, ſternutamenta ciet; cruda vero manſa pituitam elicit.*

RANUNCULUS PRATENSIS ERECTUS ACRIS. C. B. P. 178 *Vid. Ic. 5. Tab. VI.*

RAnunculus *à* Ranis, *quod plurimæ ejus generis ſpecies locis aquoſis, in quibus* Ranæ *degunt, delectentur.*

RAnunculus pratenſis, erectus, acris. *C. B. P.* 178. *Ranunculus rectus, non repens, flore ſimplici, luteo. J. B.* 3. 416. *Ranunculus pratenſis, ſurrectis cauliculis. Lob. Ic.* 665. Hic ad duos cubitos interdum, recto, lævi aſſurgit, ex *radice* fibroſa albaque: *folia* ex longis pediculis, reptantis Ranunculi foliis ſimilia, ſed parum aut nihil hirſuta, accedunt quodammodo ad Aconiti lutei folia, adeo ut ſub initium quemlibet Botanicum falleret antequam cauleſcat, & floreat ipſa planta in horto inter Aconita conſita; *folia*, inquam, purpureas interdum habent maculas; *flos* minor luteus, pentapetalus, quem ſequitur echinatum ſeminum capitulum. *Ranunculus eſt vulgatiſſimus, utpote qui paſſim ubique, tum in hortis, tum in pratis habetur, ac ſecus vias, locis umbroſis, & humentibus: Majoque, Junio, & Julio floret.*

RANUNCULUS PRATENSIS, RADICE VERTICILLI MODO ROTUNDA. C. B. P. 179. *Vid. Icon. 6. Tab. VI.*

RAnunculus pratenſis, radice verticilli modo rotunda. *C. B. P.* 179. *Ranunculus tuberoſus, major. J. B.* 3. 417. *Ranunculus bulboſus. Lob. Ic.* 667. Ranunculus hic tuberoſus *foliis* varie diſſectis, latis ac virentibus cauliculis, *floſculis* auri colore ſplendentibus, ſemineque in calyce aculeato, & ſimul in globulum contracto, reliquos prædictos Ranunculos pratenſes ſatis refert; ſed *radix* inſtar globuli rotundi, parvo exiguoque Rapo ſimilis, ex cujus parte ſeſſili tenues, gracileſque dependent fibræ. *Provenit paſſim in incultis, & aridis locis. Ad hortos translatus ſæpe luxuriat, non modo foliis, ſed floribus.*

Temperamentum, & Vires.

Omnes Ranunculi *qualitatem, ut ait* Galenus, *vehementer acrem poſſident, adeo ut cum dolore exulcerent: hac ratione ſi moderate, & convenienter utare, pſoras, & lepras excoriant, & ungues divellunt: tum leproſis ſtigmata digerunt, & acrochordonas, & myrmecias detrahunt, quin & alopecias juvant, pauco tempore admota: nam ſi diutius inhæreant, non excoriatur ſolum ipſa cutis, ſed & in cruſtam uritur, atque hæc omnia caulis, & foliorum ſunt opera, ac ſi imponas cauſtica, ſeu urentia ferra candentia. Porro* radix *arefacta ſternutationem provocat, ſimiliter aliis, quæ valenter deſiccant: ſed & dolores ad dentes ita juvat ut frangat eos, valenti ſcilicet exſiccatione; ut ſemel dicam, calida, & ſicca valde eſt* radix, *tum univerſa herba. Hæc* Galenus.

QUINQUEFOLIUM MAJUS, REPENS. C B.P. 325. *Vid. Icon. 1. Tab. VII.*

QUinquefolium, *quaſi diceres plantam foliis quinis.*

QUinquefolium majus, repens. *C. B. P.* 325. *Pentaphyllum, ſive quinquefolium, vulgare, repens, J. B. n.* 397. *Quinquefolium majus. Dod. p.* 116. *Pentaphyllum minus, procumbens, flore luteo. vulgare, radiculas emittens ex geniculis. M. H.* 2. 189. Hoc, non ſecus ac Fragaria, flagellis ſuis cubitalibus teretibus, hirſutis, & rubentibus ſerpit: *folia* minora Fragariæ, quinquepartita, magna, hirſuta, ſingulis ſegmentis in ambitu altis inciſuris ſerratis donata, pediculis quadrantalibus innixa, guſtu viſcido: *flores* Potentillæ, lutei quinque petalis conſtant latiuſculis apicibus in medio croceis, quinque foliis virentibus, in ſingulis pediculis palmo longioribus inſidentibus; *capſulæ* ſuperveniunt exiguæ, minutis *ſeminibus*, quæ, cùm pericarpio ſpoliantur, acetabulo florem tegente proteguntur: *radix* longa craſſitudine culmi, colore rubro, ſapore aſtringente, & exſiccante, exſiccata quadrata evadit, quod notatu dignum: adde quod clemata ejus adeo avide terram appetunt, ut viſa fuerint deſcendere à ſummo muro ſecus eundem ſpacio 8. pedum, & amplius quærentia terram, atque in eadem reperta, ibidem radicantia. *Provenit paſſim in agris, campis, & hortis. Floret ſub initium æſtatis.*

Temperamentum, & Vires.

Hujus extractum rite paratum in dyſenteria commendatur. Radix *ex aceto decocta cancro ulcerato exhibetur.*

Came-

Camerarius *ait eſſe ſiccæ temperaturæ, quare utrinque, id eſt intus, & extra, corpori prodeſt, maxime contra omnes fluxiones.* Herba Pentaphyllum *cocta cum melle, & aqua ulcera oris ſanat, gingivis medetur: trachiæ arteriæ ſcabritiem gargarizatu, & collutione lævigat: cocta in aceto ulcera ſerpentia cohibet; fiſtularum*, inquit Tragus, *& cancri, aliaque manantia, & putrida ulcera ſanat: Alvi profluviis, dyſenteriæ, inteſtinorum lapſui, igni ſacro, & vulneribus, remedium conveniens eſt.*

TORMENTILLA. *J. B.* 2. 598.
Vid. Icon. 2. *Tab. VII.*

Tormentilla. *J. B.* 2. 598. *Pentaphyllum, aut potius Heptaphyllum, flore aureo tetrapetalo, Tormentilla dictum. M. H.* 2. 190 *Tormentilla ſylveſtris. C. B. P.* 326 *Tormentilla vulgaris. Park.* *Tormentilla* hæc oritur ex *radice* craſſa, tuberoſa, pollicem magnitudine ſuperante, aliàs recta, aliàs in obliquum acta, rubente, fibroſa, ſeu ex tubere fibras emittente (ſaporè aſtringente) ex qua viticulos plures emittit, humi fuſos, nonnihil ſubinde erectos ſemicubitum longos, hirſutos rubeſcentes tenues, in quibus ex intervallis ad ſingula genicula exeunt *folia* caulem ambientia Pentaphylli more, paululum hirſuta, ſed diviſura ſeptemplici: *flores* lutei, parvi, tetrapetali: hoc illi ſolummodo, & Pentaphyllo minori &c. *Creſcit paſſim in herboſis, ac arenoſis locis: floret incipiente Majo.*

Temperamentum, & Vires.

Radix *hujus eſt potenter reſiccans, & ex eorum quæ tertii ſunt ordinis numero, & partium tenuium: caliditatis quam minimum tenet, aſtringentis facultatis participat; poteſt ad eadem omnia quæ quinquefolii, ſeu Pentaphylli radix; ſed & eadem efficacius præſtat. Adverſus peſtilentes morbos magni eſt uſus, fortiter enim putredini adverſatur, & ſudores movet; additur idcirco antidotis, & compoſitionibus eò facientibus: ſanguinis undequaque eruptiones eadem ſupprimit.* Decoctum radicis, *aut aridus pulvis cum conveniente liquore propinatus idem poteſt. Siſtit vero & radix ſuperfluentia muliebria profluvia non modo intra ſumpta, ſed & foris, ſive in balneo, aut alio quovis adhibita modo. Ventriculum humore madentem roborat atque reſiccat: adverſus alvi fluores, & dyſenterias utilis eſt. Datur & ruptis ex alto dilapſis, quibus eſt ſuſpicio aliqua internum aliquod viſcus lapſum eſſe, inquit* Moris.

POTENTILLA, SEU ARGENTINA. *J. B.* 2. 398.
Vid. Icon. 4. *Tab. VII.*

Potentilla, ſeu Argentina. *J. B.* 2. 398. *Potentilla. C. B.* 321. *Argentina. Dod. p.* 600. *Pentaphylloïdes argenteum, alatum, ſeu Potentilla. T.* 298. *Pentaphylloïdes, minus, ſupinum ſeu procumbens, foliis alatis, argenteis, & ſerratis, flore luteo. M. H.* 2. 193. Pentaphylloïdes, quaſi planta ad Pentaphyllum, ſive quinquefolium accedens. Ex *radice* palmari, & longiore, tenui, ſubaſtringenti, *folia* promit pinnata, majora, Agrimoniæ ritu (intercedentibus minoribus foliis inter interſtitia majorum) in ambitu ſerrata, ſuperne glabra, argentea, inferne hirſutie candicante veſtita, folia inquam ſicciore, & aſtringentiore ſapore, quam radix, prædita ſunt; *cauliculos* nudos ſpargit, qui more Fragariæ radicant in terram defixi, alios *pediculos* breves inter foliola attollit, ſimplices, quibus *flores* inſident pentapetali Pentaphylli more, lutei; *Fructus* etiam Pentaphylli fructui ſimilis. *Creſcit paſſim herboſis in locis, pratis, juxta ſepes, & vias. Floret appetente æſtate, quo tempore apta eſt.*

Temperamentum, & Vires.

Cum folia *ejus*, & radix (inquit Fuchſius) *aſtringant, temperamento a Pentaphyllo nihil differre videtur; quare* radix *tertio ordine deſiccat, minimumque caliditatis habet: ſanguinem undequaque effluentem reprimit; menſes mulierum ſiſtit; Hæmopteicis ac Dyſentiricis utilis; valet & ad alias alvi fluxiones, quocunque tandem adhibeatur* modo; pulvis *aridus abraſus, intetritigines etiam jumentorum inſperſus ſanat: prodeſt & hoc modo cruentis vulneribus:* decoctum *ex* aqua *mobiles dentes firmat, & gangrenarum ac oris ulceribus conducit, & cum Quinquefolii temperamentum habeat, ejus etiam facultates retineat neceſſe eſt, ergo ad omnia valet, ad quæ Quinquefolium ex* Dioſcoride. *Aqua* Potentille *deſtillata rubentibus oculis utilis eſt, ſi linteolis in ea madefactis imponatur, hac ratione maculas quaſvis extergere, fluxiones, & dolores ſedare dicitur. Hujus ſtillatitiam aquam ad lentigines omnes, maculas, fuſcumque colorem ſole contractum delendum Angliæ mulierculæ adhibent. Si in aceto decoquatur* Potentilla *firmat commotos, ac mobiles dentes laxaſque gingivas, ſi in aceto coquatur, & os ſæpe colluatur dentium dolores mulcet: collapſam columellam reſtituit: datur utiliter potu ſanguinem rejicientibus teſte* Moris.

FRAGARIA VULGARIS. *C. B. P.* 326.
Vid. Icon. 3. *Tab VII.*

Fragaria, *a fraganti, ut ajunt fructus odore.*

Fragaria vulgaris. *C. B. P.* 326. *Fraga, fructu rubro. Eyſt. Fragaria, ferens fraga rubra. J. B.* 2. 394. *Fragaria, & fraga. Dod. p.* 672. Inter herbaceos fructus Fraga quoque locum obtinent, quorum herba pediculos tenues, & hirſutos, quandoque lanuginoſos a radicibus promit, quorum alii folia, alii floſculos proferunt, deinde a caulibus, eorumque geniculis fibras proſerpentes demittunt in terram, quibus ſeipſam multiplicat: *folia* autem in uno pediculo terna, oblonga, lata, per circumferentiam ſerræ modo inciſa, ſuperius virentia, hirſuta, aſpera, & rugoſa, inferius albicantia, quorum ſingula majora, & latiora quam Pentaphylli folia: *flores* plurimi ab uno pediculo exeunt albidi, pentapetali; multis ſtaminulis luteis medium floris occupantibus, atque ſingulos flores ſingula ſubſequuntur *Fraga* granulatim, & rotatim, ſeu conglobatim coacervata, exterius granulis exaſperata, exiguis moris quodammodo ſimilia, colore rubentia, quandoque candida, guſtu vinoſo, ſuavia, quorum interior pulpa mollis, humida, & alba, ex multis veſiculis pelliculatis conflata, ſingulis ſingulos acinos arilloſve, id eſt grana puſilla in ſe continentibus, ex quibus ſatis de novo tota planta indiviſdua renaſcitur: *radix* diuturna ſeu vivax, ſubnigricans, multis fibris capillata. Fragaria vulgaris eſt vel fructu rubro, albo, vel medio inter rubrum, & album. *Naſcitur in ſylvis opacis, nec non in dumetis, paſſim in montibus, non raro in collibus, & ſylvis, ſed magis proficit in hortis. Floret Martio, & Aprili.*

Temperamentum, & Vires.

Coqui, authore Trago, *ex* Fragis *pulticulas utiliſſimas conficiunt, quæ ob refrigeratoriam vim inflammatione laborantibus rectius, quam* ſuccus, *exhibentur*, aqua *è fragis diſtillata præſtantiſſimo eſt remedio interius quibuſvis jecoris, & pulmonis aliiſque totius corporis inflammationibus ſitique reſtinguendæ; ad eadem fraga ipſa commanſa faciunt*, aqua fragorum *diſtillata, & ratione bibita cor confortat, vitia thoracis expurgat, morborum arcuatum diſcutit, ſanguinem purgat, & emendat.* Aqua fragorum *ulceribus oris, & anginæ gargarizatu auxiliatur: eadem faciei ruborem, & maculas tollit collutu: ulcera tibiarum hac* aqua *ablui, & purgari debent, linteolis in ea madefactis, & ſemper in illis impoſitis, nonnulli ad oculos collyria ex* fragis *conficiunt, nam ſal illis admiſcent poſteaque diſtillant: alii* fraga *cum ſale æneo vaſe recondunt, ac per triduum cellæ vinariæ committunt quoad in viridem aquam mutentur, ea poſtea ad oculorum ſuffuſionem utuntur.* Succus *igitur* fragorum *expreſſus ad multa utilis.* Fragariam *calidam, & ſiccam in ordine ſecundo tradit* Fuſchius. *Alii frigidam, & ſiccam in primo ordine.* Fructus, *inquit* Cæſalpinus, *refrigerant, & humectant, picrocholis, & ſiticuloſis conveniunt, ſed copioſiore cibo caput tentant, & inebriant:* aqua *ex fructibus maturis diſtillata bibitur ad ſanguinem contemperandum iis, qui ſcabie, & lepra laborant.*

CARYOPHYLLATA VULGARIS. *C. B. P.* 321.
Vid. Icon. 5. *Tab. VII.*

Caryophyllata, *a Caryophyllo, quod* Caryophyllatæ *vulgaris radix* Caryophyllum *aromaticum oleat; vulgus ab inſigni ejus efficacia herbam benedictam, & ſanamundam appellat.*

CAryophyllata vulgaris. *C. B. P.* 321. *Caryophyllata Dod. p.* 137. *Caryophyllata vulgaris, flore parvo, luteo. J. B.* 2. 398. *Herba benedicta. Brunsf.* 4. *Sanamunda vulgò. Caryophyllatæ* huic vulgari flore minore ſunt *folia* ſubaſpera, hirſuta, ſerrata, alata, id eſt folia viciniora radici bis bina, aut ter terna conjugatim pediculo foliorum adnaſcuntur minora, unum impar majus, etiam ſerratum, & mucronatum, extremum pediculi claudit, adeo ut hoc cum duobus extremis conjugatis foliis tripartita, Trifoliorum modo apparent in extremo pediculi: è medio pediculorum foliorum exeunt *caules*, ſubinde bicubitales, tenues, qui ſurſum verſus in ramulos finduntur, atque ſingulis bifurcationibus terna conſpiciuntur foliola, arcte adhærentia, aſpera, nigra & ſerrata; pariter in ramulorum faſtigiis *floſculi* apparent lutei, pentapetali, ſubrotundi, minores multo ſequentis flore, cum plurimis ſtaminulis itidem luteis, quinis itidem inter ſingula petala ſubrotunda, exilientibus foliolis anguſtis, valde mucronatis, quæ capſularum loco flori inexpanſo inſerviebant: ſingulis floribus decidentibus ſuccedunt ſingula capitula, aſpera, ex multis *ſeminibus* in unum centrum congeſtis conflata, & filamentis hirſutis, rigidis ornata, beneficio quorum per maturitatem exſiccatorū, veſtibus prætereuntium adhærent prædicta ſemina: *radix* multis capillamentis ſubruffis fibrata, quæ exſiccata Caryophyllum odore refert. *Naſcitur ſecus vias, agrorum & hortorum ſepimenta, inter vepres etiam, gaudet opacis, ac umbroſis locis, magis quam patentibus atque apricis.*

Temperamentum, & Vires.

Caryophyllatæ radices, & folia *haud obſcure reficeantem facultatem habent, & nonnihil calefacientem, unà cum expurgandi potentia. Ad ventriculi cruditates, coli labores, venenatorumque morſus,* decoctum *horum commendatur. Prodeſt item lateris doloribus, tum jecinoris obſtructionibus: crudos humores concoquit: viſceribus inhærentia expurgat, & flatus diſcutit, præſertim ſanguinem alicubi interius concretum* folia, & radices *ex vino ſumpta reſolvunt atque diſcutiunt, idcirco potionibus admiſcentur, quæ cæcis, ruptis, atque ex alto delapſis propinantur. Coluntur &* decocto *haud inutiliter cum recentia, tum vetera vulnera.* Radices *exſiccatæ, ac tenui imbre aceti reſperſæ, veſtes à tineis præſervant, & jucundo odore commendant. Pervetuſius herbarius, & recentiores calidam, & ſiccam* Caryophyllatam *in ſecundo ordine ſtatuunt.* Radix *itidem haud parum aſtrictionis habet. Ea à luto, terra, & ſordibus elota ſiccatur in uſus.* Matthiolus *etiam ſcribit, recentiores medicos* Caryophyllatæ *potu uti ad thoracis tam interna ulcera, quam vulnera:* ſuccum *ejus admiſta ærugine cuniculoſis, contumacibuſque ulceribus utiliter injici; eundem olfactu ſpiritus recreare, & frigidum cerebrum roborare, epotum prodeſſe cœliacis, dyſentericis, fæminarum profluviis, & cruenta expuentibus; tam intus ſumptum, quam foris illitum, enterocelis auxilio eſſe.* Moris.

FILIPENDULA VULGARIS. *C.B.P.* 163.

Vid. Icon. 1. *Tab. VIII.*

FIlipendula *à torulis illis qui à radice tanquam à filo dependent nomen accepit.*

FIlipendula vulgaris. *C. B. P.* 163. *J. B.* 3. 27. 189. *Filipendula vulgaris, an molon Plinii? Radices* ſpadiceo colore ſeu obſoleto rubore nigricant, è craſſo capite diffuſæ in oblongas tenues fibrarum appendices, funiculorum ritu, tam globulis olivaribus, quam tuberculis oblongis adnexas. *Folia* ſuper terram ſternit, ſaturatè virentia, plurima, *Agrimoniæ* foliis tenuiora, aut *Potentillæ* vice ab uno medio nervo alata ſerie conjugatim diſpoſita, de intermediis tamen appendiculis intermixtis ſubinde dependentia, & ambitu denticulata. Hæc altero demum anno diverſo ordine ambiunt *caulem* brachiatum, cacuminibus umbellatim aut potius corymbatim diſpoſitis, nunc altiore, nunc profundiore ſitu, ferentem *flores* albos, odoratos, ſenis petalis ſtaminula concoloria radiatim circumdantes. His autem delapſis ſuccedunt *ſemina* parva, oblonga, compreſſa, rhombi irregularis figura, circulariter ſummis cauliculis inſidentia. *In paſcuis montoſis gramineis, & ad ſylvarum margines, arenoſo ſolo, ad humiditatem tendente, naſcitur. Æſtivalibus menſibus floret.*

Vires, & Uſus.

Radix *manifeſte calida, & ſicca eſt, aperiens & abſtergens, cum nonnulla tamen adſtrictione.* Decoctum *radicis urinam, & calculos pellit; dyſuria & urinæ ſtillicidio laborantibus prodeſt.* Pulvis *radicis adverſus morbum comitialem commendatur; contra tormina inteſtinorumque flatus optimi eſt uſus. Suſpirioſi, & anhelantibus, & omnibus morbis à cauſa frigida concitatis, medetur. Secundarias pellit, & profluvio albo mulierum nihil efficacius.* Radicis *contra epilepſiam, alioſque hujuſmodi affectus, tanta vis eſt, ut* Pœoniæ *anteferenda ſit.* Moriſon.

THALICTRUM MAJUS, SILIQUA ANGULOSA, AUT STRIATA. *C.B.P.* 336.

Vid Icon. 2. *Tab. VIII.*

THalictrum, & Thalietrum *dicitur, forte à* τάλλω, vireo, *eo quod dum germina protrudit eleganter vireat. Vel* Thalictrum *dictum ab effectu, quia valeat ad tali ictum, nam ruſtici in* Saxonia *hac planta maxima curant vulnera, & ulcera, ſine aliquo adjutore medico, & præcipue in talo pedis exiſtentia; nimirum folia trita, & impoſita id præſtant.*

THalictrum majus, ſiliquâ angulosâ, aut ſtriatâ. *C.B.P.* 336. *Thalictrum, flore albo Eyſt. Thalictrum magnum. Dod. p.* 58. *Thalictrum nigrius, caule & ſemine ſtriato. J. B.* 3. 486. *Pſeudorhabarbarum quibuſdam. Radicibus* conſtat repentibus, geniculatis, fibroſis, buxei coloris. *Caules* inter oriuntur bicubitales, & altiores, ſtriati & *foliis* hinc inde ter ternis, quandoque pluribus alis donatis, nunc integris, nunc una vel altera lacinia, inciſis, aliarum *umbelliferarum* more plurifariam diviſis glabris, viridibus, & unguis humani latitudinem æquantibus, anguloſis, ornantur: *Floſculi* in ſummitatibus exigui, racematim ſeu corymbatim congeſti, ex luteo colore herbidi, pentapetali, calycum expertes, numeroſis intus ſtaminulis, prælongis, concoloribus, referti. Singulis autem floſculis ſuccedunt plurima *ſemina* oblonga, ſtriata, parva, utrinque acuta, ſimulque congeſta. *In pratis, & ſylvoſis humidioribus frequens occurrit.*

Temperamentum, & Vires.

Thalictrum *eſt moderate calidum, & ſiccum*; folia *oleribus admixta alvum ſolvunt.* Radicis *ejuſdem decoctum id potentius præſtat, teſte* Dioſcoride. Thalictri *folia trita ulcera vetera ad cicatricem perducunt.* Moriſon.

PLANTAGO AQUATICA, LATIFOLIA. *C.B.P.* 190.

Vid. Icon. 3. *Tab. VIII.*

FOlia *palmaria ſunt* Plantaginea (unde nomen &c.)

PLantago aquatica, latifolia. *C.B.P.* 190. *Plantago aquatica. J. B.* 3. 787. *Ranunculus, paluſtris, plantaginis folio* ampliore. *T.* 292. *Plantago, paluſtris, ſive aquatica. Tab. Ic.* 734. *Plantago aquatica, major. Ger.* 417. *Park.* 1245. *M. H.* 3. 618. *Foliorum* cum caulis imo, quod involvuntur ad tenues uſque, & numeroſas *radicum* fibras turbinatur coitus, bulbi faciem aliquatenus mentitur: *caulis* autem ſtriatus, anguloſus, inanis, ſubruber, plerumque cubitalis, non raro etiam procerior, alis indidem ortis in orbem coronatur, atque hæ rurſum in radiatos ex intervallis, *ſurculos* faceſſunt: quorum extremis inſident *floſculi* dilutiori purpurâ palleſcunt, fimbriatis foliis tribus conſtantes, totidem toti flori ſubjectis foliolis minoribus viridantibus, herbacei coloris *ſtaminulis* ſenis è medio floſculo exeuntibus: *Semina*, milio vix majora, utrinque compreſſa, margine ſulcato, in trigonum, junctis lateribus, diſpoſita, copioſa: *folia* Plantaginis, acuminata, nervoſa, glabra, ſapore ſubacido prædita. *Exit humilioribus, & aquas habentibus locis in foſſis juxta lacuum, & rivulorum margines. Floret Junio, & ſubinde Majo, & Auguſto, menſibus.*

Vires, & Uſus.

Facultatem Plantago *frigidam videtur* Dodonæo *habere, & ſiccam. Videtur nobis ſi frigida ad tertium gradum,*

dum, *ut vult* Euch. *in calidiori utero ad conceptionem facere poſſe*. Schvvenckf. *refrigerare*, *&* *ſiccare quidem teſtatur*, *non tamen prorſus caloris expertem eſſe*, *ſed aliquantulùm acrem abſtergendi vim habere*. *Procidentiam curare*, *rubentem Podagram*, *capitis dolorem à calida cauſa mulcere*, *cruento ſputo*, *urinæque mederi*. Radices *in vino decoctas iis*, *qui calculo renum*, *&* *viſicæ moleſtantur*, *ſolatio eſſe*. *Summum ſecretum*, *&* *expertiſſimum*, *quo ſubitò lac in mammillis conſumatur*, *eſſe ait* Timot. Roſsln. Succum *hujus* Plantaginis *applicatum*.

CLEMATITIS LATIFOLIA, DENTATA. *J. B.* 2. 125. *Vid. Icon.* 4. *Tab. VIII.*

CLematitis *à voce Græca* κλῆμα κλήματος Palmes, Virga Vitea, *quaſi diceres plantam ſarmentoſam*.

CLematitis latifolia, dentata. *J. B.* 2. 125. *Clematis ſylveſtris*, *latifolia*. *C. B. P.* 300. *Clematis*, *ſive viorna vulgi Lobelii*. *Eyſt. Vitalba*. *Dod. p.* 404. *Sarmentis* aliquatenus ritigineis luxuriat, craſſis, anguloſis, hirſutis, & ſubrubentibus, & obſequioſo flexu lentis: *folia* quina, Dulcamaræ æmula, aliàs integra, aliàs dentata, & fimbriata, viticulæ mediæ tortili, quà capreolorum loco vicinis arbuſtis implicata ſcandit, adnectuntur: *flores* racematim petiolis incanis inſident, ſuaveolentes, candidi: quaternis aut quinis foliis conſtantes, quorum meditullium obſidet muſcoſus *ſtaminum* pallidorum cincinnus: *flores* excipiunt *acini* complures pinnatæ lanuginis tormento barbati; *radix* craſſiuſcula, fuſca, fibris donata. *Secùs margines agrorum inter vepres*, *&* *ſentes paſſim provenit ſponte*, *&* *floret Julio*.

Vires, & Uſus.

Guſtus fervidus, *&* *acris calidam arguit vim*. *Uſus ejus ad circulos pro retinendo labente utero*. *Ad conſtringendos faſces*, *veluti Salices*, *&* *alia vincula*, *adhibetur*. Jo. Bauh.

CLEMATITI, *ſive* FLAMMULA SURRECTA ALBA. *J. B.* 2. 127. *Vid. Icon.* 5. *Tab. VIII.*


CLematitis, *ſive* Flammula ſurrecta alba. *J. B.* 2. 127. *Flammula recta*. *C. B. P.* 300. *Flammula altera*. *Dod. p.* 405. Fibroſam *radicem* demittit, & albicantem: *Sarmenta* nullius opis indiga, ſuâ vi in duorum, & plurium cubitorum altitudinem nituntur, lævia, teretia, propter terram nonnihil rubentia, fiſtuloſa, & geniculis intercepta: *folia* cujuſmodi fere in vulgi *Flammula*, averſâ parte ſubhirſuta, & ferè incana, adverſâ verò atrovirentia; *flores* conſimiles, copioſi, quadrifolii, candidi, apicibus viridantibus. Non minùs uridâ vi veſicas hæc excitat, quàm cognata repens. *In ſylvis*, *ad fluviorum margines in Danubium delabentium*: *Æſtate floret*.

Vires, & Uſus.

Excalefacit exſiccatque ordine tertio, *vel*, *ut nonnullis placet*, *etiam quarto*: *ut ex Aquarum*, *oleorumve*, *&* *aliorum*, *quæ ex hac eliciuntur*, *affectibus variis ſatis conſtat*. Chab.

Tab. I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII.

DISTRIBUTIO VI


Tab. I.
1. Corallum rubrum. C.B.P.366. rubrum majus. Park.1299.
2. Corallum album Officinarum, oculatum. J.B.3.805.
3. Corallum nigrum. C.B.P.366. ſive Antipathes J.B.3.804.
4. Corallium aſperum, candicans, adulterinum. J.B.3.806.
5. Corallum album fragile polys=chides ramusculis æqualibus &c. M.H.3.656.
6. Corallum albidum digitatum, ramis hinc inde contingulis &c. M.H.3.656.
7. Corallina. J.B.3.818.
8. Umbilicus Marinus. Schr.782.
9. Alcyonium ſpongioſum, Off. J.B.3.339.


Tab. II.
1. Agaricus ſive Fungus Laricis. C.B.P.375. Agaricus. Dod. p.486.
2. Agaricus Auriculæ formâ. T. 562.
3. Agaricus Inthybaceus. T. 562.
4. Lycoperdon vulgare. T. 563.
5. Tubera ceruina. M.H.3.638.
6. Fungus Typhoïdes, coccineus, Melitenſis. Boc. 80.
Eques Johẽs Bap̃ta Morandi Inuen. Delin. & Sculpſ.


T. III.
1. Muſcus ſquamoſus, vulgaris, repens clavatus. T. 553.
2. Muſcus terreſtris, ramoſus, pulcher. J.B. 3. 767.
3
3. Muſcus quernus. Ger. 1558.
4. Lichen arboreus, ſeu Pulmonaria arborea. J.B. 3. 759.
5. Lichen, ſeu Hepatica fontana. J.B. 3. 758.
6. Lens paluſtris. Dod. pempt. 587.
Eq. Morandi f.


T. IV.
1. Lingua Cervina Officinarum. C.B.P. 359.
2. Polypodium vulgare. C.B.P. 359.
3. Aſplenium, ſive Cetrac. J.B. 3. 749.
4. Trichomanes, ſive Polytrichon, Officinarum. C.B.P. 359.
Eq. Jo: Bāpa Morandi Inv. Delin. & Sculp.

1. Adiantum nigrum, Off. J.B. 3. 742. | 2. Adiantũ ſive Capillus Veneris. J.B. 3. 751. | 3. Ruta muraria C.B.P. 356. T. V.



5. Oſmunda folÿs lunatis. T. 547. | 6. Ophiogloſſum vulg. C.B.P. 354. | 4. Filix mas, non ramoſa, dentata. C.B. P. 358.

Eq. Jo. Bapta Morandi Inv. Del. & Sculp.

Tab. VI.


1. Chelidonium minus. Dod. p. 49. 2. Hepatica trifolia, cœrulea. Cluſ. H. 547. 3. Anemone Geranio rotundo folio. C. B. 173.



5. Ranculs praten., erectus, acris. C. B. P. 178.

4. Pulſatilla folio craſſiore, & majore flore. C. B. P. 177. 6. Ranunculus pratenſis, rad. verticilli modo rotunda. C. B. P. 179.

Eq. Jo. Bapta Morandi Inv. Del. & Sculpt.


Tab.VII.
1.Quinquefolium majus, repens.C.B.P.325.
2.Tormentilla, heptaphyllon.J.B.2.398.
3.Fragaria vulgaris.
C.B.P.326.
4.Potentilla, ſeu Argentina.
J.B.2.398
5.
Caryophyllata vulg.C.B.P.321.
Eq.Morandi F.


Tab. VIII.
1. Filipendula vulgaris. C.B.P. 163.
2. Thalictrũ majus, ſiliquâ angulosâ, aut ſtriatâ. C.B.P. 336.
3.
3. Plantago aquatica, latifol. C.B.P. 190.
4. Clematitis latifolia, dentata J.B. 2. 125
Eq. Morandi F.
5. Clematitis ſive Flamũla ſurrecta. J.B. 2. 127.

DISTRIBUTIO VI.

PLANTAE GYMNODISPERMAE UMBELLIFERAE.

Fœniculum vulgare; Cuminum ſativum; Ammi majus; Meum vulgare; Viſnaga; Bulbocaſtanum majus; Seſeli, *ſive* Siler Montanum majus; Liguſticum vulgare; Angelica ſativa; Imperatoria major; Smyrnium majus; Siſarum Germanorum; Tragoſelinum minus; Sium aromaticum; Cicuta major; Chritmum marinum; Apium hortenſe; Apium paluſtre; Aniſum vulgare; Carvi; Coriandrum majus; Daucus ſativus; Daucus vulgaris; Ferula galbanifera; Anethum hortenſe; Peucedanum majus; Sphondylium vulgare; Paſtinaca ſativa; Paſtinaca ſylveſtris; Panax Coſtinum; Panax Heracleum; Myrrhis; Chærophyllum ſativum; Perfoliata vulgaris, & Sanicula officinarum.

FOENICULUM VULGARE. *Dod. p. 297.*
Vid. Icon. 1. Tab. IX.

FOEniculum *dicitur, quia ſatum magno cum fœnore ſemen reddat; vel quaſi parvum fœnum; vel* Fœniculum *quaſi penniculum, à pinnis, quas extremæ foliorum partes æmulantur, unde Italis* Pinochio *appellitatur.*

FOEniculum vulgare. *Dod. p 297. Ger. Cord.* Fœniculum vulgare *Italicum, ſemine oblongo, guſtu acuto. C. B. P. 147. Fœniculum vulgare, minus, acriori, & nigriori ſemine: J. B. 3. 2. 2. Hortenſe. Cæſ. Radix* ei eſt alba, longa, carnoſa, digitalis craſſitiei, ſapore cum quadam dulcedine fervido, & aromatico; *folia* longa, capilacea, & ſetacea, capillis, & ſegmentis longis tenuibus diviſa, viridia, quandoque rufeſcentia. *Caules* geniculati, medulla alba farcti, humanam altitudinem attingunt. *Umbellæ* luteæ, planæ, latæ, in ſummitatibus naſcuntur; quibus *ſemina* oblonga, acuta, & ſtriata, unciæ quadrantem oblonga, ſatis copioſe ſuccedunt. *In hortis ob uſum frequentem paſſim obvium menſibus æſtivalibus floret, & Autumno ſemen perficit.*

Vires, & Uſus.

Inter olera recenſet Theophraſtus*, ad plurima condimenta aptum, calidi, & ſicci eſt temperamenti, cum dulcedine, & acredine mixti. Sudorificum eſt, & ad febres putridas, & malignas diſcutiendas* decoctum *herbæ, radicum, vel ſeminum, efficaciſſimum eſt, ut* S. Paul. *fuſe perhibet.* Herba *vel* decocta, *vel* ſuccus *ejuſdem expreſſus, & ſumptus, lac nutricibus auget; renum, & veſicæ vitiis ſummovendis utilis eſt; urinam ciet; menſes provocat; in febribus ſtomachi ardorem ſedat. Ad aciem viſus exacuendam, reficiendam, & oculorum caliginem diſcutiendam* aqua *etiam diſtillata ab omnibus commendatur.* Folia *germinantia,* cauleſque *exalbati, in acetariis ſaluberrimis, cum oleo, & aceto non ſine voluptate eſitantur; flatus diſcutiuntur, melioremque digeſtionem efficiunt. Piſces admixtione foliorum ſalubriores redduntur, utpote quorum humiditas inde corrigatur.* Radix *inter aperientes numeratur; obſtructiones veſicæ, hepatis, & lienis amovet.* Succus *è radice recenter expreſſus, unciarum trium pondere potus cum vini generoſi uncia una, nephriticis mire ſubvenit, & hydropicis auxiliatur.* Semen Fœniculi, *præſertim dulcis, & culinis, & officinis in uſum venit; ſtomacho utile; ventriculum roborat; aſtmathicos juvat, & flatus diſcutit. Si* ſemen Fœniculi *aceto infundas, exſicces, & Cinamomi tantundem addas, addito Sacharo; ſumendo de hoc fit mirabile in præſervando viſum, & debilitatem reformando, & in oculis octuagenariis jam obtenebrato viſu, ut incredibile viſum ſit.* Arnold. de Villa nova.

CUMINUM, *ſive* CYMINUM SATIVUM. *J. B. 3. 22*
Vid. Ic. 2. Tab. IX.

CUminum *quaſi prægnans, à verbo* χύω *concipio, eo quod conceptionem adjuvet, vel quia uterinis affectibus ſuccurrat; vel, ut nonnulli volunt, à* Cymino *monte* Hetruriæ, *ubi ſponte provenit.*

CUminum, *ſive* Cyminum Sativum. *J. B. 3. 22. Cominum. Lob. adv. 330. obſ. 428. Fœniculum Orientale, Cominum dictum. T. 312. Cuminum Sativum. Cam. Officinarum, Dioſc.* Parva, & umbellifera herba eſt, altitudine rarò pedem excedens, annua tenuibus, & in plures anguſtas partes ſectis *foliis*, raris, capillaceis; *flore* candido; *ſemine* in *umbelis* parvis, & rotundis oblongo, utrinque acuminato, anguloſo, cartilagineo, in cineraceo colore ſubflavo, longitudine quartam unciæ partem æquante; guſtu ſubamaro, tenui, mediocriter acri, & cum gravitate ſuaviter odorato. *Semine* matureſcente, *radix* perit.

Temperamentum, & Vires.

Semina *in officinis habentur; calidæ, & ſiccæ ſunt temperiei; flatus diſcutiunt; phlegmata, lentoſque humores, ſtomachique nauſeam tollunt; cum oleo cocta, & Clyſteri infuſa, torminibus flatibuſque corporis amolliendis valde proſunt; cum ficubus in vino cocta, & bibita tuſſim ſedant, & thoracem expurgant; flatus diſſipant, & concoctionem juvant; ad ventriculi debilitatem, & nauſeam continuam tollendam recipe cruſtam panis, eamque aſperſo pulvere* Cumini *calidam ventriculo applica.* Oleum *è ſeminibus extractum uterinis affectibus, omnibuſque flatulentis paſſionibus leniendis commodiſſimum eſt.* Moriſ.

AMMI MAJUS. C. B. P. 159.
Vid. Icon. 3. Tab. IX.

AMμι, Dioſc. *Officinis corrupte* Ameos. Ammi *quaſi* Αμμιον *arenula, quoniam ſemen hujus plantæ ſit inſtar arenæ parvulæ efformatum.*

AMmi Majus. *C. B. P. 159. Ammi vulgare. Dod. p. 301. Ammi vulgare, Majus, latioribus foliis, ſemine minus odorato. J. B. 3. 2. 27. Ammi vulgatius. Lob. Ger. Park. Folia* inferiora lobis uncialibus pluriſariam ſunt diviſa, in oris crenata; *caules* bicubitales, ramoſi, geniculati, è ſingulis quorum nodis folia naſcuntur tenuiora. *Ramuli* teretes, graciles; in *umbellas* ſubjecta ſunt *foliola* tenuius diſſecta. *Semina* ſunt exigua, ſtriata, fuſca; quibus maturis, *radix* perit. *In Vinetis, & arvis* Italicis, *&* Siculis *ſponte provenit.*

Temperamentum, & Vires.

Semen *temperie calidum, fervens, & exſiccans, tertii ordinis intenſi, tenuium inſuper partium, ex quatuor* Seminum *calidorum minorum dictorum numero eſt. In theriaca recipitur; inflationes ventris diſcutere, menſes reſerare, & ſugillationes tollere ſolet. Quin & ad Mulie-*

rum ſterilitatem ſubmovendam in vino potum mirifice confert. Vide Sim. Paul. *p.* 195.

MEUM VULGARE, TENUIFOLIUM. *Cluſ. H.* 198.
Vid. Icon. 4. *Tab. IX.*

MEum, Μεῖον Dioſc. Arab. Me, *Officinis* Meu, *dicitur à* μειόω *minuo, & extenuo, quia omnium umbelliferarum minima, & extenuata habet folia, quod & notæ characteriſticæ vicem præſtat.*

MEum vulgare, tenuifolium. *Cluſ. H.* 198. *Meum. Dod. p.* 305. *Meum foliis anethi. C. B. P.* 148. *Meum vulgare, ſive radix urſina. J. B.* 3. 2. 11. *Fœniculum, Alpinum, perenne, capillaceo folio, odore medicato. T.* 312. Planta hæc *Fœniculo* minor, & humilior eſt. *Radix* in plurimas partes ſeu radiculas rectas ſe ſpargit. *Folia* longa, pediculis longis appenſa, crebrioribus, brevibus, & concinnis diviſionibus capillaceis donantur, coloris pallide virentis, *odoris* fervidi non ingrati. *Caules* aſſurgunt petales, & cubitales, graciles, ſtriati, qui *umbellis* albis terminantur. His autem *ſemina* oblonga, ſtriata, *Fœniculi* ſeminibus longiora, ſubfuſci coloris, ſuccedunt. *In Montibus* Alverniæ, *Alpium jugis, aliiſque* Italiæ, *&* Galliæ, *necnon in pratis, & paſcuis ſponte creſcit. Majo menſe floret, & Julio ſemen, quod per ſe producitur, ſolet perficere.*

Vires, & Uſus.

Radix *præſertim in uſum venit; Sudorifica autem eſt, & alexipharmaca; in* Mitridate, *&* Theriaca Andromachi *locum non minimum obtinet; Urinam provocat (uti plurimæ umbelliferæ) menſes ducit; ſed nimia copia deſumpta cephalalgiam ob calorem efficit. Flatus diſcutit, & ſtomachi uterique dolores, torminaque ventris amollitur.* Moriſ. *Extrinſecus in balneis, cataplaſmatis &c.* Schrod.

VISNAGA. *J. B* 3. 2. 31. *Vid. Icon.* 5. *Tab. IX.*

VIſnaga, & Biſnaga *in* Syria *æque ac* Hiſpania *dicitur.*

VIſnaga. *J. B.* 3. 2. 31. *Gingidium, umbellâ longâ. C. B. P.* 151 *Cumini ſativi alterum genus, Cæſ.* Annua hæc planta ſeſquicubitalis eſt; *caule Anethi* glabro, geniculato. *Folia* ſunt *Anethi*, plura vero, & habitiora, pallide viridia, graveolentia. Summi ramuli *umbellis* ornantur albis, cum *foliolis* ad radiorum exortum ſubjectis; quæ umbellæ primo plantæ conſtituunt ſuperficiem, maturæ & arefactæ concavæ apparent, aviculæ nidum æmulantes, cum *radiis* petioliſve rigidis, & contractis. *Semen* eſt *Apii* ſimile exiguum, & ſtriatum. *In Hortis Julio, & Auguſto florebat, & ſemine turgebat Autumno.*

Temperamentum, & Vires.

Viſnaga *teſte* Galeno *ſiccat ordine ſecundo. Quatenus eſt amara, caliditatem poſſidet manifeſtam, & aſtringentem.*

BULBOCASTANUM MAJUS, FOLIO APII.
C. B. P. 162. *Vid. Icon.* 6. *Tab. IX.*

BUlbocaſtanum, Βολβοκάστανον, *dicitur à radicis figura bulboſa; ſapore* Caſtaneas *exprimente.*

BUlbocaſtanum majus, folio Apii. *C. B. P.* 162. *Bulbocaſtanum. J. B.* 3. 2. 30. *Pancaſeolus. Cæſalp.* 293. *Nucula terreſtris ſeptentrionalium.* Lob. *Caulis* pedalis, gracilis, teres, à *radice* tuberoſa, *Juglandis* magnitudinis, aſſurgens, unicum vulgo duntaxat habet *folium* (antequam ſe dividat) quod tenue, molle, & ferulaceum eſt. *Flores* in umbellis naſcuntur albi; & *ſemina* tenuia, ſubfuſca, ſtriata, ſequuntur. *Radice* tuberoſa, *nodulis* quibuſdam extuberantibus, facile ab aliis Plantis *umbelliferis* dignoſcitur. *Solo arenoſo, & glareoſo, locis montoſis, gaudet. Menſe Junio floret, & Julio exeunte aut Auguſto ſemen perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Radix *moderate adſtringit; calidæ, & ſiccæ eſt temperiei; dulcis, & grata eſt, & cocta, & cruda exſiccatur, additis ſale, & pipere. Eadem in cibo uſurpata, aut etiam medicamentis addita, urinam cruore mixtam ejicientibus ut & ſpuentibus auxiliatur; convenit etiam purulenta exſcreantibus*, Tralliano *teſte*.

SESELI, *ſive* SILER MONTANUM, VULGARE.
J. B. 3. 2. 168. *Vid. Icon.* 1. *Tab. X.*

SIler *à Sile dictum* Seſilis (*quod apud Antiquos audiit* Sili, *&* Seli) *vicem olim præſtitit, utpote cujus vel radicibus, vel ſemine vinum ante meridiem condiretur: Hinc ſilatum jentaculum.*

SEſeli, *ſive* Siler Montanum, vulgare. *J. B.* 3. 2. 168. *Siler Montanum. Dod. p.* 310. *Cluſ. H.* 195. *M. H.* 3. 276. *Liguſticum, quod Seſeli Officinarum. C. B. P.* 162. *T.* 323. *Siler Montanum vulgò Seſelios Park. Sermontanum. Cæſ. Radix* craſſa eſt, alba, & reſinacea, ſuperiore parte comata. *Folia* pediculis longis inſidentia, in alas oppoſita diviſa ſunt, ſegmentis ternis vel trifoliatis terminatas. Alarum quælibet levis, non dentata, obtuſa, ovali fere figura, ſubglauco ex viridi colore donata eſt. *Caulis* aſſurgit *Leviſtici* ſimilis, *umbellas* albas ampliores geſtans, ex *floſculis* petapetalibus compoſitas. *Semen* oblongum, fulvum, ſtriatum, *Fœniculi* adinſtar, ſapore gravi, & ingrato, excalefaciente, ad Cuminum valde accedente. *In Montoſis aſperis haud procul à* Genua; *in rupibus ſub Monte* Capouladon *prope* Monſpelium; *in Monte* Thermis Badenſibus *imminente; per totam* Auſtriam, *&* Italiam *ſponte creſcit. Floret menſe Junio, & ſemen perficit Julio, & Auguſto.*

Vires.

Semen *vim habet excalefactoriam, & reſiccantem; urinas, & menſes potum ducit; inteſtinorum dolores ex cruditate ortos ſummovet; concoctionem premovet; flatus diſcutit. Denique iiſdem pollet viribus, quibus &* Seſeli. *Teſte* Moriſ.

LIGUSTICUM VULGARE, FOLIIS APII.
J. B. 3. 2. 122. *Vid. Icon.* 2. *Tab. X.*

LIguſticum, Λιγυστικόν (*ut ait* Dioſcorides *Lib.* 3. *cap.* 58.) *plurimùm* in Liguria naſcitur, *unde & nomen traxit, in monte ſcilicet Apennino dicto, Alpibus contermino.*

LIguſticum vulgare, foliis Apii. *J. B.* 3. 2. 122. *Liguſticum vulgare; an Libanotis fertilis Theophraſti? C. B. P.* 157. *Leviſticum. M. H.* 3. 275. *Leviſticum vulgare. Dod. p.* 311. *Angelica montana, perennis, paludapii folio. T.* 313. *Laſerpitium Germanicum, vulgare.* Matth. E *radice* perenni, magna, craſſa, varie brachiata, germinationes atrorubentes vernali tempore apparent, & in *folia* pedalia, & ampliora excreſcunt, longis pediculis erecta, in alis lobatim diviſa, earumque extremæ diviſiones ad folia *Apii paluſtris* aliquatenus accedunt, ſed longe majores, & acutiores, marginibus dentatæ, obſcuro virore ſplendentes, *odore* valido, & medicato. *Caules* ex eadem radice plures, digitali craſſitudine, ſtriati, cavi, geniculati, ad humanam altitudinem aſſurgunt, è geniculis in alios diviſi. *Rami umbellas* gerunt modice amplas, ex *floſculis* pallidè, ſeu ex viridi colore luteis compoſitas; quibus fatiſcentibus, binatim ſuccedunt *ſemina* longa, ſtriata, *Fœniculi* ſeminibus ſimilia, coloris fuſci, quaſi reſinaceum odore redolentia. *In Hortis frequenter alitur. In Alpibus Liguriæ, & Apenninis montibus naſci dicitur. Majo, & Junio menſibus floret; Julio, & Auguſto ſemen matureſcit.*

Vires, & Uſus.

Liguſticum *dulci, & aromatico odore ſe prodit. Alexipharmacum eſt in exſiccantium, & excalefacientium cenſu; ad venena propulſanda non minus utile, quàm* Angelica. *Uſus ejus in ſpecie eſt carminativus, ad deſtruendum acidum, ſive* radix *uſurpetur, ſive* ſemen. *Cliſmata propterea anticolica inde parantur. Quin & in ſuffocatione hyſterica, & partu difficili magnopere commendatur.* Radix *in pulverem redacta ſtomacho frigido utilis eſt; concoctionem adjuvat; omnes ſuperfluas humiditates conſumit; internos ſedat dolores, in vino pota, pondere dimidiæ drachmæ: venenum educit; urinam & menſes trahit, & calculos expellit; & ad omnia ad quæ* Angelica *facit, uſurpari poteſt.* Aqua diſtillata *diſcutit, & anginam ſanat, & pleuritidem. In balneis, ubi mutui non eſt locus,* Liguſticum *utile eſt ad cien-*

dam

dam urinam, calculos ac menſes ducendos, necnon ad excalefaciendi omnia interna membra. In ſecundinis retentis ſuccus *foliorum aſſumptus optimi eſt uſus.* Foreſtus. *Et apud obſtetrices tanquam arcanum inſignis uſus habetur. Brevi, tenuium eſt partium: unde fit ut aperire, incidere, digerere, & provocare valenter poſſit.*

ANGELICA SATIVA. *C. B. P.* 155.
Vid. Icon. 3. *Tab.* X.

ANgelica *à viribus eximiis, & ut ita dicam* Angelicis.

ANgelica ſativa. *C. B. P.* 155. *J. B.* 3. 2. 140. *M. V.* 9. *M. H.* 3. 280. *Angelica major. Dod. p.* 318. *Imperatoria ſativa. T.* 317. *Angelica odorata, Geſn. Angelica* hæc præſtantiſſima *folia* habet magna, lobata, ſub exortum ter tripartita, nunc plus, nunc minus diviſa, & ramuſculis annexa, uno ſemper extremitatem claudente. Si pediculi (qui in hac maximi, & concavi ſunt) aut folia rumpantur, gratum naribus ſuffundunt odorem, ſucco quodam croceo emanante. *Caulis* aſſurgit brachialis, geniculatus, humanam altitudinem acquirens, in brachia diviſus, *umbellas* amplas, ſphæricas pallide luteas, gerentia, quæ in *ſemina* præcedentium *Umbelliferarum* ſeminibus breviora, lata, margine quaſi membranacea, ſtriis & ſulcis altioribus in medio donata abeunt. His autem decidentibus, *radix* perit; & à ſemine ſato, (quod ante hyemem, ut in pleriſque aliis *Umbelliferis*, perfici debet) non ante ſecundum vel tertium annum *caules*, vel *ſemina* profert. *Hæc* Angelica *ſativa dicta, quia in hortis plurimis ob uſum ſervatur, in* Italia, Scandinavia, Norvegia, *& Alpibus excelſis, perpetua nive tectis, ſponte oritur. Præcox eſt planta menſibus Aprili, & Majo florens, Junio, & Julio ſemen perficiens.*

Temperamentum, & Vires.

Angelica *temperamento calido, & ſicco eſt, ſale volatili, & oleoſo abundans, ſaporis blandi, aromatici, & odoris grati.* Radices, folia, & ſemina *in uſum veniunt, & inter alexipharmaca, & cordialia gratiſſima cenſentur. In affectibus mulierum hyſtericis, ut & meſtruis tam ſuppreſſis reſtituendis, quàm nimiis ſiſtendis, commendatur Remedium optimum eſt ad partum promovendum, & dolores poſt partum leniendos. Reſiſtit colicæ, & aliis affectibus flatulentis. Omnibus internis paſſionibus prodeſt,* aqua *diſtillata, &* radix *in pulverem redacta, nempe pleuritico morbo incipienti; nam collectiones ejuſmodi diſcutit, & pulmonis vitiis corrigendis, unde tuſſes plerumque graviſſimæ oriuntur, utilis eſt; torminibus, ſtillicidio urinæ, & ſtranguriæ, menſibus & fœtibus movendis, & trahendis, internis denique quibuſvis tumoribus, & flatibus diſcutiendis idonea eſt.* Aqua diſtillata *podagris, Iſchiadicis illitu prodeſt; dolorem enim ſedat, & collectos, ac lentos humores diſſolvit.* Radices Angelicæ *aceto maceratæ ad aeris putridi, & peſtilentialis intemperiem corrigendam vim habent inſignem, præcipue ſi Camphora in maceratione acceſſerit.* Herba *ipſa in vino, & aqua cocta concretum ſanguinem reſolvit; ſtomachum corroborat, cor recreat, pituitam ventriculi dejicit, faſtidia ciborum diſcutit, & elangueſcentem invitat appetentiam.* Radix *percoraria nuncupatur, difficili reſpirationi medetur; cor confortat, ex frigida cauſa laborans, maximeque conducit, in vertigine, & animi deliquiis quoviſmodo uſurpata.* Caules, & radices *teneræ coctæ, cum ſacchoro paratæ, & conditæ, & incruſtatæ, hiſce uſibus bene inſerviunt.* Moriſ.

IMPERATORIA MAJOR. *C. B. P.* 156.
Vid. Icon. 4. *Tab.* X.

IMperatoria *à ſummis viribus, quaſi Planta* Imperatore *digna.*

IMperatoria major. *C. B. P.* 156. *Imperatoria J. B.* 3. 2. 137. *Imperatoria, ſeu Aſtrantia vulgaris. Park. Magiſtrantia, Cam. Obſtuthium, Dod. Gall. Lon.* Ad *Angelicam* multis accedit *Imperatoria*, abunde tamen propriis ſibi notatis diſtinguitur. *Radices* rugoſæ ſunt, & nodoſæ, quaſi geniculatæ, lateralibus fibris ſtolonibuſve repentibus ſe propagantes, unde *folia* terna, ut plurimum, aut ter terna, juncta, rugoſa, atroviridia, palmum fere lata, pediculis caulibuſve pedalibus, gracilibus, teretibus inſident, qui nec cavitatem, nec ramoſitatem *Angelicæ* obtinent. *Caulis* aſſurgit bipedalis umbellam latam, albam geſtans. *Semen* eſt ſtriatum, latum, fere rotundum, medio turgidiuſculum, frequenter aceroſum, & non bene nutritum; quod ſæpe in plantis plurimis radicibus repenti facultate præditis obſervatur. Tota planta, præſertim radix, guſtus eſt fervidiſſimi. *In Montibus* Italiæ, Galliæ, Germaniæ, *& præſertim* Auſtriacæ *Provinciæ ſponte provenit. Floret Auguſto.*

Vires, & Uſus.

Radix *guſtu eſt acri; mordax, ſubamara, & odorata eſt; excalefacientis, & exſiccantis facultatis eſt. Attenuat; digerit; ſudores movet; craſſos frigidoſque humores concoquit. Humor in ea exalefaciens, cæterarum* Umbelliferarum *(Pyrethro unice excepto) humori præcellit, unde à quibuſdam inepte* Pyrethrum Hiſpanicum *appellatur; ob iſtam autem facultatem colicæ cruciatibus, ac ventriculi torminibus ſubmovendis maxime utilis eſt. Uteri ſtrangulationibus aperiendis prodeſt; urinam, & menſes ciet; concoctionem roborat; commanducata eſt veluti præſtantiſſimus apophlegmatiſmus, ut quæ efficaciter cerebri pituitam expurget; unde & odontalgiam ejuſque dolores in ore detenta ſedat; frigidis omnibus occurrit morbis; reſolutis comitalibus, convulſis, paralyſi, & apoplexia laborantibus, auxilio eſt.* Pulveris *cochleare dimidium cum mero ſumptum in quartana ſananda eximii uſus eſt, ſi hora una antequam paroxyſmus occœperit adhibeatur. Oris halitum commendat, & omnes corroborat ſenſus; morbis venenoſis fere omnibus adverſatur; aſthmaticos, & anhelos adjuvat; obſtructiones aperit; aqua intercute laborantes ſanat; hypochondriorum vitiis amovendis eſt utilis; & omnia, quæ* Angelica, *& majori efficacia, poteſt præſtare. Denique excalefacit omnes corporis ſenſus, quos frigus occuparit, ut hinc palam fiat herbam hanc non immeritò ſibi* Imperatoriæ *nomen aſciviſſe, cum tot tantiſque viribus polleat, auctore* Matthiolo.

SMYRNIUM MAJUS. *M. H.* 3. 277.
Vid. Icon. 5. *Tab.* X.

SMyrnium, Σμύρνιον *à* Smyrna *urbe, ubi copioſe creſcit, ut quidam volunt; alii quòd* Myrrhæ *odorem referat.* Hipposelinum, *quaſi* Apium *grande.*

SMyrnium majus. *M. H.* 3. 277. *Smyrnium Matth.* 773. *Hipposelinum Theophraſti, vel Smyrnium Dioſcoridis. C. B. P.* 154. *Macerone quibuſdam; Smyrnium ſemine magno, nigro. J. B.* 3. 2. 126. *Olus atrum. Cord. in Dioſc. Radici* innititur pollicari, rectæ, foris nigreſcenti, intus albæ, odoratæ, acri cum quadam amaritudine. *Caules* producit farctos, pluſquam cubitales. *Folia Alpi paluſtris* foliis ampliora, virentia, ſupra terram ſub exortum ſparſa, tripartita, pediculis ſeu petiolis ſuis innaſcuntur, antequam cauleſcere incipiat planta ipſa. *Flores* caulium ſummis faſtigiis, ex petalis quinque ex viridi colore luteolis conflati inſidunt. *Semina* craſſa, nigra, ſtriata, ſeu anguloſa, ſolida, majora, binatim ſibi invicem adhærent, parte qua junguntur curva, convexa. Atque his matureſcentibus radix perit. Flores uſque ad ſecundum annum à ſeminibus ſatis non producuntur. *In montoſis, & rupibus maritimis variis* Britanniæ *ſponte naſcitur. In hortis culinariis vulgo alitur. Menſibus Aprili, & Majo floret; Junio, & Julio ſemen ei matureſcit, & à ſatione ſpontanea frequenter renovatur.*

Vires, & Uſus.

Tota planta naturam habet calidam, & acrem; urinam, renum calculum, menſes, emortuos fœtus, ſecundinas trahit. Mitigat iſchiadicos, ac frigidos dolores; ſudorem elicit; hydropiſin educit, & emortuam genituram reſuſcitat. Aqua diſtillata *eaſdem facultates obtinet, & gratiore eſt uſu. Omnes tumores, & collectiones, ac durities poſſunt hac radice aut ſucco ejus incidi, deprimi, & ſanari. In cibum venit tempore vernali; egerminationes cauleſque ſub terra dealbati, cocti cum butyro, & pipere ad menſas allati, tanquam ſaluberrimi ad ſanguinem depurgandum habentur.* Moriſ.

SISARUM GERMANORUM. *C. B. P.* 155.
Vid. Icon. 6. *Tab.* X.

SIſarum *radicis forma differt a* Bulbocaſtano, Sio *& Trago*ſelino. Siſarum, Σίσαρον Dioſc. à σῦς Porcus, *& ἀρόω aro, quia* Porci *roſtro terram arando, illius radices in pabulum quæritant.*

Si-

SIſarum Germanorum. *C. B. P.* 155 *Siſarum multis. J. B.* 3. 2. 153. *Dod. p.* 681. *Siſarum. Ger. Trag. Lob. Elaphoboſcon. Dioſcorid. Col. Phytob.* 88. 89. *Radices* habet carnoſas, ex uno capite plures, pendulas, teneras, fragiles, cortice tenui pallidoque obductas, pulpa candida, digitali craſſitudine, pedales, ſubinde, & breviores, *ſapore* dulci, aromatico, ſatis grato. *Folia Sii* foliis ſimilia, ſed acutiora, conjugatim poſita, minutim ſunt ſerrata. *Caules* bipedales eriguntur ramoſi, *umbellas* albas ferentes; *Semina* longiuſcula, ſtriata, fuſca, ſuccedunt. E *ſemine* ſato in Hortis culinariis naſcitur. Sed & *ſtolones* (ſeu germinationes) menſe *Martio* à radicis capite, cum fibris adnexis, decerpti, & ad pedalem diſtantiam, ſolo recenti, fabuloſo, & humido depacti *radices* agunt, & ſuccedente hyeme inter edulia præſtantiora habentur. *Colitur in hortis, ſolo gaudet pingui.*

Vires, & Uſus.

Siſarum *in culinis adhibetur*. Cordus *omnium radicum, quæ edules ſunt, ſaluberrimas Siſari radices affirmat. Moderate calidæ ſunt, ac humidæ; facile coquuntur; non tarde deſcendunt; mediocriter nutriunt; nec parum habent ſucci; flatulenti autem quiddam produnt. Et coctæ, & crudæ eduntur. In artocreis cum carnibus piſtæ menſis apparantur.*

TRAGOSELINUM MINUS, *ſive* SAXIFRAGA HIRCINA, MINOR, FOLIIS SANGUISORBÆ.

J. B. 3. 2. 111. *Vid. Icon.* 1. *Tab. XI.*

TRagoſelinum *à vocibus Græcis* τράγος, Hircus, & σέλινον, Selinum: *quaſi diceres* Selinum Hircinum.

TRagoſelinum minus, *ſive* Saxifraga hircina, minor, foliis ſanguiſorbæ. *J. B.* 3. 2. 111. Tragoſelinum *alterum, majus. T.* 309. *Tragoſelinum minor. Tabern. Germ.* 253. *Saxifragia, minor, foliis ſanguiſorbæ. H. L.* 537. *Pimpinella ſaxifraga, major, altera. C. B. P.* 159. *Pimpinella, ſaxifraga, vulgaris, Pimpinellæ minoris folio. M. H. O.* 3. 285. *Folia* ima per terram ſtrata, parva ſunt, *lobis* rotundis, *Pimpinellæ minoris* ritu, margine crenatis, conjugatim diſpoſitis, uno extremitatem claudente; *Caulis* teres aſſurgit, gracilis, pedalis, & ſeſquipedalis, articulis paucis donatus, quibus adnaſcuntur *folia* tenuiora. *Flores* umbellati, candidi ſunt, & minores; *Semina* ſtriata, exigua, fuſca; *radix* longa, alba, vivax. *In collibus, & montoſis aridis, & ſaxoſis frequens occurrit. Floret media Æſtate, atque verſus finem ſemina ſua perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Sapor manifeſtè arguit acriorem, & validiorem omnibus Apii *ſpeciebus habere efficaciam; magiſque calefacit, & ſiccat; aperit; incidit; urinas movet; calculos diſſolvit; menſes provocat; jecinioris, & lienis obſtructiones ſolvit; tormina ventris ſedat; ictericis, hydropicis, & iis, qui anguſtiam præcordiorum ex ſcabie repercuſſa ſentiunt, eximium præſidium eſt, regioque morbo laborantibus auxiliatur.* Radix, & ſemina *ejuſdem tuſa exſiccataque* Piperis *vices præſtant, & fortaſſè ſalubriora, & utiliora ſunt. His qui craſſis, & viſcoſis humoribus vexantur efficaciſſimum eſt remedium. Ad ſudores provocandos, & eliciendos radix optime conducit; unde in morbis peſtilentialibus, & contagioſis antevertendis admodum prodeſt.* Folia *tuſa, & applicata ad tumores, bubones &c. molliendos, & maturandos optimi ſunt uſus.* Moriſon.

SIUM LATIFOLIUM. *C. B. P.* 154.

Vid. Icon. 2. *Tab. XI.*

Σίον *Dioſc. l.* 2. *c.* 154. Σίον τῷ σείειν, *quod in fluentis vacillans ab aquis præterlabentibus ſuccutiatur; vel potius ab excutiendis calculis, auctore* Plinio, *denominationem ſortitur.*

SIum latifolium. *C. B. P.* 154. *Sium maximum, latifolium. J. B.* 2. 175. *Sium Dioſc. ſive Paſtinaca aquatica major. Park.* 1240. *Radix* in fimo naſcens, è geniculis fibriata eſt. *Caulis* craſſus, ſtriatus, & ſulcatus, concavus, geniculatus, humanam proceritatem erectè implet in ramulos quoſdam diviſus. *Folia* cubitum longa è radice, & geniculis naſcentia, à nervo medio utrinque ſunt alata, pinnis longis, & Paſtinacæ ſativæ in modum ſatis latis, margine dentatis donata. *Umbellæ* amplæ, planæ, albæ ſunt; quibus evanidis, *ſemina* longiuſcula ſtriata, haud magna ſuccedunt. *Ad fluviorum margines, & in aquis ſtagnantibus. Menſe Junio florens invenitur.*

Vires, & Uſus.

Sium, *ſana, & ſalutifera eſt planta; quantum autem guſtu ſuave, & odoratum eſt, tantum calefacientis facultatis particeps eſt; digerit; urinam movet, & calculos, menſeſque evocat; comeſtum etiam dyſentericis utiliſſimum eſt. Ad tumores molliendos, & tollendos* herba (*vel aquatici, vel terreſtris generis*) *tuſa, & applicata, vel* ſuccus *epotus, optimi eſt uſus.* Moriſ.

SIUM AROMATICUM, SISON OFFICINARUM.

T. 308 *Vid. Icon.* 3. *Tab. XI.*

SIum aromaticum, Siſon officinarum. *T.* 308. *Siſon. M. H.* 3. 283. *Siſon quod Amomum Officinis noſtris. C. B. P.* 154. *Siſon, ſive Officinarum Amomum. J. B.* 3. 2. 107. *Petroſelinum macedonicum, Fuſchii. Dod. p.* 697. *Folia* tempore vernali terræ incumbentia, palmaris longitudinis, alata ſunt pinnis ſeptem vel novem, ex oblonga figura obtuſis, dentatis, & modo laciniatis, conjugatim poſitis, pallidè virentibus, una extremitatem claudente, notata. *Caulis* è medietate aſſurgit erectus, teres, geniculatus, bipedalis, & tripedalis, ad cujus ſingula genicula *folia* naſcuntur conſimilia. E geniculis inferioribus raro, ſed ſuperioribus plerumque, in ramuſculos plures ſe dividit, ubi *foliola* multum tenuiora profert. Caulium ſummitates erectæ, *umbellis* parvis candidis ornatæ, in *ſemina* exigua, ſtriata, guſtu ſerfvidiſſimo, commutantur.

Vires, & Uſus.

Siſon ſemina *habet calida, & acria, & odorata, qualia ex oriente nomine* Amomi *allata ſunt, & apud* Germanos *in uſum veniunt. Lienis iſta obſtructiones tollunt; menſes provocant; urinam cient; digeſtionem adjuvant; & omnes circa viſcera obturationes reſerant. Quin & aromatis vice in eduliis à pluribus uſurpantur.*

CICUTA MAJOR. *C. B. P.* 160.

Vid. Icon. 4. *Tab. XI*

CIcuta *dicitur, quod internodiis ſit cavis, & fiſtuloſis; nam (ut docet* Servius*) in Cannis Calamiſve, quod interceptum eſt inter duos nodos,* Cicuta *appellatur.*

CIcuta major. *C. B. P.* 160. *Cicuta. Dod. p.* 461. *J. B.* 3. 2. 175. *Cicuta major, vulgaris. Cluſ. H.* 200. *M. H.* 3. 290. *Folia* longis, craſſis, cavis pediculis appenſa, pluriſariam *Myrrhidis* modo in alas plurimas, tenues, atrovirentes, diviſa ſunt. *Culmus* procerus, ferulaceus, glaber, lævis, craſſus, intus inanis, dilute virens, nonnullis tamen ſubrubentibus veluti ſerpentum maculis reſperſus, ſupra tres non raro cubitos aſſurgit. *Umbellæ* faſtigia occupant. Candidi in his ſunt *floſculi. Semina* poſtea *Aniſi* æmula, aliquando candidiora. *Radix* dodrantalis, craſſitudinis digiti, candida, & quando caulem facit, interius cava, prius ſolida. *Odorem* ingratum, gravem, fœtidumque tota ſpirat herba. *Circa oppida, & pagos abundat locis umbroſis, & pinguibus, prope foſſas, aggereſque agrorum, pratorumque ſepimenta. Menſe Julio floret.*

Vires, & Uſus.

Extrinſecus utilis eſt; ad omnes inflammationes, & tumores molliendos, ac diſſipandos, qui aliis remediis curari renuunt. Cicutæ *vel* herba, *vel* ſuccus *unice facit, calorem repellit, doloremque capitis, aliorumque morborum ſedat. Ad Eryſipelata, ignes ſacros, ulceraque ſerpentia, caſtiganda* Cicutæ herbæ ſuccus, & aqua diſtillata *eligi debent. Breviter, quibuſcumque affectionibus calidis* Cicuta *medetur; eſt enim nulli horum medicamentorum ſecundum, quæ vocant repercuſſiva, anodyna, dolorem ſedantia, & ſomnum inducentia, ſeu narcotica. Ad nimium lactis proventum inhibendum ea utimur; ut & ad mammas induratas ex lacte coagulato* ſuccus *aceto tantillo temperatus applicatur, teſte* Moriſ., *& plura* Wepfer. Germ.

CRITH-

CRITHMUM MARINUM. *Dod. p. 705. Vid. Icon. 5. Tab. XI.*

Κρίθμον, *ſive* Κρήταμον *Dioſc.* ἀπὸ τῆς Κριθῆς, i. e. Hordeo, *quia habet ſemina ad inſtar* Hordei *ſeminum efformata.*

CRithmum marinum. *Dod. p. 705. Crithmum, ſive fœniculum marinum. C. B. P. 288. Crithmum multis, ſive fœniculum marinum. J. B. 3. 27. 194. Baticula, quaſi parva batis, Cæſ. Crithmum, & herba Sancti Petri, Dod. Gall. unde & Sampire Anglicè. Radix* ei inferius fibroſa, ſuperius geniculata eſt, unde *folia* trifariam fere partita, ſpiſſa, craſſa, & acuta, & modo pungentia, ſalſo guſtu, pediculis adhærentia, proveniunt. *Caules* pedales, & cubitales, geniculati, ſolidi, procumbentes, *umbellas* ſubluteas, aut ex viridi colore luteas, in ſummitatibus gerunt. *Semina* ſunt latiuſcula, brevia, ſtriata, ſatis ampla. *In oris maritimis, rupium fiſſuris, cliviſque mari expoſitis, copioſe provenit.*

Vires, & Uſus.

Crithmum *calidum, & ſiccum cum ſit inſigniter abſterget: muria conditum grato, & aromatico eſt ſapore; cum capparibus menſis adportatur, ſtomacho, & ventriculo commodum eſt, appetitumque excitat.* Folia *in vino cocta, & aſſumpta urinæ difficultati, & morbo regio auxiliantur, imo & diabeti laborantibus apprime commoda ſunt, ut* Amatus Luſit. *Cent. 2. Curat. 94. 233 præbibet,*

ANISUM VULGARE. *Cluſ. H. 202. Vid. Icon. 6. Tab. XI.*

ANiſum ἄνισον Dioſc. Ἄνισον *quidam Auctore* Plinio, *quaſi* ἀνίκητον *vocavere, quia appetentiam cibi præſtat. Vel ab à priv. et ἴσος æqualis dicitur, quod folia proferat minime æqualia.* Herman.

ANiſum vulgare. *Cluſ. H. 202. Aniſum vulgatius, minus, anuum, M H 3. 297. Aniſum Veteribus. J. B. 3. 2. 92. Aniſum Herbariis, ſemine majori. C. B. P. 159. Aniſum. Tab. Ger. Dod. Park. E radice* annua inutili, fibroſa, oriuntur *folia Apii hortenſis* latioris amplitudinis, binatim ut plurimum lobata, in oris dentata, molli lanugine pubeſcentia, pediculis longis inhærentia, odorata. *Caulis* pedalis, varie brachiatus, *folia* gerit ad genicula tenuiora, in lacinias ferulaceas diviſa. Caulium ſummitatibus inſidet *umbellarum* copia, ex *floribus* candidis, exiguis, bifidis, conflatarum, quibus delapſis, ſuccedunt *ſemina* parva, ſtriata, cinerea, odore & ſapore grato, & palato dulci. *Gaudet loco optimo, & ſtercorato; ſeritur menſe Martio, floret Julio, ſemen matureſcit Autumno.*

Temperamentum, & Vires.

Semen Aniſi *temperatum obtinet calidum, & ſiccum, omnibuſque corporis partibus accommodatum. Aromaticum, cephalicum, & pneumaticum eſt, & inter quatuor calida majora refertur; digerit; urinam ciet, hydropicis prodeſt; venerem ſtimulat; tuſſim ſedat; orthnopnoicis auxiliatur; oris halitum jucundiorem facit; mala in ſtomacho ex vitiata ſeu deficiente vi fermentativa ſtomachi, ſeu digeſtione orta corrigit. Lac nutricibus auget. Lactis certe maximum vitium eſt coagulatio, cui occurit* Aniſum, *corrigendo acidum, tam in mammis matrum, quàm in ſtomachis infantium,* Pulveris *ſcrupulum unum infantibus torminibus affectis in pulte datum feliciter purgat, doloreſque ſedat. Tormina inteſtinorum, & colicam apprime ſiſtit: ideoque apud* Helmontium *ſolamen inteſtinorum audit.* Pulvis, decoctum, *ut &* Oleum, *&* Spiritus Aniſi *variæque confectiones Aniſatæ, nunc laxativæ, nunc alterativæ, in uſu ſunt.* Moriſ.

APIUM HORTENSE, *vel* PETROSELINUM VULGO. *C. B. P. 153. Vid. Icon. 1. Tab. XII.*

APium *ab* Apibus *quæ* Apio, *ſeu* Petroſelino *delectantur.*

APium hortenſe, vel Petroſelinum vulgô. *C. B. P. 153. M. H. 3. 292. Apium ſativum, vulgare, ſive Petroſelinum. Col. 1. 113. Apium hortenſe. Dod. p. 694 Apium hortenſe, quod Petroſelinum multis, palato gratum, planum. J. B. 3. 2. 97. Petroſelinum vulgare. Park. Radix* alba digitalis craſſitudinis; *folia* ternam diviſionem obſervant. *Caulis* humanam proceritatem aſſequitur. *Flores in Umbellis* pallidi, aut ex viridi colore lutei ſemina parva, ſtriata, præcedunt. *Ob uſum quotidianum in hortis ſeruntur.*

APIUM PALUSTRE, ET APIUM OFFICINARUM. *C. B. P. 154. Vid. Icon. 2. Tab. XII.*

APium paluſtre, & Apium Officinarum. *C. B. P. 154. M. H. 3. 293. Apium paluſtre, Paludapium dictum. M. V. 21. 23. Apium vulgare, ingratum. J. B. 3. 2. 100 Elæoſelium. Dod. p. 695. Paludapium. Lob.. Adv. 315. Obſ. 405. Folia Apii hortenſis* latiora, alis paribus nervo medio naſcentibus, una extremitatem claudente, petiolis brevibus inſidentibus, ut vix plurifariam diviſa ſint, atrovirentia, odorem validum, medicatum, ſed non ingratum ſpirantia. *Caules* oriuntur profunde ſtriati, geniculati, bipedales, & tripedales, concavi, in alas diffuſi. Summis virgulis, & ad angulos pediculis breviſſimis adherentes proveniunt *umbellæ* parvæ, albæ, quæ in *ſemina* exigua, ſtriata, *Apii hortenſis* ſeminibus minora, tranſmutantur.

Foſſis, & humectis, variis in locis, præſertim maritimis gaudet; unde in Hortos transfertur, & mangonio, & cultura amplius, & dulcius redditur, præcipue in *Italia,* unde *Galli,* & *Angli* ejuſdem ſub terra dealbati, quo mitius, & gratius ſit, uſum in acetariis jucundiſſimis, & ſaluberrimis habet, jam *Seleri,* ſeu *Celeri* nomine notum (corruptæ haud dubio à *Seleni,* ſecundùm *Italorum* dialectum) *Parkinſonus,* qui *Apium dulce appellat,* ſpeciem diſtinctam à præcedenti, ſed perperam, conſtituit.

Apii Vires, & Uſus.

Apium hortenſe, *&* paluſtre *potiſſimum in Officinis recipiuntur.* Radices *utriuſque inter aperientes ſunt.* Apii *hortenſiis* radix. *&* herba *ad culinas ſpectant. Stomacho gratæ ſunt; inflationes deprimunt; urinas, & menſes cient; jecur, & lienem obſtructionibus liberant; hydropicis, & ictericis auxilio ſunt. Contra aquam intercutem, morbum regium, & calcum renum,* decoctum *paratur cum ſemine* Apii, Fœniculi, Aniſi, Cami, *& radice* Apii, *in vino macerata: hac decoctione obſtructiones jecinoris, ac lienis tolluntur; & aqua intercus per urinam expellitur.* Herba *tuſa, & impoſita oculorum inflammationibus auxiliatur, illorumque tumores detumeſcere facit.* Apium paluſtre *in morbis chronicis commendatiſſimum eſt: in ſpecie adhibetur in redundantia lactis; acrius, & ferventius eſt, quàm hortenſe.* Folia cauleſque *in hortis oletariis, pinguiſſimo ſolo dealbata, quo teneriora, & gratiora fiant inter acetaria ſaluberrima (hyemali tempore edenda) habentur.* Herba *tuſa ad tumores molliendos, colliſiones, & contuſiones livorem afferentes, & maculas tollendas, nervoſque liberandos, & calefaciendos, efficaciſſima eſſe perhibetur.* Galli *unguentum habent de* Apio, *quo omnia ulcera ſanari, & mundificari ſolere contendunt. Vide* Paræum.

CARVI. *Cæſalp. 291. Vid. Icon. 3. Tab. XII.*

CArvi *à* Caria Aſiæ *regione.* Peregrinum, & Cereum (*inquit* Plinius *lib. 19 cap. 8.*) *gentis ſuæ nomine appellatum, culinis principale.*

CArvi *Cæſalp. 291. Carum. Dod. p. 299. Caroſ. J. B. 3. 2. 69. Carum, ſive Carvi. M. V. 24. M H. 3. 296. Cuminum pratenſe, Carvi Officinarun. C. B. P. 158. Carvi, Adv. Lob. Radicem* profert ſingularem, longam, albam, craſſitudine pollicari, ſapore aromatico. *Caules* profert multos, cubitales, ſtriatos, & geniculatos, in ramuſculos diviſos. *Folia* pediculis longis innitentia, *ſtaphylini* anguſtiora gerit, lobis tenuioribus nervo medio cruciatim diſpoſitis. *Umbellæ* floribus albis, ex quinis petalis cordiformibus conflatis, conſtant, non ingrato odore. Unicuique flori ſuccedunt bina *ſemina* oblunga, tenuia, ſtriata; quæ maſticata ſapore acri, & aromatico ſunt. *In pratis, & paſcutis* Germaniæ, *in paluſtribus, & pinguioribus* Lincolnienenſibus, *aliiſque ad orientalem partem* Angliæ *ſpectantibus, ſponte provenit. Majo, & Junio menſibus floret, & paullo poſt ſemen perficit.*

Vires, & Uſus.

Semen *inter quinque calida majora refertur, quæ vim carminatricem plane ſingularem obtinet. Hinc in affecti-*

bus

bus inteſtinorum, & imprimis in colica commendatur. Oleum Carvi *deſtillatum in iiſdem affectibus. & cardialgia proficuum eſt. Urinam item promovet, eamque ſuavis odoris reddit. Quin & tragemata poſt paſtum ſumenda ingreditur.* Semen *palato gratum, & ſtomachicum eſt, diureticum etiam, cerebrumque corroborat: in juſculis, & tragematis frequens in uſum venit ſaccharo paratum; flatus diſcutit, & concoctionem promovet.* Radices *etiam dum teneræ ſunt, coctæ inter delicias ſaluberrimas habentur.* Moriſ.

CORIANDRUM MAJUS. *C. B. P.* 158.
Vid. Icon. 4. *Tab. XII.*

Coriandrum. *Græcis* Corion. *ſeu* Coriannon, *à voce* κόρις Cimex, *cujus odorem æmulatur* Coriandrum.

Coriandrum, majus. *C. B. P.* 158. *M. H.* 3. 269. *Coriandrum. J. B.* 3. 2. 89. *Lob. Tab. Ger. E radice* longa, fibroſa, annua, *folia* lobata, *Apii* latioris alis ſubrotundis, in ambitu dentatis, & laciniatis, glabris, *Aniſi* ad inſtar, proveniunt. *Caulis* rectus bipedalis, & ſeſquicubitalis, ſolidus, à medio ramoſus eſt, & aſſurgens *foliis* multo anguſtioribus donatur. Hæc autem in ſummitatibus *Chamæmeli* tenuitatem obtinent; ſuntque *odoris* ſi contrectentur cimicum teterrimi. *Flores* è rubicantibus albi, umbellas conſtituunt. *Semina* ſingulis rotunda, initio virentia, reſiccata ex luteo colore albicantia, gratiſſimi, & aromatici ſaporis, & odoris, ſuccedunt. *In Agris, & Hortis ſeritur; ſed natale ſolum nos latet.*

Temperamentum, & Vires.

Stomachicum in primis eſt, calef., & ſicc. ad gr. 4. *aſtring. Hinc celeberrimum in laxitate ſtomachi, ſi poſt cibum aſſumatur, claudit enim ventriculum, exhalationeſque ſupprimit, quo minus caput gravent, ructuſque producant.* Scrod.

DAUCUS SATIVUS. *Tournef.* 307.
Vid. Icon. 5. *Tab. XII.*

Daucus *ſeu* Carota, *quod facultatem alimentalem carnis habeat,* Σταφυλῖνος ἄγριος *Dioſc.* Daucus Δαῦκος διὰ τὸ δαύειν, i. e. *dormiendo, quod tormina ſedet, quietemque inducat, flatus diſcucando,*

Daucus ſativus. *Tournef.* 307. *Paſtinaca ſativa, ſive Carota rubra, lutea, & alba. J. B.* 3. 2. 64. *Paſtinaca, tenuifolia, ſativa, ſeu hortenſis. M. V.* 31. *C. B P.* 151. *M. H.* 3. 305. *Radix* ei oblunga, pyramidalis, adeo omnibus nota, ut prolixius de ea differere non ſit neceſſe. *Folia* habet dodrantalia, & pedalia, hirta, in longitudinem potius quam latitudinem protracta, pluriſariam in tenues partes diviſa, veluti in alas. *Caules* emitit ſtatim à radice diviſos, binos cubito altos, hirſutos, ſtriatos, concavos, ramoſos, in quorum cimis *flores* proveniunt puſilli, albi, denſe ſtipati, convexam ſuperficiem conſtituentes; & ad baſin umbellarum naſcuntur *foliola* tenuia ambientia. Floribus fatiſcentibus, *umbella* ſe contrahit, & concava nidi avis inſtar fit, ſeminibus oblungis villoſis ſeu hiſpidis prægnans. Secundo anno cauleſcit, & *flores*, & *ſemina* profert. *Color* radices variat; nunc *albus*, nunc *luteus*, nunc *ruber* (cujus umbellæ meditullio macula purpurea frequenter conſpicitur) & quandoque *purpureus* eſt. *In Hortis oleraceis ſeritur, & forte à ſilveſtri per culturam educatur.*

DAUCUS VULGARIS. *Cluſ. H.* 198.
Vid. Icon. 6. *Tab. XII.*

Daucus vulgaris. *Cluſ. H.* 198. *Paſtinaca, tenuifolia, ſylveſtris, Dioſcoridis, vel Daucus Officinarum. C. B. P.* 151 *M. V.* 31. *M. H.* 3. 305. *Paſtinaca, ſylveſtris, ſive Staphylinus Græcorum. J. B.* 3. 2. 62. *Paſtinaca ſylveſtris tenuifolia. Ger Park.* An ſpecifice à ſativa differat, parum conſtat: in omnibus ſativæ ſimilis eſt, magnitudine excepta. Experitur propter *ſemen* jucundum, & gratum admodum naribus odorem ſuffundens, & in medicina variis uſibus adaptatur. *Creſcit paſſim locis Campeſtribus, ſiccis, & arenoſis floret Julio, & Auguſto.*

Dauci Vires, & Uſus.

Daucus, *ſive* Paſtinaca tenuifolia, ſativa, radicem *habet calidam, & humidam; frequentiſſime cum carnibus, aut carnium jure cocta editur; dulcis eſt cum aromatica quadam facultate; inflat paliſper, & ventrem replet. Hodie in culinis magis eſt nota quam ſeplaſiis.* Semen *etiam in uſum venit, ſed* ſylveſtris Dauci *potius eligitur, magiſque calefacit, aperit, & attenuat. Potum, & appoſitum ſimiliter menſes ducit; urinæ difficultati ſuccurrit; flatus diſcutit; hydropicis prodeſt, & quibus venter tumidus eſt. Adverſus colicos, ac nephriticos dolores, cum vino ſumptum aut decoctum, plurimum confert; muliebres ſuffocationes, hoc etiam modo aſſumptum lenit, & conceptus adjuvat.* Moriſ.

FFRULA GALBANIFERA. *Lob. Obſ.* 45.
Vid. Icon. 1. *Tab. XIII.*

Ferula Νάρθηξ Dioſc. Baculus, *à feriendo, eo quod* Ludimagiſtri *uterentur caule hujus plantæ in verberandis pueris: vel à ferendo propterea, quod ſenes caule, utpote qui levis, ſit, tanquam* ſcipione *uterentur.*

Ferula galbanifera. *Lob. Obſ.* 45. *J. B.* 3. 2. 52. *Lugd. Tab. Ferula latiore folio. C. B. P.* 148, *M. H.* 3. 309. *Ferulago. Dod. p.* 321. *Radix* ei lunga, alba, brachialem craſſitiem obtinet, ex qua vulnerata *lac* pingue, & coagulatum copioſe manat. *Radicis* caput filamentis, ut in aliis plantis umbelliferis, reſiniferis, comatum eſt. *Folia* pediculis longis, cavis, digitali craſſitudine, adnexis, omnium ampliſſima, ex quamplurimis ſegmentis *Fœniculi* more diviſis, ſed brevioribus, & latioribus, ac glaucum colorem argenteumve, præſertim in adverſa parte, tendentibus, aliquantulum in latitudinem compreſſis, gaudent. *Caulis* erigitur altiſſimus, imo quinos aut ſenos cubitos altus, craſſus, geniculatus, ſubſtantia fungoſa farctus, in ſuperiore parte diviſus. *Umbellæ* ſunt rotundæ, ex *floſculis* luteis reflexis compoſitæ; quibus delapſi ſuccedunt *ſemina* lata, foliacea, compreſſa, ſubrotunda, ſubnigra, exterius triplici linea ſtriata, interius duplici fibrilla donata qua junguntur, quaque adhuc viridia nutriuntur; ut in omnibus aliis umbelliferis cujuſcunque generis notare eſt. Radix eſt diutius vivax. *Gaudet regione calida, & læto ſolo. Frequens in Sicilia, & monte Argentario in* Italia, *copioſe provenit.*

Vires, & Uſus.

Ferula *calida, & ſicca eſt, ejuſque* Galbanum, Sagapenum, & Ammoniacum, *è radice deſtillantia, tertio gradu qualitatem calefacientem, & exſiccantem obtinent.* Semina *in vino decocta urinas, & menſes cient, fœtuſque mortuos educunt.* Galbanum Succus *eſt* è radice *vulnerata in* Syria *naſcente exſudans, & exſiccatus.* Sagapenum *in* Media *è radice* Ferulæ *etiam extractum eſt.* Ammoniacum *quoque in* Cyrene *legitur; ex eadem enim* radice, *variis regionibus, hic variis nominibus colliguntur, ut &* Dioſc. *perhibet.* Succus *mediæ cujuſdam naturæ eſt inter* gummi, & reſinam; *in liquido ſolvitur ut gummi, at non, ſine vino, ſeu aceto, ut quidam volunt; & in igne flammas concipit ad inſtar reſinæ. Uſus autem eſt in emolliendo, & digerendo; unde in tuſſi, & orthopnœa efficax eſt; humores viſcoſos expurgat; tumores lenit, & emollit; membra, & nervos extenſos corroborat; denique in partu, & uteri ſuffocatione optime juvat,* Scrod., & Moriſ.

ANETHUM HORTENSE. *C. B. P.* 147.
Vid. Icon. 2. *Tab. XIII.*

Anethum ἄνηθον Dioſc. Mauritanis Xebet, Jabet *ſive* Sebet. Ἄνηθον *ab* ἀνωθέω, *ſurſum impello, quod cito creſcat, & ſurſum impellatur.*

Anethum hortenſe. C. *B. P.* 147. *M. H* 3. 311. *Anethum. J. B.* 3. 2. 6. *Dod p.* 298. *M. V.* 36. *Lug. Tab. Ger. Anethum* ſola eſt planta annua ſemine foliaceo, *foliis fœniculaceis* donata. Ad bipedalem aut tricubitalem altitudinem aſcendit, in ramulos paucos diviſum. Folia ad *fœniculi* folia proxime accedentia, minora tamen, & paucioribus alis ramificata, ſubcærulei coloris aut ad glaucum tendentis (quem quidem colorem & *caulis* refert) *odoris* ſubcalidi. *Umbellæ* in ſummitatibus amplæ ſunt, & planæ, luteæ, *ſemina* minora, compreſſa ſubrotunda, in dorſo ſtriata, gerentes: quibus matureſcentibus, radix perit, & à ſemine deciduo in oleraceis, & Hortorum pinguiore ſolo quotannis renovatur.

Tem-

Temperamentum, & Vires.

Calef. in princ. 3. Sicc. in princ. 2. (radix *calf. 3. Sicc. 2. completè*) *diger. diſc. maturat, lenit dolores, auget lac, conciliat ſomnum, venereos appetitus minuit, ſingultui vomituique medetur: Et hæc omnia præſtat uſu interno, & externo. Inprimis tamen extrinſecus Clyſteribus anodynis immiſcetur, capitiſque cataplaſmatis, anodynis, & ſomniferis ſummitates cum oleo olivarum coctæ proſunt.* Schrod.

PEUCEDANUM MAJUS, ITALICUM. *C. B. P.* 149.
Vid. Icon. 3. Tab. XIII.

PEucedanum, πευκέδανον ἀ πεύκη Picea *dicitur, ſiquidem folia cum* Piceæ, *vel* Pini *foliis quandam habeant ſimilitudinem.*

PEucedanum majus, Italicum. *C. B. P.* 149. *M. V.* 36. *M. H.* 3. 312. *Lob. Obſ.* 454. *J. B.* 2. 36. *Peucedanum, foliis longioribus. Dod. p.* 317. *Radix* deciduis *foliis* comoſa, craſſa, alte depacta eſt, cortice nigro obducta, ſubſtantia ſubvireſcente, *ſuccum* ſi vulneretur emittens fulvum, odore piceo viroſo. *Folia* pediculis longis inſidentia, ampla trifariam dividuntur, ſingulaque eorum ſegmenta trifariā deinceps diſſecantur, diviſorum partibus aliſve *Linariæ* folia latitudine, tres uncias frequenter longitudine, ſuperantibus, *Caules* teretes, tripedales, in aliquot ramos brachiati, *umbellas* inſigniter latas ſuſtinent, tanta luxurie, ut interdum minutiores earum partes ſobolem pariant. *Flores* lutei *radiolis* longis, tenuibus, inſiſtentes, ex quinis petalis reflexis conflati (quod contingit in maxima ferulacearum parte luteis floribus præditarum). Hiſce ſingulis evaneſcentibus, ſuccedunt bina *ſemina* foliacea, compreſſa, ſubrotunda, lævia, & aceroſa, *Ferulæ* aut *Paſtinacæ* ſeminibus minora, ſtriis depreſſis ovatim in dorſo rotata. *In* Italia, & Sicilia *ſponte provenit. Radix per multos annos durat. Æſtate floret, Autumno ſemen perfiit.*

Vires, & Uſus.

Calidæ, & admodum ſiccæ eſt qualitatis; aperit, attenuat, ducit mucilaginem, tartaream &c. in pectoris affectibus, tuſſi, inflationibus, obſtructionibus hepatis, lienis, renum, urinæ, calculi, prodeſt. Radix, & Succus *ejus in medicina apud Veteres valde commendatur; viſcoſos, & lentos humores, nec non bilem educendi facultate pollere veteres prodiderunt; ſed cum ob fætorem nauſeam pene creent minus nobis in uſum veniunt.* Moriſ. *Extrinſecus in Hemicrania aliiſque generibus cephalalgia, à catarrhis ducentibus, in tumoribus renitentibus, ulceribus inveteratis mundificandis, promovet capillorum proventum &c.* Schrod.

SPHONDYLIUM VULGARE, HIRSUTUM.
C. B. P. 157 *Vid. Icon. 4 Tab. XIII.*

SPhondylium, Σφονδύλιον *Dioſc. ut ajunt*, à Sphondile *inſecto, cujus odorem æmulatur.*

SPhondylium vulgare, hirſutum. *C. B. P.* 157. *M V.* 38. *M. H.* 3. 313. *Sphondylium quibuſdam, ſive* Branca *urſina Germanica. J. B.* 3. 2. 160. *Sphondylium. Dod. p.* 307. *Adv. Lob. E radice* craſſa, alba, rugoſa, & fibroſa, guſtu ſuavi, & non injucundo, calefaciente, alte in terram demiſſa, proveniunt, *folia* pediculis longis, hirſutis, & ſtriatis innixa, ampliſſima, lobata; quorum quælibet *ala* palmarem latitudinem occupat, in ambitu ſerrata, utrinque molli lanugine pubeſcit. *Caules* aſſurgunt pollicares, ſtriati, bicubitales, & tricubitales, hirſutie aſperi, in ramulos quoſdam diſtributi; ad quorum genicula *folia* quoque petiolo lata ſede donato adnaſcuntur. *Flores* umbellæ latioris orbem ſuggerunt, & circinnant candidi; quorum ſinguli flores quinquepetalis cordiformibus, ad medium bifidis, conſtant. Cuilibet flori ſuccedunt bina *ſemina* lata, membranacea, compreſſa, ſubrotunda, tribus ſtriis uniuſcujuſque in dorſo inſignita. *In pratis, & paſcuis humidioribus, ad ſepes, & foſſas frequenter occurrit. Junio, & Julio menſibus floret, ac Septembri ſemina perficiuntur.*

Vires, & Uſus.

Cum Sphondilium *guſtu ſubacri cum dulcedine, & calore ſit, neceſſe eſt ut exſiccet, incidat, & tenuium ſit partium, & ad aſthma, epilepſiam, & Regium morbum aptum medicamentum, uti* Galenus *confirmat. Pituitam per alvum detrahere* Dioſcorides *auctor eſt, & jecinoris vitiis, hepaticis, ictericis, orthopnœa laborantibus, comitiali morbo obnoxiis, ac uteri ſtrangulationi præterea mederi, perhibetur. Inter emollientes, &* folia *tenera, &* radices *recipiuntur, & ad deprimendos tumores, ob digerentem, & aperientem facultatem, à Chirurgis uſurpantur.* Poloni, & Lithuani *ex* Sphondylii foliis, *ac* ſemine *cum aqua, addito fermento, potionem coquere feruntur, quæ pauperibus ſit loco cerviſiæ.* Dod.

PASTINACA SATIVA, LATIFOLIA. *C. B. P.* 155.
Vid. Icon. 5. Tab. XIII.

PAſtinaca *à paſcendo dicta videtur; plebs enim infima eâdem ſæpiſſime depaſcitur.*

PAſtinaca ſativa, latifolia. *C. B. P.* 155. *Ger. Park. M. V.* 39. *M. H.* 3. 314. *Paſtinaca ſativa, latifolia, flore luteo. J. B.* 3. 2. 150. *Caulis*, humanam altitudinem attingit, ſtriatus, & profundis *ſulcis* cuniculatus, à medio ad ſummum in *ramuſculos* divaricatus; qui quidem ramuſculi *umbellis* aureis, amplis, planis terminantur. Iſtis autem deciduis ſuccedunt *ſemina* aceroſa, ſubrotunda, compreſſa, *Sphondylii* ſeminibus minora ſecundo quoque anno producta; primo enim folia ampla, lobata, pedalia, & longiora emittit, quibus è regione adhærentes *alæ* triunciales, & ſeſquiunciam latę, ſerratę, virides, impari extremum claudente, ut in omnibus plantis *umbelliferis foliis lobatis* præditis. *In Hortis oleraceis radicum gratia frequens colitur. Binnis eſt planta, ejuſque radices prima hyeme, antequam dureſcant, carnoſæ ſunt, & eſui aptæ.*

PASTINACA LATIFOLIA SYLVESTRIS. *C. B. P.* 155
Vid. Icon. 6 Tab. XIII.

PAſtinaca ſylveſtris, Elaphoboſcum, ἐλαφόβοσκον. Dioſc. *quia cervi pabulum eſt.*

PAſtinaca latifolia, ſylveſtris. *C. B. P.* 155. *Park. Ger. Paſtinaca ſylveſtris, Germanica, quibuſdam Elaphoboſcum. J. B.* 3. 2. 149. *Baucia Paſtinaca ſylveſtris, Adv. Lob. Radix* pollicaris, alba, fibris adnexis, *folia* protrudit alata, dodrantalia, antecedentis minora, viridia, & hirſuta. *Caulis* ſecundo anno aſſurgit bicubitalis, ſtriatus, geniculatus, molli lanugine hirſutus: intus inanis, ad cujus genicula, & ex alis foliorum oriuntur alii *cauliculi, folia* anguſtiora proferentes. *Flores*, & *ſemina* cum ſativæ adeo congruunt, ut illam ex hac eſſe natam, & mangonio, & cultura melioreſcere (quod & de *Carotis* creditur) plurimi opinentur. *In arvis, per vias, & foſſas frequens occurrit.*

Paſtinacæ Uſus, & Vires.

Radix *præcipue culinis expetitur, & in foro olitorio publice venum proſtat; calidæ, & humidæ eſt temperiei, dulcis, ſalubris, & carnis vicem præſtans. Multum nutrit; corpus pinguefacit; flatus generat; venerem ſtimulat; & urinas provocat.* Semen *magis excalefacit, & ad obſtructiones aperiendas in vino potum efficaciſſimum eſt, & ad urinas movendas, flatuſque diſcutiendos, cum ſucceſſu uſurpari poteſt.* Moriſ.

PANAX COSTINUM. *C. B. P.* 156.
Vid. Icon. 1. Tab. XIV.

PAnax coſtinum. *C. B. P.* 156. *Paſtinaca ſylveſtris, altiſſima. T.* 319. *Sphondylio, vel potius Paſtinacæ Germaniæ affinis, Panax, ſive Pſeudo-coſtus flore luteo. J. B.* 3. 2. 156. *Panax coſtinum, Coſtum Illyricum. Taber. Ic.* 81. *Sagapenum, Dioſc. Radix* craſſa, alba, rugoſa, altè deſcendens, & diutiùs durans, ſuperius comoſa, *folia* emittit ſeſquicubitalia, alata, pediculis longis, craſſis, canaliculatis, hirſutie aſperis, inſidentia; eaque rurſus pinnatim ſubdiviſa, & ramoſa, ut cubitalem latitudinem æquent, pinnis aliſve oblongis, ſubrotundis, & obtuſis, tres quatuorve uncias longis, binas latis, in ambitu crenatis donata, frequenter irregularia, uno latere à nervo medio repleto, altero oppoſito dimidio plus minus deficiente. *Caulis* aſſurgit ſex ſeptemve cubitos implens, pollicaris, & pene brachialis craſſitudinis, geniculis interceptus, in ſuperiore parte in ramulos brachiatus, qui *umbellas* globulares aureas ſuſtinent.

iitis

Iſtis autem ſuccedunt *ſemina* binatim juncta ſubrotunda, compreſſa, *Paſtinacæ latifoliæ* longiora, externe ſtriata, quæ Autumno ſata, vere ſuccedente germinant, quod utique in pluribus plantis umbelliferis obſervatu dignum eſt. *In* Italia, *&* Sicilia, *necnon* Galloprovincia *ſponte creſcit*. *Floret Æſtate*, *& Autumno ſemen perficit*. *Ex hujus* radice *vulnerata* Succus *ſubflavus æſtivis menſibus manat*, *ſponte concreſcens*, *odoris exigui*, *ſed guſtus excalefacientis*, *& pro* Sagapeno *etiam à quibuſdam habetur*. *Sunt qui putant* Sagapenum *in* Media *ex* Ferula *naſci*. Optimum cenſetur ſyncerum tranſlucidum, foris colore fulvo, vel ruffo, intus albido, guſtu, acre, odore gravi, porrumque æmulans.

Vires, & Uſus.

Sagapenum. *Calef. 3. ſicc. 2. attenuat*, *aperit*, *ſubſtantiæ eſt tenuis*: *tanta extrahendi vi pollere dicitur*, *ut quoque ſpicula ex carne eliciat*: *purgat lentos*, *& craſſos*, *imò & ſeroſos humores ex ventriculo*, *inteſtinis*, *utero*, *renibus*, *cerebro*, *nervis*, *juncturis*, *pectore*. *Hinc prodeſt in hydrope*, *tuſſi inveterata*, *aſthmate*, *cephalalgia*, *ſpaſmo*, *epilepſia*, *paralyſi*, *tremore artuum*, *in obſtructione*, *& tumore ſplenis*, *febribus intermittent*, *dolore colico*, *menſes ciet*, (*ſed fœtum enecat*) *urinam movet*. *Extrinſecus convenit in pleureſi*, *aliiſque tumoribus*, *ac doloribus*, *mitigatione ac reſolutione opus habe tibus*. *Fumus excitat*. *Epilepticos*, *hordeola Ciliorum ſanat*. Schrod.

PANAX SPHONDYLII FOLIO, *ſive* HERACLEUM. *C. B. P. 157. Vid. Icon 2. Tab. XIV.*

PAnax ſphondylii folio, *ſive* Heracleum. *C. B. P.* 157. *Sphondylium majus*, *ſive Panax Heracleum quibuſdam*. *J. B. 3. 2. 161. Panaces Heracleum*, *vel potius ſphondylium alterum*. *Dod.* p. 305. *Sphondylium*, *humilius*, *latioribus foliis*, *umbellâ ampliore*. *M. H.* 3. 313. *Opoponax*. *Dioſc.* Planta hæc ſpecioſior, & major eſt, ut *Jo. Bauh.* recte notat. *Folia* eadem diviſione naſcuntur, latiora tamen, & minus aſpera, pallidiora, interdum pene integra, *Caules* erecti craſſiores, & fortiores, vix eandem aequirunt altitudinem. *Umbellæ* albæ ſunt, & *ſemina* latitudine ſuperant. *In* Nurſiæ *montibus provenit*, *& in* Alpibus Appenninis *legitur*. Ex hujus *radice* vulnerata *ſuccus* ſubflavus æſtivis menſibus manat, ſponte concreſcens, odoris exigui, ſed guſtus excalefacientis; & pro *Opopanace* à pluribus &c. *Opoponax*. Gummeus eſt *ſuccus* ex *Panacis Heraclei* ſauciata *radice* effluens, ac concreſcens. Signa bonitatis, color extus flavus, intus albus, aut ſubflavus; ſapor valde amarus, odor gravis &c.

Temperamentum, & Vires.

Calef. 3. ſicc. 2. emollit, *digerit*, *flatus diſcutit*, *purgat pituitam craſſam*, *& lentam à partibus remotis*, *cerebro*, *nervis*, *ſenſoriis*, *juncturis*, *Thorace &c.* Schrod.

MYRRIS. *Dod. p. 701. Vid. Icon. 3 Tab. XIV.*

MYrrhis, *ut ajunt*, *à* Myrrha, *quod ejus odorem ſpirat*.

MYrris. *Dod. p. 701. Myrrhis magna*, *ſemine longo*, *ſulcato*. *J. B. 3. 2. 77. p. 701. Myrrhis major*, *vel cicutaria odorata*. *C B. P.* 161. *Myrrhis major vulgaris*, *vel Cerefolium majus*. *Park.* *Myrrhis perennis*, *ſemine ſulcato ſtriato*, *alba*, *major*, *odorata*. *M. U.* 44. *M. H.* 3. 301. Hæc *radicem* habet albam, craſſam, molli carnoſoque cortice, in fiſſuras cito ab aere laceratam, ſuavi, jucundo aromatico, & quaſi aniſato ſapore donatam. *Folia* ſunt magna, plurifariam diviſa, & *Cicutæ* majoris in modum pediculis alata, & pinnatim pendentia, pallide, viridia, mollia, & hirſuta. *Caules* ſurrigit bipedales, & bicubitales, brachiatos, hirſutos, inanes, geniculatos. *Umbellas* haud magnas gerit *florum* alborum, ex quinque petalis cordiformibus conflatorum. Floribus deciduis ſuccedunt *ſemina* magna, longa, ſulcata, nigricantia, ſulcis profundius ductis prædita, quæ maſticata, præſertim dum viridia, guſtum *Aniſi* jucundum referunt. *In Pratis* Haſſiæ *ſponte oriri auctor eſt* Gilienius; *in pluribus Hortis* Europeis *alitur*.

Vires, & Uſus.

Myrrhis *ſapore grato prædita*, *ſecundo gradu calida partium ſubtilium*, *& tenuium eſt*; *blandaque*, *& temperata*, *quaſi aroma*. *Affectibus igitur capitis*, *ſtomacho grata*, *imprimis vertigini*, *præſentaneum eſt remedium*: *hinc qui ex vertigine apoplexiam metuunt*, *uti ſenes*, *ea tuto uti poterunt*. *Interne pariter ſanguini congrumato reſolvendo conducit*: *& propterea ab alto lapſis propinanda*. *Itidem in exulcerationibus partium in uſum venit*. *Quin & vis diuretica*, *quia eſt herba vulneraria*, *in ea prædicatur*: *hinc qui patiuntur exulcerationes renum*, *eandem adhibeant*; *ut & mulieres quibus ex vitio lactis mammarum abſceſſus oriuntur*. Foreſt. lib. de Puerp. *ſcribit ſe ſæpius uſurpaſſe in iis mulieribus*, *quibus lac in mammis fuerat coagulatum*. *Uſus etiam in juſculis*, *in quæ hæc* herba *minutim inciſa coniici debet*. *Brevi*, *iis quibus ſtomachus ſanguiniſve edulcandus eſt*, *uſus vel* radicis, *vel* herbæ, *vel etiam* aquæ deſtillatæ *à plurimis commendatur*.

CHAEROPHYLLUM SATIVUM. *C. B. P. 152. Vid. Icon. 4. Tab. XIV.*

CHærophyllum *à vocibus* Græcis χαιρω *gaudeo*, *&* φυλλον *folium*, *quaſi planta foliis gaudens*.

CHærophyllum ſativum. *C. B. P.* 152. *Chærophyllon*. *J. B.* 3. 2. 75. *Cerefolium*, *ſativum*. *M. U.* 46. *M. H.* 3. 303. *Radice* eſt nitente, alba, minimi digiti craſſitudine, plurimis fibris exeuntibus; è qua *caules* plures exſurgunt cubitales, & bicubitales, ramoſi, ſtriati, concavi, geniculis pauliſper protuberantibus. *Folia Apii hortenſis* foliis ſimilia, ſed argutius diviſa, nec ita longa, pallide virentia, in averſa parte tantilla hirſutie donata. *Flores* in umbellis raris parvi ſunt, & albi, quinque petalis cordiformibus, totidemque ſtaminibus albidis, conſtantes, *Semen* gemellum, oblongum, tenue, in acutum deſinens, læve eſt, & nigricans. Tota planta dulcis, & aromatici eſt ſaporis. *Creſcit in Hortis*, *floret Majo*.

Vires, & Uſus.

Temperate excalefacit, *& modice reſiccat*; *dulcis*, *& odorati eſt ſaporis*. *Quare non ſolum in medicina*, *ſed & in culinis*, *& acetariis commodum eſt*. *Ad diſcutiendos intra corpus concretos ſanguinis grumos*, *ſanguinemque extravaſatum*, *ſive intus vel extra congelatum diſpellendum*, *efficaciſſimum eſſe experientia comprobatur*. *Urinam promovet*, *& obſtructiones ſolvit*. *Extrinſecus inſignis eſt uſus*: *ſi butyro frigatur* herba, *& abdomini imponatur*, *certum eſt contra tormina remedium*; *ad quod mulierculæ ceu ad ſacram anchoram confugiunt*. *In dolore colico*, *& urina retenta* (*impoſitum in cataplaſmata*) *optimi*, *& mirandi eſt uſus*. *Plura de hac re vide apud* Sim. Paul.

PERFOLIATA VULGARIS. *M. H. 3. 299. Vid. Icon. 5. Tab. XIV.*

PErfoliata *dicitur*, *quod caulis ejus ſingula folia perforet*, *diſſecet atque penetret*, *& per ipſa tranſeat*.

PErfoliata vulgaris. *M. H.* 3. 299. *Perfoliata vulgatiſſima*, *ſive arvenſis*. *C. B. P.* 277. *Perfoliata ſimpliciter dicta*, *annua*, *vulgaris*. *J. B.* 3. 2. 198. *Perfoliata*. *Dod* p. 104. *Bupleurum perfoliatum*, *rotundifolium*, *annuum*. *T.* 310. *Cauliculus* huic aſſurgit gracilis, teres, & glaber, bipedalis, in ramulos diſtributus; quos *folia* ſic ambiunt, ut medios amplectantur ac circumdent, lata, ſubrotunda, lævia, glabra, venoſa, dilute virentia. *Umbellæ* in faſtigiis, quibus *foliola* myrtina ſubiiciuntur, planæ ſunt, *petiolis* brevibus, & floſculis luteis donatæ, ſuccedente *ſemine* ſtriato, ſubnigricante, gemino: quibus deciduis, quotannis renaſcitur. *In arvis montoſis*, *& inter ſegetes*, *variis locis*, *ſponte oritur*. *Floret Junio*.

Vires, & Uſus.

Planta *eſt vulneraria*, *& in curandis herniis frequens adhibitur*, *imprimis enterocelis*, *ſive in ſcroto*, *ſive in umbilico*. *In herniis autem internæ miſceatur potius vulnerariis*, *& ſimul externæ per modum cataplaſmatis imponatur*. Semen *eſitandum exhibetur pueris*, *& infantibus ramice laborantibus*. *Brevi*: *modice calida*, *paullo vero magis ſicca eſt*, *atque nonnihil amaricans*, *& aſtringens*. Moriſ.

SA-

SANICULA OFFICINARUM. *C. B. P.* 319.
Vid. Icon. 6. *Tab. XIV.*

SAnicula *officinarum à ſanandis vulneribus nomen traxiſſe videtur*. *Doctiſſimus* Columna *ſub* Sideritide *tertia* Dioſcoridis *pingit*, *& deſcribit*.

SAnicula officinarum. *C. B. P.* 319 *M. H.* 2. 616. *Sanicula mas*, *Fuchſii*, *ſive Diapenſia*. *J. B.* 3. 639. *Sanicula*. *Dod. p.* 140 *Trag. Cæſ. Cam. Tab. Sideritis III. Dioſc. Col.* 1, 124. *Folia* ſunt huic *Saniculæ* complura, quæ in oblongis pediculis à radice promit lata, lucide virentia, & quidem rotunda, niſi in partes quinque dividerentur; *Vitis* foliis idcirco quodammodo ſimilia, ſed minora multo, & virentia, & lævore nitentia, in ambitu ſerrata, extremiſque angulis rubentibus: aſſurgunt inter hæc *cauliculi* dodrantem aut pedem alti, ad radicem rubentes; in quorum cacumine *floſculi* muſcoſi, albidi; ſuccedente *ſemine* rotundo, aſpero, ſeu hirſuto involucro incluſo prætereuntium adhæreſcente veſtibus *Lapparum* modo; *radix* ſuperiùs craſſiuſcula, & multis inferiùs capillamentis fibratur. *In Sylvis*, *& umbroſis naſcitur*. *Gaudet pingui gleba*, *læto humidoque ſolo: transfertur & ad hortos, in quibus adoleſcit*. *Floret Majo*, *ac Junio ſemina ſua perficit*, *& maturat*. *Herbæ hujus folia toto anno virent*.

Temperamentum, & Vires.

Cæterum Sanicula *hæc* Diapenſia *dicta*, *quia cum aſtrictione quadam guſtu amaricat*, *ita præter quod expurget*, *& abſtergendo roboret calida*, *& ſicca eſt quidem ordine ſecundo*. Succus *ad ſananda vulnera datus prodeſt*. *Datur*, *&* decoctum *ejus*, *quod ſanguinis ſputitionem*, *& dyſenterias curat*: *ſordida etiam vulnera hoc abluuntur*. *Humores frigidiores diſcutit*, *ac reſolvit in aqua decocta*, *& cataplaſmatis modo impoſita*; *miſcetur potionibus*, *quas vulnerarias appellant*. Moriſ.

DISTRIBUTIO VII.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE FLORE SIMPLICI.

Valeriana major, odorata radice; Valeriana ſylveſtris, major; Valeriana Celtica; *ſive* Nardus Celtica; Plumbago, *ſive* Dentillaria; Jalapa Officinarum, fructu rugoſo; & Agrimonia Officinarum.

VALERIANA MAJOR, ODORATA RADICE.
J. B. 3, 2. 209. *Vid. Icon* 1. *Tab. XV.*

VAleriana, *ſic dicta* (*ut videtur*) *quia à* Valeriano *Imp. propter multas quibus pollet facultates*, *adamata*; *& eadem de cauſa à* Valentiniano *etiam quibuſdam denominata videtur*. Dioſcor. *l.* 1. *c.* 10. τῆ καὶ νάρδῳ ἀγρία, *eo quod radices cum quadam odoris gravitate* Nardum *æmulentur*; *imo & vires ſunt* Nardo *ſimiles*, Galeno, *&* AEgineta *auctoribus*. *Officinis*, *& Herbariis* Valeriana; *& ob inſignes virtutes* Theriacaria *etiam dicitur*.

VAleriana major, odorata radice. *J. B.* 3. 2. 209. *Valeriana hortenſis*, *Phu folio Oluſatri*. *Dioſcoridis*. *C. B. P.* 164. *M. H.* 3. 101 *Valeriana major*, *hortenſis*. *M. U.* 52 *Valeriana hortenſis*. *Dod. p.* 349. *Phu magnum*. *Matth. Lugd. Valeriana optima*. *Cæſ. Carpeſium*, *Caſt.* A quibuſdam *Amantilla*, *Valentiniana*, *& Theriacaria* appellatur. *E radice* alba, digitalis craſſitudinis, oblique partim ſupra terram eminente, fibris multis ſubjectis, (quibus terram adprehendit) *odoris* ſuavis, & aromatici, oriuntur *folia* lævia, viridia, integra, duas aut tres uncias longa, & obtuſa, pediculis longis, & latiuſculis inſidentia. *Caulis* glaber concavus, teres, ad altitudinem duorum cubitorum aſſurgit, per intervalla rarius geniculatus; cujus articulis apponuntur bina *folia* longa, in tenues lacinias alata, è regione ſita. *Caulis* ſummum multis *floribus* albis, aut ex carneo colore albeſcentibus, tubuloſis, in margine quinæquepartitis, cum ſtaminulis in medio, corymbatim ornatur; quibus *ſemina* oblonga, ſtriata, & acuta, *lanugine* pappoſa candida appenſa, ſuccedunt. *In Hortis ſatis frequenter colitur*, *& Aprili*, *& Majo menſibus floret*, *& ut in pleriſque aliis pappoſis*, *ſemen cito matureſcere obſervatur*.

Vires, & Uſus.

Calefaciunt, *& ſiccant*, *attenuant*, *aperiunt*, *alexipharmacæ*, *ſudoriferæ*, *& diureticæ ſunt*. *Uſus præcipui in imbecillitate viſus*, *peſte*, *aſthmate*, *pleuritide*, *obſtructionibus hepatis*, *lienis*, *uteri*, *herniæ*, *ictero*, *& ſimilibus malis medentur*. *Hæ extrinſecus confortant viſum*, *maculas oculorum abſtergunt*; *cephalalgiam ſedant*; *menſes cient*, *ſudorem promovent*, (*in balneis*) *exſiccant catarrhos*, (*ſuffitu*) *bubonum*, *ac anthracum malignitatem corrigunt*; *globulos*, *ſagittaſve infixas extrahunt*; *ulcera inveterata mundificant*. Schrod. Pulvis radicis *hujus plantæ ſponte ortæ*, *antequam caulem edat*, *cochlearis dimidii menſura cum vino*, *aqua*, *lacte*, *aut alio quovis decente ſucco ſemel*, *aut bis ſumptus*, *epilepſia correptos liberat*. *Siquidem* ἄνω, *&* κάτω *purgat*. *Hujus vim*, *& in aliis multis*, *& in ſemetipſo expertus eſt doctiſſimus*, *& veraciſſimus* Fab. Columna. *Et confirmat* Panarola. Sylvius *quoque plus ei tribuendum putat quàm* Peoniæ, *ut quæ ſale volatili abundet*. *De viribus plura apud* Jo. Bauh. *occurrunt*.

VALERIANA SYLVESTRIS, MAJOR. *C. B. P.* 164.
Vid. Icon. 2. *Tab. XV.*

VAleriana ſylveſtris, major. *C. B. P.* 164. *M. H.* 3. 101. *Valeriana ſylveſtris*, *magna*, *aquatica*. *J. B.* 3. 2. 209 *Valeriana ſylveſtris*, *foliis latioribus*. *M. U.* 50. *Valeriana ſylveſtris*. 1. *Cluſ. H.* 55. *Dod. Adv. Lob. Cam. Eyſt. Phu Dioſc.*, *Phu Germanicum*, *Fuchſii*, *Phu majus commune*. *Geſn. Radix* ex pluribus compoſita eſt *fibris* albis guſtu aromatico, reptatu ſubinde ſe ſe propagantibus. *Caules* ad humanam altitudinem exſurgunt, recti, fiſtuloſi, longis internodiis intercepti, ſtriati, modice hirſuti, quorum genicula amplexantur baſi ſua *folia Valerianæ ſativæ* magis pinnata (pinnulis ad margines dentatis) ſaturatius virentia, nonnihil averſa parte hirſuta. *Flores* quaſi in umbella *ſativæ* ſimiles, ex albis purpur[illegible]entes, ſinguli è longo tubo in quinque ſegmenta, totidem petala imitantia, aperiuntur; pediculis autem carent, & ipſa ramorum divaricatione ſedent. Singuli quoque *ſeminibus* inſident ſingulis, nudis, lata baſi, acuto mucrone, umbella lanuginoſa radiati, cujus beneficio à vento diſcutiuntur. *In humidis locis*, *& prope aquas*, *in pratorum foſſis*, *& in ſylvis*, *ac dumetis non raro invenitur*; *& per totam fere AEſtatem floret*.

Vires, & Uſus.

Valeriana ſylveſtris major *ruptis*, *convulſis*, *ex alto præcipitatis utilis cenſentur*. *Quin &* folia *hujus*, *ut &* ſativæ, *ad oris*, *& gingivarum cum inflammatione exulcerationes*, *& aphthas molliendas decocta*, *& gargarizata*

prodeſſe

prodeſſe ferunt. Pulvis radicis *in epilepſia multum prodeſt. Contra febres, maxime vero tertianas, non ſemel, ſed multoties expertus eſt*, Johan. Schvvab *plurimum valere*.

VALERIANA CELTICA. *T.* 131.
Vid. Icon. 3. *Tab. XV.*

VAleriana Celtica. *T.* 131. *Nardus Celtica. Dioſcoridis. C. B. P.* 165. *Nardus Celtica. J. B.* 3. 2. 205. *Nardus Alpina. Cluſ. H.* 57. *Nardus ſive Spica Celtica. Park.* Integros interdum ceſpites occupat ſerpendo *radix*, & late ſumma tellure ſeſe inter muſcum diffundendo, oblongi procumbenteſque humi ramuli tenues, plurimis velut *foliolis*, aut ſiccis ſquamis circumſepti, ſubinde fuſcas, & nonnihil capillatas *fibras* agunt, ſumma parte in unicum, aut bina ternave extuberantes *capitula*, aliquot longis, ſecundùm caput anguſtis, deinde in latitudinem paullatim ſe laxantibus *foliis*, ſatiſque craſſis, & ſuccolentis plena; colore dum primum emergunt viridi, deinde ſub Autumni initium aut AEſtatis finem flaveſcente, guſtu amariuſculo. Palmaris aut dodrantalis, nonnunquam etiam major, inter iſta emergit *cauliculus* ſatis firmus, ut in minutioribus *Valerianis ſylveſtribus* geniculatus, bina ad ſingulos nodos habens inter ſe oppoſita exigua *foliola*. Huic circa ſummum ex ſingulis alis enaſcuntur pedicelli, binos aut ternos *floſculos* coloris pallidi ſuſtinentes, quibus ſuccedunt *ſemina Valerianæ ſylveſtris Alpinæ*, ſaxatilis præſertim (*Valerianæ minima Nardifolia*) ſeminibus proxima, paullo tamen minora. Tota planta aromatica eſt. *Copioſe provenit in Alpibus* Germaniam *ab* Italia *dividentibus. Montoſis gaudet* Genuenſibus, Liguriæque *Alpibus ſterilibus*.

Vires, & Uſus.

Calefacit, & ſiccat, viriumque earundem eſt, quibus & Spica Indica *pollet; majore tamen cum utilitate adhibetur in urina cienda; ventriculo roborando; flatibus diſcutiendis. Extrinſecus additur malagmatis unguentiſque calefacientibus, ut* Schroderus *perhibet*, Pannonibus *frequens ejus uſus eſt in capitis lotionibus*.

PLUMBAGO. *Cluſ. Hiſt.* 123. *Vid. Icon.* 4.
Tab. XV.

PLumbago, & Molybdæna *à foliorum colore* Plumbeo, *& ſubcœruleo, dicitur; & quia hæc herba vibices* i. e. *ſigna verberis in humano corpore livida, tollit, ut quidam volunt*. Camsha Arabicus. Dentillaria, & Dentellaria *etiam, quia ad dentium dolores mitigandos, quemadmodum* Pyrethrum *adhibetur, nuncupatur*.

PLumbago quorundam *Cluſ. Hiſt.* 123. *Caſt. Tab. Molybdæna Plinii, Ang. Dentaria, ſive Dentillaria Rondeletii, & Narbonenſium. Adv. Lob. Tripolium. Dioſc. Lepidium Monſp. Dentillaria dictum. Park. Lepidium Dentillaria dictum. C. B. P.* 97. *Dentillaria Rondeletii. J. B.* 2. 941. *vulgò Herba S. Antonii. Folia* non dentata, latiuſcula, fervidi ſaporis, plumbei ſunt coloris. *Flores* pentapeloides, nonnunquam etiam hexapetaloides, tubuloſi, è *Calycibus* longiſſimis, hirſutis erumpentes, proveniunt; quorum ſingulo unicum *ſemen* oblongum, ſolidum, glabrum, nigricans incluſum eſt. *Colitur in Hortis. Floret AEſtate.*

Vires.

Herba *acris*. Radix *ad dentium dolorem commendatur*. Jo. Bauh.

JALAPA OFFICINARUM, FRUCTU RUGOSO.
T. 130. *Vid. Icon.* 5. *Tab. XV.*

JAlapa Officinarum, fructu rugoſo. *T.* 130. *Jalap. Plumier, Tlaquilin, Hernand.* 279. *Solanum Mexiocanum, flore magno. C. B. P.* 168 *Jaſminum Mexicanum, ſive flos Mexicanus multis. J. B.* 2. 814. *Viola Peruviana Tabern. Ic.* 315 *Mirabile Peruvianum. M. H.* 3. 598. *Admirabilis Peruviana. Cluſ. Hiſt.* 88 *Jaſminum Indicum, ſive Flos mirabilis. Peruvianus Eyſt.* 772. *Radice* longa, craſſa, carnoſa, nigra: *folia Populo nigræ* ſunt ſimilia, ad baſin ſubrotunda, in mucronem deſinentia, *Solani* mollitie prædita. *Flores* pulcherrimi, monopetales, pollicem lati, fundo tubuloſi, frequenter rubri, vel lutei ſunt; nunc rubri albedine variè mixti, interdum dimidiatim, plus minus à centro ſtriati, maculati, & punctati, tanta varietate, ut duos conſimiles videre non liceat; & hinc *Mirabilis*, & *Admirabilis* nomen planta obtinuit. Et qui luteo colore tinguntur, perinde ac qui rubedine permixti ſunt, mirè variant flores; ſolis radiorum impatientes, & citò marceſcentes, qui Autumnum versùs quotidie renovantur. Quibus dehiſcentibus ſingulo ſingulum ſuccedit *ſemen* ſubnigrum, anguloſum, *Ceraſi* oſſiculi magnitudine; perianthio calycive inſidens. *Carolus Plumier*, qui Plantarum quarundam *Americanarum* nuperam Hiſtoriam edidit, *Jalappam* in Officinis uſitatam, & ex *America* deportatam ſpeciem hujus Plantæ eſſe aſſerit, unde *D. Tournefortius Jalap.* vocitat. *Colitur in Hortis.*

Vires.

Expurgat validè humores noxios omnes, in primis autem ſeroſos, idque agit citra moleſtiam. Scribebat Patavio *ad* Cluſium Jacobus Antonius Cortuſus, *Dragmas duas* radicis Admirabilis Peruvianæ *flore vario, ſeu* Jalapæ *flore vario, intus ſumptas egregiè aquas educere*.

AGRIMONIA OFFICINARUM. *T.* 301.
Vid. Icon. 6. *Tab. XV.*

AGrimonia, *ſeu* Επατώειον Dioſcoridi *l.* 4. *c.* 41. ἡπατόειον Oribaſio *in collectio nibus, &* ἡπατίτης, *id eſt* Hepatica, *quod hepati medeatur*. Plin. *l.* 25. *c.* 6. Eupatoria *regiam authoritatem habet. Sunt qui velint nomen ab inventore* Mithridate *cognomento* Eupatore *habere*.

AGrimonia Officinarum. *Tournef.* 301 *Eupatorium veterum, ſive Agrimonia inodora, vel minus odora. M. H.* 2. 614. *Agrimonia, ſeu Eupatorium. J. B.* 2. 398. *Eupatorium veterum, ſive Agrimonia. C. B. P.* 321. *Dod. p.* 28. *Lugd. Eupatorium Græcorum. Adv. Lob. Folia* profert *Agrimonia* oblonga, in plures utrinque lobos diviſa, ſingula è regione rachi ſeu coſtæ mediæ adhærentia, *Cannabis* foliis particularibus ſimilia, ſed latiora, & molliora, minuſque ſaturo colore virentia, hirſuta, in ambitu ſerrata, ſeu ſecundùm margines profundè crenata: *caulis* tenuis, rectus, hirſutus itidem, cubito altior, duriuſculus, ſubnigricans: à cujus medio ſurſum versùs *floſculi* exeunt parvi, lutei, pentapetales, cum pluribus ſtaminulis in ipſorum medio luteis itidem; quibus ſingulis defloreſcentibus *ſemina* ſecundùm caulis ſuperiorem partem ſpicatim, ſicut flores antecedenter, proveniunt; involucra ſeminum ſunt hiſpidæ *Fabæ equinæ* magnitudine ferè, quæ deorſum nutant, ſeu reclinantur matura ſubrubent, & propè inambulantium laneo veſtitui adhærent, *Lappularum* modo; *ſemina* bina, terna, quandoque plura in loculamentis diſtinctis continentur; *radix* oblonga mediocris craſſitudinis eſt, & ſubnigricat. *Planta eſt perennis: in locis parum cultis ſecus vias, ſepimenta pratorum, ac arvorum, & quandoque in ſylvis exit. Junio Menſe, ac ſerius floret; Semen deinde in multam AEſtatem facit, uſque in Autumnum durat in caulium ſuperioribus partibus.* Dicitur & *Lappa inverſa*, quod ſemina *Lapparum* inſtar aſpera, & ſpinulis prædita, deorſum pendentia producat; *Eupatorium* autem ab *Eupatore* inventore nomen, & Regiam, inquit *Plinius*, authoritatem habet.

Temperamentum, & Vires.

Citra manifeſtam caliditatem aſtringendi mediocrem vim Agrimonia *obtinet; & unà temperiem ſiccam*. Galenus Eupatorium *tenuium eſſe partium aſſerit, & incidendi expurgandique facultate præditum, quocirca & jecinoris obſtructiones expurgare, & ſimul viſceribus robur adſtringendi ſua facultate addere* decoctum foliorum; *hepaticis, & nephreticis ſanguinem ſpuentibus, & mingentibus confert* Semen, Plinio *authore*, dyſentericis *in Vino potum auxiliatur. Addit* Dioſcorides, *jecineroſis, & à ſerpentibus commorſis auxilio eſſe. Contrita* folia *cum adipe ſuillo impoſita ulceribus difficilem cicatricem contrahentibus medentur*, Dioſcoride *quoque auctore*; radix *craſſior, foris fuſco rubore prædita, dura, exſiccante, & moderatè aſtringente facultate, adeo apta internis affectibus, ut decoctum dilutumve colore limpido vini albi placeat, & potum viſcerum hepatis præſertim tonum reſtituat, intemperiemque ſedet omnem, corrigat obſtructiones, & reſeret, eoque* ſuccum *Officinæ expreſſum in* Trochiſcos *ſervant*. Petrus Bembus Cardinalis *eloquentiſſimus aſſeruit ad arenulas è renibus expellendas nihil utilius ſe reperiſſe, quàm aſſiduum uſum* aquæ ſtillatitiæ *ex* Agrimonia, *ſive* Eupatorio Græcorum. *Hæc* Cam. *Extrinſecus adhibetur ſæpiſſimè in balneis, & lotionibus*. Schrod.

DISTRI-

DISTRIBUTIO VIII.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE FLORE PLANIPETALO.

LACTESCENTES, ET PAPPESCENTES,

Lactuca ſativa; Lactuca ſylveſtris, odore viroſo; Sonchus lævis laciniatus, latifolius; Sonchus aſper, non laciniatus; Hieracium murorum, folio piloſiſſimo; Hieracium latifolium, Genevenſe, foliis Conyzæ majoris, Monſpeſſulanæ; Dens Leonis latiore folio; Piloſella major, repens, hirſuta; Scorzonera latifolia, ſinuata; Scorzonera latifolia altera; Tragopogon pratenſe, luteum, majus; Tragopogon purpureo-cæruleum, Porri folio, quod Artifi vulgò; Tragopogon Gramineo folio, ſuaverubente flore; Intybus ſativa, anguſtifolia; Intybus ſativa, latifolia, *ſive* Endivia vulgaris; Intybus criſpa; Lampſana; Cichorium ſativum; & Cichorium ſylveſtre, *ſive* Officinarum.

LACTUCA SATIVA. *C. B. P.* 122. *Vid. Icon.* 1. *Tab. XVI.*

LActuca *vel à* Lactis *copiâ, qua abundat, vel ob* Lactis *copiam, quam nutricibus afferre exiſtimatur.* Θρίδαξ Dioſcorid. *l.* 2. *c.* 165.

LActuca ſativa. *C. B. P.* 122. *M. H.* 3. 57. *Lactuca ſativa, vulgaris, non capitata. J. B.* 2 997 *Lactuca ſativa, folio Scariolæ. Lob. Adv.* 89. *Obſ.* 121., Hortenſis *ſive ſativa Lactuca folio* exit oblongo, lato, lævi, dilute virente: *caule* verò rotundo, ſatis craſſo, folioſo, medulla farcto, lactis ſucci pleno, qui in latam effuſus comam, *Floſculos* profert ſubluteos, diſci forma, atque ſingulis ejuſdem petalis ſuccedit; *Semen* ſingulare oblongum, planum in medio tumidum, utrinque mucronatum, Liciatorii Textoris forma, albicans, pappo donatum *Radici* longæ, craſſæ, multæ adhærent fibræ: vulnerata hæc, ſicut & folia, ſuccum aquoſo lacti ſimilem non minus, quam ejuſdem caulis effundunt. *Seritur in Hortis.*

Temperamentum, & Vires.

Lactuca *ſativa* Cichoraceis *congener, magiſque temperata eſt; ſal blandum volatile obtinent; refrigerat, & abſtergit; ſtomacho grata eſt; ſomnum conciliat; alvum leniter emollit; lac evocat, & auget; teſte* Cornaro; *Bilis fervescentiam, ac æſtum compeſcit: aperit, & Urinam ciet; ventriculo convenit. In Acetariis crudis uſurpari crebrius ſolet, ad quos uſus in Hortis, ſolo bene ſtercorato, variæ* Lactucæ *ſpecies omnibus menſibus menſæ inſervientes parantur, refrigerantes, & ſtomacho gratæ.* Herba *decocta melius nutrit, alvumque laxat. In Phrenitide, delirio, aut ubi febri ardenti æſtuant ægri, ad pedum lotiones, ut mitigentur hæc mala, ex* Lactucæ *aliarumque Herbarum frigidarum* Foliis *decocta, quotidie à Medicis expetuntur, & adversùs recenſita mala ægrorum, applicata temporibus, & coronali ſuturæ; carpis quoque linteum duplicatum, vel triplicatum, permadefactum aqua* Lactucæ *in cujuſ.* v g. *lib.* 1. *pond. Med. Salis nigri præparati, & cryſtallizati, aut Salis prunelle unc. ſemiſ. diſoluta fuerit: quod medicamentum longe præfero his in caſibus Oleo roſaceo cum* Lactucæ *ſucco permiſto.* Sim. Paul. Semen *quatuor frigidis annumeratur, quæ minora dicuntur: valet ad Gonorræam virulentam, ad Urinæ ardorem, ut & ad reliquos uſus, quibus* Folia *convenire diximus. Epotum aſſiduas libidinum imaginationes in ſomno compeſcit, & coëundi appetentiam avertit;* Herbæ *etiam frequens uſus Veneri adverſatur, unde* Eunuchion *à quibuſdam vocatur.* Moriſon.

LACTUCA SYLVESTRIS, ODORE VIROSO. *C. B. P.* 123. *Vid. Icon.* 2. *Tab. XVI.*

LActuca ſylveſtris, odore viroſo. *C. B. P.* 123. *Lactuca ſylveſtris, Opii odore vehementi ſaporifero, & viroſo. M. H.* 3. 58. *Lactuca ſylveſtris lato folio, ſucco viroſo. J. B.* 2. 1002. *Lactuca agreſtis, Scariolæ hortenſis folio, Lactucæ flore, Opii odore vehementi ſoporifero, & viroſo. Lob. Adv.* 89. *Lactuca ſylveſtris Anglicana odori Opii ſimilis. Cam. Folia* per terram è *radice* ſparguntur longa, ex anguſtia ſeſe dilatantia, mollia, longiora, ac viridiora, integra, marginibus, & dorſis ſpinoſis, odoris vehementis papaveracei, aut Opium ipſum ſatis mentientis. *Caulis* adoleſcit tricubitalis aut altior, (cui adhærent *folia* laciniata,) in ramulos divaricatus, e cujus cuticula rupta lac effunditur copioſum amarum, quod exſiccatum in materiam gummoſam nigram Opio ſimillimam concreſcit. *Flores* lutei ſunt ſtellati, parvi, quibus *ſemina* ſuccedunt nigra. *In herbidis ſatorum marginibus, & aggeribus foſſarum ſponte naſcitur:* Caulis *in inferioribus geniculis ſpinulis præditus eſt, qui aſſurgens lævis conſpicitur.*

Temperamentum, & Vires.

Lactuca *ſylveſtris magis eſt amara, & inter Opiata recenſenda, ut ſucci odor papaverinus ſatis arguit; qui inſpiſſatus cum ipſo Opio ſæpe permiſcetur, teſte* Dioſcoride; *in quem uſum quæ latioribus eſt foliis,* 2. *Tab.* XVI. *noſtr. cortice vulnerato, lac copioſe effundit graveolens.*

SONCHUS LAEVIS LACINIATUS, LATIFOLIUS. *C. B P.* 124. *Vid. Icon.* 3. *Tab. XVI*

SOnchus, Σόγχος Dioſc. *l.* 2. *c.* 159., & Theophraſt. 6. *Hiſt.* 4. διπὸ τῦ σῶον χέρν, *quod ſuccum ſalubrem, qui roſiones lenit, & nutricibus lac auget, fundat.*

SOnchus lævis laciniatus, latifolius. *C. B. P.* 124. *M. H.* 3. 60 *Sonchus minus lacinioſus, mitior, ſive minus ſpinoſus. J. B.* 2. 1014 *Sonchus lævis. Dod. p.* 643. *Sonchus lævis, vulgaris, foliis laciniatis Dentis Leonis, Lob. Intybus ſylveſtris, ſive erratica tertia. Trag.* Planta hæc vulgatiſſima, à *Radice* longa, fibroſa, capillaribus adnexis, *Caulem* erectum, cubitalem aut ampliorem, viridem, interdum rubedine mixto, ſucculentum, lævem, ſtriatum, craſſiuſculum, & concavum emittit; *Folia Cichorii* aut *Dentis Leonis* in modum longa, & laciniata ſunt mollia, glauca, marginibus dentata, quorum inferiora pediculis inſtitunt, ſuperiora vero (cum lata baſi *caulem* amplectantur,) alternatim ſita; ſummi *caules* in ramulos diſpoſiti, *Flores* è capitulis turgidiuſculis, luteos, ſtellatos plenos proferunt, qui cito in pappum reſolvuntur, cui *Semina* oblonga, anguſta, pallida accreſcunt; quibus perfectis *radix* perit. *In locis cultis, & in Hortis invenitur.*

SONCHUS ASPER, NON LACINIATUS. *C. B. P.* 123. *Vid. Icon.* 4. *Tab. XVI.*

SOnchus aſper, non laciniatus. *C. B. P.* 123. *Sonchus minus lacinioſus, aſperior, ſive ſpinoſior. J. B.* 2. 1014. *Sonchus lævis, tenerior. Lob. Icon.* 235 *Sonchus, aſperior. Dod. p.* 643. Cum *Soncho* primo noſtrate,

ſtrate, quoad modum creſcendi, & florendi, totius colorem, *Caulis* cavitatem &c. convenit: quum vero in prioribus *Folia* laciniata, ſeu diviſa ſint, in hoc integra, & mucronata, *Caulem* amplectentia, marginibus in ambitu dentatis, & ſpinoſis conſpiciuntur. *In locis cultis, & in Hortis invenitur.*

Vires, & Uſus.

Sonchus *vel* lævis, *vel* aſper *refrigerat, cum adſtrictione; & ſicut alia* Cichoracea *dum tener, a quibuſdam comeditur.* Succus *in ſorbitione datus, ſtomachi ardores, ac roſiones mitigat, & lactis copiam facit; ad dolorem levandum auribus inſtillatur. In calidis, in ſtranguria, & dyſuria datur ad Cyathi menſuram, cum ſemine* Cucumeris, *nucleiſque pineis: Urinæ ardorem ſedat.* Herba eadem *foris Cataplaſmatis modo applicata manifeſte refrigerat: prodeſt idcirco omnibus inflammationibus, quibus fœliciter adhibetur.* Moriſ.

HIERACIUM MURORUM, FOLIO PILOSISSIMO.
C. B. P. 129. *Vid. Icon.* 5. *Tab. XVI.*

Hieracium Ἱεράκιον Dioſc. *lib.* 3. *c.* 72. *Latinis* Accipitrina *ab* Accipitre *qui* ἱέραξ *nomen habet, quoniam* Accipitres *eam ſcalpendo ejuſque ſucco oculos tingendo, eorum caliginem diſcutiunt, & aciem acuunt: vel ut Auctor* Turnerus, *propterea forte, quod pappi ejus utiles ſint ad vomitum Accipitribus ciendum.*

Hieracium murorum, folio piloſiſſimo. *C. B. P.* 129. *Hieracium latifolium, hirſutum, folio unico cauli inſidente. M. H.* 3. 70. *Piloſella major quibuſdam, altis Pulmonaria, flore luteo. J. B.* 2. 1033. *Pulmonaria Gallica, ſive aurea. Tab. Ic.* 194. *Pulmonaria Gallorum, flore Hieracii. Lob. Obſ.* 317. *Folia a Radice* fibroſa rubente, geniculata, ſtatim oriuntur, duas aut tres uncias lata, quatuor longa, ſinuoſa, ſuperne virentia, & hirſuta, inferne denſiore lanugine caneſcentia, aliquando maculata, pediculis ſubrubentibus, villoſis, longis, adhærentia: *Caulis* ſurgit pedalis aut bipedalis, hirſutus, cum ſingulo folio ad ejuſdem medium adnato: *Flores* in ſummitatibus lutei; & *ſemina* brevia nigricantia. *Naſcitur in umbroſis nemoribus, & nonnunquam in antiquis muris in perpetua umbra ſitis, ac floret Junio. Foliis maculatis, & non maculatis: nomen* Pulmonaria *ob maculas inditum.*

HIERACIUM LATIFOLIUM, GENEVENSE, FOLIIS CONYZAE MAJORIS, MONSPESSULANAE.
J. B. 2. 1026. *Vid. Icon.* 6. *Tab. XVI.*

Hieracium latifolium, Genevenſe, foliis Conyzæ majoris, Monſpeſſulanæ. *J. B.* 2. 1026. *Hieracium Alpinum aſperum Conyzæ facie. C. B. P.* 129. *Hieracium latifolium, Montanum, folio Conyzæ Monſpeſſulanæ majoris, flore luteo. Chab.* 320. *Caulis* edit plures cubitales, ac etiam majores, cavos, craſſos, hirſutos, qui ſuperiùs in aliquot breves ramulos diviſi; *Flores* gerunt luteos, magnos, prioribus pares; tandem in pappos evaneſcentes: *Folia* infima *Conyzæ Monſpeſſulanæ majoris* foliis paria, palmari circiter longitudine, unciam lata ſinuata nonnihil, & quaſi ferrata, per caulem alternatim ſunt diſpoſita, eumque modice amplectuntur; ſunt inſuper hirſuta potiſſimum inferiore parte, minus tamen aſpera &c. *Radices* fibroſæ ſunt, craſſiuſculæ, nigricantes, & craſſis capitibus donatæ. *In Monte provenit.*

Temperamentum, & Vires.

Hieracia *omnia refrigerare, & ſiccare perhibentur: ad calidiores humores temperandos utilia: ſed in Officinis minus uſitata. Intrinſecus in Apoſtematibus, ac ardentibus febribus nihil ſane utilius, ac efficacius uſurpari poteſt quàm* Aqua. Hieraciorum diſtillata: *ſi ea ſingulis vicibus menſura trium quatuorve cochlearium bibatur, tuſſis aufertur, una cum inflammatione, ut refert* Tragus. Succus *in Cerviſia calefacta ſumptus, in Pleuritide prodeſt.* Park. *Optimum Collyrium adverſus maculas oculorum, eſt* Aqua diſtillata; *ſeu* Succus *efficacius idem præſtat, ac oculorum caliginem diſcutit.* Herba *viridis extrinſecus impoſita, omnem inflammationem nigrarum, & adurentium puſtularum ſedat. Ut maculas eluant, puramque, & immaculatam vultum conſequantur Mulierculæ,* Aqua Hieracii *uti ſolent.* Moriſ.

DENS LEONIS LATIORE FOLIO. *C. B. P.* 126.
Vid. Icon. 1. *Tab. XVII.*

Dens Leonis *a foliorum forma, quæ* Leonis *maxillam dentibus ſuis inſtructam æmulari exiſtimatur. Aliis* Urinaria *herba,* Gallis Piſſenliet, *quaſi lectiminga, a facultate diuretica dicitur.*

Dens Leonis latiore folio. *C. B. P.* 126. *Dens Leonis vulgaris. M. H.* 3. 74. *Hedypnois, ſive Dens Leonis. Fuchſii. J. B.* 2. 1035. *Dens Leonis. Dod. p.* 636. *Taraxacon minus. Lonic. Malp. An. Pl.* 41. 121. *Aphaca Plinii, Caſ. Dens Leonis, ſive Urinaria. Adv. Lob. Corona, & caput Monachi. Tab. Ger. Dens Leonis* vulgò dicta herba, *Folia* producit longa a radice oblonga, carnoſa, fuſca, utroque margine profundis inciſuris veluti per lacinias diviſis, *Cichorii ſylveſtris* æmula, ſed breviora glabra, per terram ſtrata: *ex pediculis caules* producit palmares aut dodrantales, teretes, concavos, nudos, ſingulares, in quibus *Flores* naſcuntur ſinguli, *Hieracii* floribus ampliores, ex pluribus petalis tenuibus dentibus farcti, colore luteo, odore ſuavi; qui tandem in globoſum pappum reſolvuntur, cui *Semen* ſubeſt longum, tenue, pallidi vel citrini coloris. Ex omnibus partibus vulneratis lacteus ſuccus manat. Amara autem hæc *Herba* omnibus ſuis partibus eſt, & magis quam *Cichorium*.

Quoad diviſionem *Foliorum* variat, quæ modò profunde ſunt laciniata, modò fere integra, unde *Taraxacon* folio integro, & *Taraxacon* folio ferræ duplicatæ inſtar nominatur. Interdum petala floris ex adverſo purpuraſcunt, quæ contracta apparent, unde *Taraxacon* flore rubro. *Mentz. Reperitur in locis herboſis, ac gramineis non penitus aridis, frequentiſſime; nam unà cum Gramine præſertim in Hortis naſci gaudet, & nimis frequenter à ſemine cum vento diſſeminato oritur. Mox ineunte Vere floret, & ante Auguſtum vix florere deſinit, Pappi interea ſuccreſcunt, qui a vento rapiuntur.*

Temperamentum, & Vires.

Dens Leonis *Cichorio ſylveſtri facultate ſimilis; refrigerans quidem, ſed magis reſiccans; & una extergens eſt, & aperiens. Aſtringit, roborat, atque abſtergit, Teſte* Matthiolo. *Propter eam, quam habet conjunctam amaritudinem, ad eadem ad quæ Cichorium, utilis ac commodus eſt; & Hepatica eſt egregia. Obſtructiones (præſertim menſeraicas) reſerat: Ictericis, Hypochondriacis, & Dyſentericis nihil ſane utilius adhibetur. Iſchuriis, Hepatis obſtructiones, ſanguinemque retentum movet; & apud Scorbuticos, & maculatos,* Succum *ejuſdem, vel* Aqua *diſtillata, remedium bene notum eſt.* Aqua diſtillata *ad lateris dolores mitigandos efficaciſſimum eſt remedium, nec ſpernendum eſt in Pleuritide aliiſque ſanguinis grumeſcentis ſtagnationibus curandis, ſi* ſucci *uncia, & ſemiſſ. miſceatur cum aquis appropriatis. Si addantur Oculi Cancrorum, fit mixtura optime diſſolvens ſanguinis grumos.* Etmul. *In febribus ardentibus, & apoſtematibus cum ſucceſſu adhibetur: ſomnus accerſitur, Tuſſis aufertur, una cum inflammatione, ut refert* Tragus. *Urinam optime provocat, & ulcera interna mundificat; & per reſiccandi facultatem corroborat etiam & ſanat. Adversùs malos habitus corporis, & Cachexiam vergentes,* Aqua diſtillata, *vel* Succus *ejuſdem mire valet. Cocta* Herba *ſtomacum diſſolutum adſtringit, & cruda alvum ſiſtit.* Moriſ. Radix *amuleticè curare dicitur affectus oculorum, peculiari tamen modo, ut volunt collecti. Nimirum, ſunt qui infrorſum per foſſam ſubtus factum evellunt. Sunt qui quoquo modo effoſſam in novem ſecant fruſta, in novemque diebus de collo ſuſpendunt. Alii integram* Radicem *adhibent. Idem Amuletum, & tertianam fugare dicitur.* Schrod.

PILOSELLA MAJOR, REPENS, HIRSUTA.
C. B. P. 262. *Vid. Icon.* 2. *Tab. XVII.*

Piloſella *a copioſis pilis, quibus folia exigua veſtiuntur, nomen ſortita eſt.*

Piloſella major, repens, hirſuta. *C. B. P.* 262. *Piloſella majori flore, ſive vulgaris, repens. J. B.* 2. 1039. *Dens Leonis, qui Piloſella Officinarum. T.* 469. *Piloſella Monoclonos, repens vulgaris, minor. M. H.* 3. 77. Vulgaris hæc *Piloſella* tenuibus, ac viticuloſis cauliculis aſperis, & hirſutis humi ſerpit, ſubinde radiculas demittens: *Folia* formâ oblonga, uncialia aut biuncialia, latiuſcula, non tamen magna, & ipſa hirſuta

ſuta ſupernè virentiora, inferiùs inalbicantia: *Flores* in tenuibus nudis pediculis ſinguli, pallide lutei, *Hieracii* æmulis, qui in pappum ſive pappoſam lanuginem abeunt, & reſolvuntur, cui inhæret *ſemen* nigrum. *Radix* fibris multis capillatur. *In colliculis terrenis ſiccioribus, & aggeribus incultis circa agros paſſim reperitur. A primo Vere in multam Æſtatem, menſe Majo præſertim, floret.*

Temperamentum, & Vires.

Piloſella *facultate eſt aliquantulum refrigerans, reſiccans, conſtipans, & vehementer adſtringens: Alvi uterique fluores reprimit; viſcera roborat, & Lienis tumorem mulcet; Dyſentericis & hæmorrhagiis utilis: Ad vulnerum curationem eadem plurimum prodeſt, cum extrinſecus admota, tum potionibus admixta. Laudatur* Decoctum *ejus ad Enterocelas, quas recentes curare poteſt aliquot diebus epotum:* Succus *auribus immiſſus, doloris lenit.* Succus *etiam Herpetem miliarem efficaciter compeſcit, & ſanat.* Hulſe. Baptiſta Sardus *Hepaticis admodum eſſe utilem ſcribit: omnes ſiquidem jecinoris obſtructiones* aquam *hujus deſtillatam tollere, eandem ad ulcera tibiarum ſananda commodam cenſet; præſertim* Rhodomelitis, *Lithargyri, & Myrrhæ ana unciis duabus ad libram aquæ additis, cum quibus ubi triduo inſolata fuerit, colanda, & reſervanda ad uſum eſt. Ob adſtringendi facultatem, Ovium gregibus noxia cenſetur.*

SCORZONERA LATIFOLIA, SINUATA. *C.B.P.275.*
Vid. Icon. 3. *Tab. XVII.*

SCorzonera *nomen eſt Hiſpanicum à* Scorze Vipera, (*vel* Serpente Scorzone.) *quæ vulgò* Eſcoreu *dicta eſt, deductum: quare idem eſt, ac* Viperina *aut* Serpentaria, *quòd contra* Viperarum, *&* Serpentum *venena efficax ſit.*

SCorzonera latifolia, ſinuata. *C. B. P.* 275. *M. H.* 3. 81. *Scorzonera, major, Hiſpanica I. Cluſ. H.* 137. *Tragopogon, Hiſpanicus, ſive Eſcorzonera, aut Scorzonera. J. B.* 2. 1060. *Scorzonera. Dod. p.* 257. *Viperaria Hiſpanica. Ger. Radices* habet vivaces, pedales aut ampliores, pollicaris craſſitiei, carnoſas, fragiles, intus candidas, nullis *nervis*, aut filamentis donatas, ſucco lactis pinguedinem imitante plenas, ſapore dulci cum admixta adſtrictione, & cortice molli nigricante tectas. *Folia* exſurgunt interdum ſinuata, palmum longa, in media parte ſe duarum triumve unciarum latitudinem dilatantia, & in longum mucronem deſinentia, *linea* alba per medium decurrente, cum *venis* ab ipſa orientibus, quæ non ab imo ſingulatim per longitudinem extenduntur, & lineis parallelis, ut in *Tragopogonis* foliis fit, ſed promiſcue ſe ſe invicem interſecant, & ſibi mutuo implicantur. *Caulis* rotundus, ſtriatus, bipedalis vel altior, (ſecundùm ſolum cui committitur) *lanugine* quadam ſparſa obſitus, in varias *alas* longas, graciles diviſus; quarum ſingulis *capitulum* oblongum pyramidale ſquamoſum inſidet. Ex hoc *Flos* luteus plenus, *Hieracii* ampliſſimi flori ſimilis, ex *petalis* uncialibus anguſtis conflatus emicat. Iſto evaneſcente *pappus albus* ſe erigit, qui ſummitatibus longi *ſeminis* anguloſi albi innaſcitur, & vento flante, uti in aliis diſtributionis hujus fieri accidit, continuò avolat. *Naſcitur hæc* Scorzonera *in* Hiſpaniarum *pleriſque Montibus, locis humentibus, obſcuris, & uliginoſis; reperitur & in* Italia, Germania, Thuringia, *ac* Bohemia, *in Sylvis, ac Montibus lociſque ſimilibus. Flos menſe Majo prodit.*

SCORZONERA LATIFOLIA ALTERA.
C. B. P. 275. *M. H.* 3. 81.

SCorzonera *major, Pannonica. I. Cluſ. H.* 138. *Scorzonera latifolia, Germanica, viperaria. Eyſt. Germanica. Tab.* Hæc a priore differt, quòd ſit humilior, & quoad omnes partes minor, quin & *Folia* habet nervoſa, in ambitu abſque ſinubus manifeſte conſpicuis. *E ſeminibus præcedentis ſatis, provenit, & idcirco varietas habetur.*

Temperamentum, & Vires.

De Scorzoneræ *viribus* Monardus *integrum ſcripſit libellum.* Nicolaus Clavena Bellunenſis *ejuſdem argumenti tractatum edidit; utrique ob peculiarem, quam habet efficaciam adversùs venena, & præmorſum Serpentis* Eſcorzu *dicti mere commendant, & peſtis contagia arcere, omnibuſque venenis reſiſtere confirmant &c.* Planta *calida, & humida eſt, adeo temperata, ut & virtutem alcaninam habeat; viribus gaudet Alexipharmacis, & leviter ſudorem movet; hinc in morbillis, & febribus malignis, ea nihil præſtantius eſt; adversùs hepatis lienis, & meſenterii obſtructiones vim habet. In febris deceſſu quando nondum permittuntur carnes, & pro reſtauratorio,* Radices *coctæ, a pluribus adhibentur, & inter delicias ſaluberrimas, ac reficientes deputantur. Cardiacis, & ſyncope vexatis, necnon comitiali morbo obnoxiis, & vertiginoſis* radices *proſunt; hilaritatem inducunt; triſtitiamque diſcutiunt.* Aqua diſtillata *eadem præſtat.* Radix *cum ſaccharo conditur, eaque gratiſſima, ac ſaluberrima eſt.*

TRAGOPOGON PRATENSE, LUTEUM, MAJUS.
C. B. P. 274. *Vid. Icon.* 4. *Tab. XVII.*

TRagopogon *a vocibus Græcis* τράγος Hircus, *&* πώγων Barba, *propter Semina ut ita dicam barbata, ſeu inſtructa, quæ dum Calyce obvolvuntur* Barbam Hircinam *quodammodo æmulantur: è ſummo enim calyce (ut ait Dioſcorides Lib.* 2. *c.* 173.) *prolixa erumpit lanugo, a qua ſibi* nomen aſcivit.

TRagopogon pratenſe, luteum, majus *C. B. P.* 274. *Tragopogon flore luteo. J. B.* 2. 1058. *Tragopogon, Dod. p.* 256. *Barbula Hirci. Matth. Trag. Gerontopogon flore luteo. Geſn. Barba Hirci. Cord. Cam.* E *Radice* longa, fibris adnexis, Cortice nigricante tecta, & lacteo ſucco plena, naſcuntur *Folia* longa, graminea, per terram ſtrata, linea albicante per medium, veniſque rectis, & parallelis longitudinaliter decurrentibus: è quarum centro aſſurgit *Caulis* cubitalis aut altior, quem *folia* plurima anguſta, lata baſi amplectuntur; *Caulis* autem iſte in varios ramuſculos dividitur; quorum ſinguli, in ſummo in capitulum longum pyramidale, & acutum, glabrum, non ſquamatum deſinunt, in cujus medio (in matutinis horis) *Flos* ſtellatus luteus ſe expandit; cujus petala longitudinem calycis non acquirunt; flos iſte meridiem versùs ſe contrahit, & marceſcit, *Semina* longa, pappo ampliſſimo donata, candidum globoſum efformant, & vento flante avolant. *In pratis, & paſcuis, ac herbidis locis occurrit. Martio, Aprili, Majo, nonnunquam Auguſto floreſcit.*

TRAGOPOGON PURPUREO-CAERULEUM, PORRI FOLIO, QUOD ARTIFI VULGO. *C. B. P.* 274.
Vid. Icon. 5. *Tab. XVII.*

TRagopogon purpureo-cæruleum, Porri folio, quod Artifi vulgò. *C. B. P.* 274. *Barbula hirci, purpureo-cærulea. Tab. Ic.* 599. *Gerontopogon, ſive Saſſifica Italorum. Lugd.* 1079. *Tragopogon flore purpureo, ac puniceo. J. B.* 2. 1058. Hoc vulgari luteo in omnibus majus eſt. *Radix* pollicaris eſt craſſitiei: *Caulis* humanam altitudinem adſequitur. *Folia* ſunt longiora, & porracea, iiſdem lineis prædita: *Flos* amplus purpureus eſt, calyce ſeu foliolis circiter octo, longis, tres uncias ſæpe ſuperantibus, & acuminatis obvallatus. *Semen* ſingulum teres, ſtriatum, aſperum, collo longo inter ſemen ipſum, & pappum amplum donatur, quæ ſemina matura ſphæram omnium hujus diſtributionis ampliſſimam cum pappo ſuo longiſſimo conficiunt. *In Pratis herbidiſque provenit locis; In Hortis potius colitur.*

TRAGOPOGON GRAMINEO FOLIO, SUAVERUBENTE FLORE. *Col. Part.* 1. 231.
Vid. Icon. 6. *Tab. XVII.*

TRagopogon Gramineo folio, ſuaverubente flore. *Col Part.* 1. 231. *Deſcr.* 231. *Tragopogon, foliis gramineis, hirſutis. C. B. P.* 275. *Tragopogon Apulum, ſuaverubens. Park. M. H.* 3. 80. *Radix* minima eſt fibroſa: *Folia* anguſta dodrantalia, graminea, hirſuta, tactu lævia ſurſum versùs, deorſum autem aſpera, ut in hordeaceis. Planta hæc *Caule* longo bipedali, tenui, albicante, rotundo, nervoſo, duroque gaudet: *Foliis* multis denſe alternatim illum cingentibus, circa nodos latioribus, raris alis diviſo. *Flore* intus albido rubente carneo colore ſuaverubente, undecim petalis latioribus, intus alia minora cingentibus ſubrubentibus, ex quibus ſtamina ſubcærulea, lutea acie pulveroſa in medio elevantur, umbonis vice. *Semen* pappoſum longum cum illo reliquorum convenit. *Provenit locis incultis. Majo, Junio floret, & paulo poſt perficitur ſemen.*

Temperamentum, & Vires.

Herba hæc *edulis eſt:* Radix (*præſertim* Tragopogonis purpuræi-cærulei) *nomine* Saſſifi, Saſſificæ, & Saſſiſricæ *quaſi* Saxi-

Saxifragæ nota, *cocta inter delicias ſaluberrimas*, *habetur*; *quæ hybernis menſibus pro Acetario*, *vel una cum Acetariis inferatur*, *& editur*; *quæ calefacit*, *ac humectat*; *cujus* ſuccus *lacteſcens adſtringit*, *cohibet*, *firmat*, *& modice abſtergit*. Jus *bibitum Urinæ ſtillicidio medetur*; *Calculum expellit*; *pectoris vitiis ſuccurrit*; *tuſſi ſcilicet*, *reſpirationi difficili*, *tabidis*, *& pleuritidi*; *ſicuti &* Succus, *&* Aqua diſtillata, *quæ vulneribus utiliter adhibentur*; *ſicuti & lac ejus*, *quæ brevi temporis ſpatio ad cicatricem perducunt*. Aquam ex Tragopogonis foliis, *&* Radice *diſtillatam Majo menſe remedium eſſe præſentiſſimum adverſus apoſtemata*, *& dolores laterum apud* Tragum *legimus*. Radix *jecori*, *ſtomacho*, *renibus*, *& thoraci auxilio eſt*.

INTYBUS SATIVA, ANGUSTIFOLIA. *C. B. P.* 125.
Vid. Icon. 1. *Tab. XVIII.*

INtybum *Latini vocarunt*, *à caule cavo tubæ ſpecie*, Bod. à Stapel *quod* Etymon *ejuſdem commatis eſt cum eo Iſidori*, *qui quod intus ſit tuſus ſic dici nugatur*, *l.* 17. *c.* 10. *Nos ab Orientalibus*, *qui* Hindab *ſeu* Hendeu, *ſeu* Hindaba, *vel* Hindeba, *ac aliquando* Hendeva *hanc plantam vocitant*, *nomen* Intybi, *aut* Endiviæ *ductum eſſe credimus*.

INtybus ſativa, anguſtifolia *C. B. P.* 125 *M. H.* 3 53. *Intybum ſativum*, *anguſtifolium*. *J. B.* 2. 1011. *Intybus Endivia minor*, *anguſtifolia*. *Park. Matth. Dod. Intybum anguſtifolium Scariola aliquibus* *Geſn. hort. Sériola*, *vel Endiviola*, *Adv. Inthybum ſylveſtre*. *Ger. Endivia* hæc anguſtifolia multa protrudit *folia* longa, mollia, & carnoſa humi ſtrata, manifeſte ſerrata; *Caulem* emittit cubitalem rotundum, concavum, incanum, in ramulos diviſum, è quo, ſicut ex foliis ruptis, & radice, lacteus profluit ſuccus nonnihil amaricans: *Flores* ſecundum caules (qui aſſurgentes angulos conſtituunt) non erecti ut in *Cichoreo*, proveniunt, multi ſimul in nodos compacti ſtellati ex multis petalis ad extremum crenatis commiſſi, colore frequenter cærulei, raro candidi, quibus ſingulis ſuccedunt *Semina* quadrata ſibi invicem confertim juncta in pericarpio itidem folioſo: *Radices* quotannis poſtquam *Semina* matura fiunt pereunt. Hujus folia communiter integra, interdum vero *Cichorei* in modum in lacinias diviſa ſunt; ex *Aleppo* adducta, frequentiſſima folia profunde laciniata, & hirſuta proferunt.

INTYBUS SATIVA, LATIFOLIA, *ſive* ENDIVIA VULGARIS *C. B. P.* 125. *Vid. Icon.* 2. *Tab. XVIII.*

INtybus ſativa, latifolia, *ſive* Endivia vulgaris. *C. B. P.* 125 *M. H.* 3 53. *Intybum ſativum*, *latifolium*. *J. B.* 2 1011. *Intybus major ſativa*, *ſive Cichorium domeſticum*, *Tab. Ic.* 173 *Intybus ſativum*. *Dod. p. Intybus ſativa*. *Ger. Seris ſive Endivia ſativa*. *Park. Endivia alba*. *Lob. Lugd. Folia* edit oblonga lata, lævia, ex albido virentia, *Lactucæ* fere æmula, in ambitu nonnihil crenata: *Caulis* altius quam antecedentis erigitur, & ramoſior eſt: *Floret ad eundem modum*.

INTYBUS CRISPA. *C. B. P.* 125.
Vid. Icon. 3. *Tab. XVIII.*

INtybus criſpa. *C. B. P.* 125. *Intybus ſativum*, *criſpum*. *J. B.* 2. 1011. *Seris*, *ſive Intybus criſpa*, *Adv. Lob. Endivia criſpa*, *Ger. Endivia Romana criſpa*, *Cam. Cichorium criſpum*. *T.* 479 Hæc tertia *Endiviæ* ſpecies, amplo folioſoque ceſpite provenit, *Foliis* magnis, ſed ubique in ambitu criſpis, & fimbriatis: *Caule* cæteris majore, craſſiore, & teneriore: cætera prioribus par. *In Hortis AEſtate florens*, *ſemina profert*, *ac intercidit*.

Vires, & Uſus.

Endivia *vulgo in uſu*, *nempe vulgaris latifolia*, *& criſpa*, *temperiei refrigerantis ſunt*; *abſtergunt*, *& aperiunt*: Herba. *vel cruda*, *vel cocta hepati*, *ac ſtomacho calido*, *& febribus biloſis utilis eſt*; *diuretica eſt*. Semen *in Emulſionibus valet*; *inflammationes*, *& Urinæ ardorem mitigat*: Aqua ex Foliis *diſtillata uſibus prædictis*, *ut etiam oculorum inflammationibus*, *& rubori ſanandis cum ſucceſſu adhibetur*. Herba *cum carnoſis ſuis foliis aere excluſo ſub terra dealbatis*, *cum Aceto*, *& Oleo Olivarum in Acetariis uſurpatur*: *ſtomachum refrigerat*, *& recreat*, *neque amarorem* Cichorii *obtinet*; *magiſque temperata eſt*. Moriſ.

LAMPSANA. *Dod. p.* 675. *Vid. Icon.* 4. *Tab. XVIII.*

LAmpſana, *Dod. p.* 675 *J. B.* 2. 1028. *Soncho affinis*, *Lampſana domeſtica* *C. B. P.* 124. *Intybus*, *ſive Endivia*, *erecta*, *lutea*, *napifolia*, *Lampſana dicta*. *M. H.* 3. 54. *ſemina* producit anguloſa ſolida, ad modum *Endiviæ vulgaris*, vel *Cichorii*, minora tamen: *Folia Napi aut Rapæ* ſimilia ſatis gerit, ſed minora minuſque aſpera; *Caules* ſunt cubitales, & in lætiore ſolo altiores, tenues erecti, & ramoſi; *Floſculi* in virgularum faſtigiis lutei, & ex aliquot petalis brevibus congeſti apparent: quibus *Semina* longa ſolida ſuccedunt: *Radices* tenues, & fibroſæ annuæ. *Juxta agrorum*, *& Hortorum margines paſſim*, *ſecus vias*, *& in locis incultis*, *non omnino aridis exit*: *tota AEſtate viget cum floribus*, *& ſemine matureſcente perit*. *Varietas ejuſdem foliis criſpis interdum invenitur*.

Vires, & Uſus.

Reſiccat, *abſtergit*, *& digerit*: *& papillas exulceratas*, *illis impoſita ſanat*; *atque ob hanc peculiarem efficaciam papillaris nomen obtinuit*. Chab.

CICHORIUM SATIVUM. *C. B. P.* 125.
Vid. Icon. 5. *Tab. XVIII.*

CIchorium AEgyptiacum *nomen potius*, *quam* Græcum *videtur*; *nam ex* Plinio. *Lib.* 20. *cap.* 1. Intybum *in* AEgypto Cichorium *vocant*, *quod ſylveſtre ſit*, *ſativum autem* Serin, *quod eſt minus*, *& venoſus*.

CIchorium ſativum. *C. B. P.* 125. *J. B.* 2. 1007. *Cichorium domeſticum*. *Matth. Latioris folii*. *Dod. Sativum*. *Ger. Sativum vulgare*. *Park. Seris ſativa*. *Ang.* Hortenſe hoc *Cichorium*, ſeu ſativum, *Folia* promit palmum longa, latiuſcula, quodammodo *Endiviæ* foliis accedentia, ſed anguſtiora, & aliquando ſinuata, ſeu laciniata; è *Radice* ſatis craſſa, longa, & carnoſa, oritur *Caulis* erectus, (non *Endiviæ* modo in angulos actus.) pollicaris, ad humanam altitudinem aſſurgens, in multos ramos ſe findens verſus ſummitatem; è quorum geniculis protruduntur *Floſculi* cærulei, ex multis petalis latis, ad extremum dentatis, conflati: quibus faceſcentibus, ſuccedunt in pericarpio diſcoide plurima *Semina* anguloſa arcte ſibi invicem juncta, tanquam in alveolum adacta. *In Hortis ſeritur* Radix *in plures annos durat*: *quæ primo anno oritur a ſemine*, *antequam cauleſcit*, *carnoſa eſt*, *& mollis*, *& ad uſus vel medicinales*, *vel culinares eligenda*: *poſtea dura*, *& lignoſa evadit*.

CICHORIUM SYLVESTRE, *ſive* OFFICINARUM. *C. B. P.* 125. *Vid. Icon.* 6. *Tab. XVIII.*

CIchorium ſylveſtre, *ſive* Officinarum. *C. B. P.* 125 *J. B.* 2 1007. *M. H.* 3. 55. *Cichorium ſylveſtre picris*. *Dod. p.* 635. *Intybum erraticum*. *Plin. Seris picris*. *Lob.* Hoc paſſim ſponte in neglectis locis, & agrorum margine occurrit, *foliis* hirſutioribus, & magis laciniatis, cujus *Caulis* ramoſus non tantam quam ſativum proceritatem acquirit. *Flores*, & *Semina* profert eodem modo, unde an a priore ſpecifice differat &c.

Cichorii Vires, & Uſus.

Cichorii *vis conſiſtit in ſale alcali admodum temperato*: *diureticum eſt*, *aperit*, *attenuat & extergit*; *Hepaticum eſt nobiliſſimum*, *ut* Schroderus *perhibet*; *& propterea inter plantas frigidas numerandum*: *aliis calidum ob amarorem videtur*. Panarolus *in inæquali viſcerum temperie*, *nil melius quam* Cichorium *adhiberi credit*. *Plantæ interim* Cichoraceæ *in ſubjectis bilioſis multum præſtant*: *Acidum in ventriculo ex prima digeſtione relictum emendant*; *eaque de cauſa in morbis chronicis*, *quorum* Radix *eſt in acido utiles imprimis cenſentur*. *Hepati immodice calenti multum proſunt quocunque modo uſurpatæ*, *robur enim*, *& tonum conſervant*, *ejuſque venulas obſtructas expediunt*. Radices *carnoſæ primi anni*, *ex pinguiori ſolo evulſæ*, *præcipue in Belgio*, *coctæ comeduntur*, *& nomine* Carrote Cichorie *notæ*, *ad uſus prædictos fæliciſſime adhibentur*. E Floribus *elegans Aqua Ophthalmica per deliquium paratur*: *quæ in albugine*, *& aliis oculorum affectibus*, *ob vim deterſivam egregia eſt*. *Hæc accurate a Doctiſſimo* Etmullero *explicata ſunt*. *In infantibus recens natis* Syrupus *de* Cichorio cum Rhabarbaro *admodum proficuus eſt*; *quia cruditates eorum*, *& impuritates in utero collectas purgat*, *& mala inde oriunda præcavet*.

Tab. IX. X. XI. XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII.

DISTRI-

Tab. IX.

1. Fœniculum vulgare Dod. p. 297. 2. Cuminum ſive Cyminum ſativum. J. B. 3. 22. 3. Ammi majus. C. B. P. 159.



4. Meum vugare tenuifolium. Cluſ. H. 198. 5. Visnaga. J. B. 3. 2. 81. 6. Bulbocaſtanum majus, folio Apii. C. B. P. 162.

Eq. Morandi F.


Tab. X.
1. Seſeli ſive Siler Montanū, vulg. J.B.3.2. 168.
2. Liguſticum vulg. fol. Apii. J.B.3.2. 122.
3. Angelica ſativa. C.B.P. 155.
4. Imperatoria major. C.B.P.156.
5. Smyrnium majus. M.H.3.277.
6. Siſarum Germanorum. C.B.P.155.
Eques Jo. Bapta Morandi Inv. delin. & ſculp.


Tab. XI.
1. Tragoſelinum minus, ſive Saxifraga hircina minor, foliis Sanguiſorbæ. J. B. 3.2.111.
2. Sium latifolium. C.B.P. 151.
3. Sium aromaticum, Siſon Officin. Tournef. 308.
4. Cicuta major. C.B.P. 160.
5. Crithmum marinum. Dod. p. 705.
6. Aniſum vulgare. Cluſ. H. 202.
Eques Morandi Inv. delin. et ſculp.


Tab. XII.
1. Apium hortenſe, vel Petroſelinũ vulgò. C.B.P. 183.
2. Apium paluſtre, et Apium Off. C.B.P. 184.
3. Carvi. Cæſalp. 295.
4. Coriandrum majus. C.B.P. 158.
5. Daucus ſativus. Tournef. 307.
6. Daucus vulgaris. Cluſ. H. 198.
Eques J. B. Morandi I. D. et S.


Tab. XIII.
1. Ferula galbanifera. Lob. Obſ. 451.
2. Anethum hortenſe. C. B. P. 147.
3. Peucedanum maj. Italicum. C. B. P. 149.
4. Sphondilium vulg. hirſutum. C. B. P. 152.
5. Paſtinaca ſativa, latifolia. C. B. P. 155.
6. Paſtinaca ſylveſtris, latifolia. C. B. P. 155.
Eques J. B. Morandi Fec.


Tab. XIV.
1. Panax coſtinum. C.B.P. 156.
2. Panax Sphondylii folio, ſive Heracleum. C.B.P. 157.
3. Myrrhis. Dod. p. 701.
4. Chœrophyllum ſativum. C.B.P. 152.
5. Perfoliata vulgaris. M.H. 3. 299.
6. Sanicula Officinarum. C.B.P. 319.
Eques Joẽs Bapta Morandi Inv. delin. et Sculp. Mediolan.


Tab. XV.
1. Valeriana major, odorata radice. 3. 2. 209. J.B.
2. Valeriana ſylveſtris, major. C.B.P. 164.
3. Valeriana Celtica. T. 131.
4. Plumbago Cluſ. H. 123.
5. Jalapa Officinarū fructu rugoſo. T. 130.
6. Agrimonia Officinarum. T. 301.
Eques Johannes Baptiſta Morandi Inv., del., et ſculp.


T. XVI.
1. Lactuca ſativa. C. B. P. 122.
2. Lactuca ſylv., odore viroſo C. B. P. 123.
3. Sonchus lœvis, lacin., latif.s C. B. P. 121.
4. Sonchus aſper, non laciniatus. C. B. P. 123.
5. Hieracium murorum, folio piloſiſsimo. C. B. P. 129.
6 Hieracium latifol. Geneuenſe, fol. Conyzœ majoris Monſpeſs. J. B. 2. 1026.
Eques Jo. Bapta Morandi Inven. del. et ſculp.


Tab. XVII.
1. Dens Leonis latiore folio. C. B. P. 126.
2. Piloſella major, repens, hirſuta. C. B. P. 262.
3. Scorzonera latifolia, ſinuata. C. B. P. 275.
4. Tragopogon pratenſe, luteum, majus. C. B. P. 274.
5. Tragopogon purpuo-cœruleum, Porri, folio, quod Artifi vulgô. C. B. P. 274.
6. Tragopogon Gramineo folio &c. ſuaverubente flore Col. P. 1. 231.
Eques J. B. Morandi f.


Tab. XVIII.
1. Intybus ſativa, anguſtif.ª, C.B.P. 125.
2. Intybus ſativa, latif.ª, ſive Endivia vulgaris. C.B.P. 125.
3. Intybus criſpa. C.B.P. 125.
4. Lampſana. Dod. p. 675.
5. Cichorium ſativum. C.B.P. 125.
6. Cichorium ſylveſtre, ſeu Officinar. C.B.P. 125.
Eques Morandi fecit.
Mediolan.

DISTRIBUTIO IX.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE DISCIFLORAE.

Helenium, *ſive* Enula campana; Aſter Atticus; Virga aurea vulgaris; Virga aurea anguſtifolia ſerrata, *ſive* Solidago Saracenica; Jacobæa vulgaris; Doronicum maximum, foliis caulem amplexantibus; Doronicum Plantaginis folio; Tuſſilago vulgaris; Carlina acaulos, magno flore albo; Corona Solis; Chryſanthemum ſegetum, vulgare, glaucum; Bellis ſylveſtris minor; Chamæmelum odoratum; Chamæmelum vulgare; Chamæmelum fœtidum; Matricaria vulgaris, *vel* ſativa, Pyrethrum Officinarum, Ptarmica vulgaris, folio longo, ſerrato, flore albo, Millefolium vulgare album; Caltha flore ſimplici; Conyza major, vera; Senecio minor, vulgaris; Eupatorium Cannabinum; Petaſites major, & vulgaris; Filago, *ſeu* Impia; Elichryſum, *ſeu* Stæchas citrina, anguſtifolia; & Elichryſum montanum, flore rotundiori.

HELENIUM, *ſive* ENULA CAMPANA. *J. B.* 3. 108.
Vid. Icon. 1. *Tab. XIX.*

EΛένιον Dioſcoridi *l.* 1. *c.* 27. Helenium Plinio *l.* 21. *c.* 10. *quod è lachrymis* Helenæ *natum quidam fabulantur, ideoque in inſula* Helena *laudatiſſimum eſſe. Alii quod contra ſerpentes ex eo primum ab* Helena *remedium inventum ſit.*

HElenium, *ſive* Enula campana. *J. B.* 3. 108. *Aſter omnium maximum, Helenium dictus. T.* 483. *Helenium vulgare. C. B. P.* 276. *Helenium. Dod. p.* 344. *Radice* conſtat magna, craſſa, inæqualiter protuberante, foris ſubfuſca, intus alba, ſuaviter odorata, & acri: inde *caulis* in tricubitalem aſſurgit altitudinem, ſubhirſutus, & ad ſummum uſque foliis veſtitus, ſibi ſine pediculis arcte inhærentibus; quorum inferiora, pedem unum aut alterum longa, *Symphyti majoris* ampliora ſunt, & ex utraque extremitate acuta, & mucronata, per ambitum tenuiter crenata, ſuperius in virore albicantia, & tenui lanugine obſita, inferius albidiora: *Flores* ſummum caulem occupant, ſquamatis capitulis ſuffulti, aurei, radiato, plurimis, tenuibus, oblongis petalis, latum, meditulii diſcum, innumeris ſtaminulis aut floſculis brevibus farctum, orbiculatim ambientes: *ſemen* ſtaminulis ſubeſt gracile, oblongum, barbulis ſeu pappo annexum. *In pinguibus, & lætis naſcitur pratis, & paſcuis; reperitur quandoque in Montoſis locis umbroſis. Flores menſibus Junio, ac Julio profert.*

Vires, & Uſus.

Radix *amaricans calefacit, & ſiccat, abſtergit, diſcutit, aperit; pulmonica eſt, ſtomachicha, alexipharmaca, ac ſudorifica. Uſus præcipui in tartaro pulmonum, renumque attenuando, ac educendo; & hinc in tuſſi, aſthmate, incruditatibus ventriculi emendandis, ureteribus reſerandis, in peſte contagioſiſque morbis arcendis, & ſcabie feliciſſime uſurpatur. Adverſus reſpirandi difficultatem, Orthopnæam, veteremque tuſſim plurimum prodeſt; ad expurgandos ſiquidem craſſos, lentos, & pertinaces humores, qui in thorace, & pulmonibus hærent, vim habet; multum in Eclegmate, tum condita poteſt, tum aliis modis data. A cœna ſumpta non modò concoctionem promovet, ſed & alvum laxiorem reddit.* Radices *tam ſiccæ, quam conditæ ventriculi ægritudinibus frigidis tollendis oppido conferunt, quem mirifice reficiunt; Atque hujus rei cauſa magna copia quotannis conditur, &* Aroma Germanicum *appellatur, & præ Zinzibere, & aliis Indicis laudaverit* Hoffmanus. Radices *in vino albo madefactæ, & per triduum intinctæ, mane inter jejunandum epoto, ad removendum mulierum oſtructiones, Chloroſinque virginum eximie proſunt. Idemque vinum ſumptum ad viſum acuendum* à Jo. Bauhino *mire commendatur. Peſtis tempore vinum eſtulatum frequentiſſime bibitur, atque inter alexipharmaca præſtantiora habetur.* Radix *in aqua cocta aut macerata, ſi pruriginoſi, & ſcabie fœdati ea laventur, ad mundificationem optime confert.* Moriſ.

ASTER ATTICUS. *Dod. p.* 566.
Vid. Icon. 2. *Tab. XIX.*

ASter *à voce* Græca ἀςὴρ ſtella; *nam ex* Dioſcoride *florem habet, foliolis* ſtellæ *modo radiatis.*

ASter Atticus. *Dod. p.* 566 *Aſter Atticus, cæruleus vulgaris, C. B. P.* 267 *M H.* 3 119 *Aſter Atticus, purpureo flore. J. B.* 2 1044 *Aſter Italorum purpuraſcens. Lob. Cluſ. H.* 16 *Amellus, Fuchſ. Lugd. Inguinaria Cauliculos* promit erectos, rotundos, aliquantulum duros, fragiles, aſperos, nonnihil piloſos, cubitum altos; *folia* oblongiora, præſertim juxta cauliculos enata, dura quoque & aſperiuſcula, latiuſcula, & obtuſa. *Flores* in ſummitate virgularum emicant, forma fere florum *Calendulæ*, diſco in medio ex luteo fulvi coloris, cum petalis plurimis purpuro-violaceis ambientibus, qui in *pappos* vaneſcunt. *Radix* fibroſa eſt, & vivax. *Naſcitur in aſperis, & incultis collibus, & convallibus variis in locis, & floret Auguſto.*

Temperamentum, & Vires.

Aſter Atticus *qui* Inguinalis, & Inguinaria *dicitur, digerentis eſt facultatis mediocriter, ut ait* Galenus. Dioſcorides *æſtuanti ſtomacho prodeſſe impoſitum tradit; ut & bubonibus, & ſedi procidenti;* Florem *cum aqua potum, anginis auxiliari, & comitialibus puerorum morbis, eumque recentem ad inflammationes bubonum leniendas conducere.*

VIRGA AUREA. *Dod. p.* 142.
Vid. Icon. 3. *Tab. XIX.*

VIrga aurea *à florum colore, & ordine nomen invenit.*

VIrga aurea. *Dod. p.* 142. *Virga aurea, vulgaris, & Officinarum, foliis primum erumpentibus prunellæ. Flor.* 2. 35. *Virga aurea minus, ſerrata. C. B. P.* 268. *Virga aurea vulgaris, latifolia. J. B.* 2. 1062. *Folia* lata ſunt oblonga, in ambitu ſubinde crenata, ſed breviora nigrioraque, & ab ipſis radicibus exeuntia; anguſtiora quæ conveſtiunt cauliculos, qui

qui-

quidem rotundi, ſubrubentes, & cubitales ſunt, atque in *alas* diviſi. Juxta cauliculos *floſculi* ſummitatem versùs (inſtar *ſpicæ* propemodum) ordine digeruntur, auri colore lutei, & tandem fatiſcentes in *pappos* abeunt. *Radix* nigricat, *fibras* plurimas emittens. *Variis locis ſpontè provenit, in aggeribus, juxta vias, & locis lapidoſis. Auguſto menſe potiſſimùm floret.*

Vires, & Uſus.

Calidam quoque, ac ſiccam ſortita eſt temperiem. Expurgat cum nonnulla adſtrictione; vulneraria eſt celeberrima, intrinſecus adhibita; nec non lithontriptica, diureticaque plane eximia. Confert itidem diarrhææ, dyſenteriæ; ſanguinis expuitioni medetur; mucilaginem renum, & ureterum efficaciter abſtergit; putredinem gingivarum, dentiumque vacillationem curat. Schrod. *Urinam provocat, & renum calculos expellit, ac comminuit, atque una educit lentos crudoſque pituitoſos humores urinarios meatus occupantes, qui ſubinde calculorum exitum, ac deſcenſum remorantur, & arenulas in unius calculi (ſed tamen friabilis) formam coaleſcere cogunt; quamobrem nec temere, nec abs re* Arnoldus Villanovanus *hanc adversùs calculos, & renum dolores commendatam reliquit; eamque in pul*vere *feliciter uſurpari tradit. In viſcerum obſtructionibus, ad humores hydropicos excludendos, decoctum ejuſdem eſt uſus.*

VIRGA AUREA ANGUSTIFOLIA, SERRATA, *ſive* SOLIDAGO SARACENICA. *J. B. 2. 1063.*

Vid. Icon. 4. Tab. XIX.

Solidago, Conſolida, *à viribus quibus gaudet, dicitur.*

Virga aurea anguſtifolia, ſerrata, *ſive* Solidago ſaracenica. *J. B. 2. 1063. Jacobæa Alpina, foliis longioribus, & ſerratis. T. 485. Virga aurea anguſtifolia ſerrata. C. B. P. 268. Conſolida aurea. Tab. Ic. 556. Solidago ſaracenica. Trag. Dod. Lob. Caules* promit bicubitales, & altiores, rectos, teretes, cavos, nigricantes aut obſcure (præſertim inferius) rubentes. *Folia* virent lævia, oblonga, lata, acuminata, ſalignis fere ſimilia, ſed majora, per oras concinnioribus denticulationibus crenata, quæ antequam *caulis* prodeat, è radicibus exeunt, deinde verò ipſum conveſtiunt. *Floſculi* ſtellati lutei in ramulorum ipſorum faſtigio emicant, qui tandem in pappos reſolvuntur. *Humidis, & opacis gaudet ſylvis.*

Vires, & Uſus.

Solidago *dicitur, quia ad vulnera curanda uſurpatur, & non modo cruentis, verum & inveteratis, ac ſordidis ulceribus, & fiſtulis abſtergendis utilis eſt.* Foliorum pulvis *vulneribus inſpergitur, aut oleis, & unguentis permiſcetur, cum quibus & ipſa* folia *recentia decoqui poſſunt. Miſcetur etiam potionibus, quæ vulneratis, cæſis, ruptis, aut ex alto delapſis propinantur.* Moriſ.

JACOBAEA VULGARIS. *J. B. 2. 1057.*

Vid. Icon. 5. Tab. XIX.

Jacobæa *herba à* S. Jacobo *nomen accepit, ut quidam volunt, feſtum* D. Jacobi *circiter floreat.*

Jacobæa vulgaris. *J. B. 2. 1057. Jacobæa vulgaris, laciniata. C. B. P. 131. M. H. 3. 108. Jacobæa Dod. p. 642. Flos Sancti Jacobi. Matth. Brunf. Trag. Herba Sancti Jacobi, Fuſch. Cæſ. E radice* dura, *fibris* plurimis adnexis, *folia* per terram ſternuntur, oblonga, à media coſta *Erigeri* in modum diviſa, quaſi alata, & ſubdiviſa; qualia etiam *caules* rotundos, ſtriatos, firmos, erectos, bicubitales, inordinatim conveſtiunt, viridia, tantilla *lanugine* (præſertim in locis ſterilioribus) interdum obſita. *Caulis* erga ſummum in varias ramificationes ſe dividit, quarum inferiores longiores, & altitudinem ſuperiorum acquirunt, ut planitiem *umbellæ* eforment, quarum etiam perioli *flores* diſcoides omnino luteos, *petalis* brevibus, latiuſculis, umbonem cingentibus ſuſtentant, qui præ maturitate in *pappum* brevem reſolvuntur. *In locis incultis, paſcuis, & ad vias, omnibus* Europæ *Regionibus frequenter occurrit. Menſibus æſtivalibus flores, & Autumno ſemen perficiutr.*

Temperamentum, & Vires.

Jacobæa *eſt calida & ſicca, & propter amaritudinem, quam habet, etiam extergens. Ad vulnera, & ulcera inveterata ac ſordida, quæ ſucco hujus cum melle permixto expurgantur, à neotericis commendatur. Laudatur verò & hujus* decoctum *gargarizatum tanquam utile ad gutturis tumores, & abſceſſus, quos & diſcutit, & perſanat.* Decoctum Jacobææ, *aut planta in pulmento cocta, dyſentericis mire opitulatur. Et cataplaſmatice abdomini applicatum, adversùs ventris tormina felici ſucceſſu adhibetur.* Sim. Paul. *De cæteris vid.* Park.

DORONICUM MAXIMUM, FOLIIS CAULEM AMPLEXANTIBUS. *C. B. P. 185.*

Vid. Icon. 6. Tab. XIX.

Doronicum *herba ab* Arabico *vocabulo* Doronigi *derivatur.*

Doronicum Maximum, foliis caulem amplexantibus. *C. B. P. 185. Doronicum Maximum, foliis Hyoſcyami Peruani inſtar caulem amplectentibus. J. B. 3. 18. Doronicum VII. Auſtriacum III. Cluſ. H. 19.* Genus omnium maximum bicubitalem interdum, & ampliorem habet *caulem*, minimi digiti plerumque craſſitudine, ſtriatum, hirſutum, à ſummo cacumine in aliquot alas diviſum; *folia* circa radicem orbiculata, longo pediculo inhærentia, rugoſa & nonnihil hirſuta; quæ verò nullo ordine digeſta caulem ambiunt, ampliora ſunt, mucronata, in ambitu leniter dentata, pediculo nullo, ſed inſtar foliorum *Hyoſcyami Peruani latifolii, Tabaci* majoris vulgo vocati, caulem latiore baſi amplectentia, viridia, hirſuta. *Flores* extremis ramulis inſident magni, lutei coloris, odoris expertes. *Radix* ex viridi candicans, nodoſa, *ſquillulæ* ſimilis eſt; ſed ubi propaginibus aucta ſit, craſſior fit, & ex multis veluti corporibus in unicum conflatur, & coaleſcit. *Secundùm rivos è montibus umbroſis reperitur, & floret Junio. In Hortis verò cultum flores dat Majo.*

Vires, & Uſus.

Ad corporis, & præſertim uteri, inflationes commendantur ejus radices. *Illæ, authore* Matthiolo, *Lumbricos necant, & expellunt, inteſtinorum obſtructiones reſerant, urinam provocant, venenis adverſantur, faciuntque contra ſyncopen, & cordis palpitationem: ac quamvis canibus pernitioſæ tradantur, eas tamen impunè devorari teſtes habemus* Geſnerum, & Lobelium.

DORONICUM PLANTAGINIS FOLIO. *C. B. P. 184.*

Vid. Icon. 7. Tab. XIX.

Doronicum Plantaginis folio. *C. B. P. 184. Doronicum, folio fere plantaginis oblongo. J. B. 3. 18. Doronicum VI. Pannonicum Cluſ. H. 18. Doronicum minus Officinarum. Ger. in M. H. 3. 127. Minus.* Park. E *radice* alba, & articulata proveniunt *folia* longa, duas uncias lata, ab utraque extremitate acuta, mollia, hirſutie pubeſcentia, in ambitu crenata, pediculis longis inſidentia. *Caules* ſunt teretes, tenues, in aliquot *alas* à medio diviſi, quarum quælibet *florem* amplum luteum ſtellatum, ex plurimis *petalis* anguſtis, & acutis conflatum gerit, cum umbone in medio concolore. Hic autem in *ſemina* pappoſa defluit, initium ab exteriore ambitu faciens, ut in aliis *Doronici* ſpeciebus fieri ſolet. *In Hortis frequenter occurris, & Aprili, & Majo menſibus floret.*

Temperamentum, & Vires.

Sunt qui adverſus Vertiginem comedi volunt: at nauſeoſus, quamvis dulcis ſapor, ſubvertendo ventriculum, vertigini occaſionem potiùs præbere videtur. Chab.

TUSSILAGO VULGARIS. *C. B. P. 197.*

Vid. Icon. 8 Tab. XIX.

Tuſſilago, *quod tuſſi medeatur.* Βήχιον Græcis, Dioſc. l. 5. c. 126.

Tuſſilago vulgaris. *C. B. P. 197. Tuſſilago. J. B. 3. 563. Bechium, ſive Farfara. Dod. p. 596. Ungula Caballina, Brunf. Trag. Ungula Aſinina. Cord. Farfara. Cæſ. Farfuſſium Geſn. Chamæleuce, Plin. Be-*

Bechion, & *Bechium*, *Hermol. Ruell.* E *radice* valde ſub terra repente, geniculata, calami ſcriptorii craſſitudine, proveniunt primo vero *caules* palmares aut dodrantales, non ramoſi molles, tomento albo obducti, & foliolis (quaſi falſis) anguſtis cincti; ſinguli ſummum ſingulum *florem* luteum, ex petalis anguſtiſſimis luteis, umbonem concolorem cingentibus, expanſum, ſuſtinent, qui cito in *pappum* mutatur, & una cum caule menſe *Martio*, aut *Aprili*, ante foliorum exortum marceſcit; quæ *folia* tota Æſtate futura vigent, palmum circiter lata, ex angulis, & ſerraturis ad rotunditatem tendentia, *Populi albæ* modo, præſertim ex adverſo, è virore inalbicantia, & tomento candido tecta apparent. *In riguis*, & *humidis paſſim*, *ſatis copioſe reperitur*.

Vires, & Uſus.

Radices, & Folia *virentia temperatis proxima ſunt* (*al. refrig.*) *ſiccata verò modicè acria*, & *calida evadunt*. *Planta eſt thoracica*. *Uſus præcip. internè in tuſſi* (*unde*, & *nomen habet*) *orthopnæa*, *vomiciſque pectoris*, *quibus ſingulis*, & *fumus ejus ore hiante attractus mederi creditur*: *Dicitur etiam quartanam arcere ſuccus* 9 *diebus potus*. *Extrinſecus proſunt ulceribus calidis*, & *inflammationibus* (folia *recentia impoſita*;) *item* fol, & flor. *in vino cocta cum Maſtice*, *Myrrha*, *lithargyrio*, *arcent gangrænam Aſciticorum cruribus exulceratis*. Schrod.

CARLINA ACAULOS, MAGNO FLORE, ALBO. *C. B. P.* 380. *Vid. Icon.* 1. *Tab. XX.*

CArlina, *quaſi* Carolina: *Quod credatur* (*ut ait* C. Bauhinus) *hanc Herbam* Carolo Magno *ab* Angelo *demonſtratam fuiſſe*, *tanquam certiſſimum remedium ad Peſtem ab exercitu ſuo propulſandam*.

CArlina acaulos, magno flore, albo. *C. B. P.* 380. *Carlina acaulos*. *J. B.* 3. 64. *Carlina altera*. *Dod* p. 727. *Carduus xeranthemos*, *flore albo*, *ampliore*, *acaulis*. *M. H.* 3. 162. *Chamæleon*, *albus*, *Dioſcoridis*. ἰξίᾳ *Theophraſti*. *Cluſ. H.* 155. E *radicis* longæ, craſſæ, capite, cortice fuſco, & denſo obducto, ſtatim proveniunt *folia* in orbem humi fuſa, pedalis longitudinis, & palmaris latitudinis, inciſa, & in ambitu ſpinulis ſinuata, tantilla lanugine ex viridi caneſcentia, quæ per ætatem (ut in aliis) maculis verſicoloribus inſperſa ſunt. In horum autem umbilico *caput* grande, ſeſſile, ſpinis armatum naſcitur; ex quo *flos* diſcoides, palmaris latitudinis, humo quaſi incumbens, ex *petalis* plurimis albis, circumradiatis, compoſitus, ſereno tempore expanditur, qui nebuloſo aere, ut melius interiora ſemenque conſerventur, ſe contrahit, & claudit. *Naſcitur in Montibus altis*, *locis deſertis*, *ac ſecus vias*; *Julioque*, & *Auguſto floret*.

Vires, & Uſus.

Calefac., & *ſicc.* 3. *eſt alexipharmaca*, *ſudorifera*, *diuretica*, *emmenagoga*, *tineas ventris neceat*. Schrod.

CORONA SOLIS. *T.* 489. *Vid. Icon.* 2. *Tab. XX.*

COrona ſolis *à floris forma*, & *colore nomen invenit*.

COrona ſolis. *T.* 489. *Flos ſolis*, *major*. *Eyſt. Chryſanthemum*, *Indicum*, *maximum*, *annuum*, *nonramoſum*. *M. H.* 3. 19. *Helenium Indicum*, *maximum*. *C. B. P.* 276. *Herba maxima*. *J. B.* 3. 107. *Chimalath Peruviana*, *Flos ſolis*. *Hernand.* 228. *Flos ſolis giganteus*, *Corona Regia*, *Crater*, *Jovis*, *Amoris tuba*, *Roſa Hiericuntis*. *Trag.* *Caule* conſtat ſingulari, brachii craſſitie, decem pedum altitudine, aſt in calidioribus locis ad viginti pedes aſcendit; *folia* ſunt ampla, ad rotunditatem tendentia, ſerrata, aſpera, in mucronem deſinentia, ſpithamam, aut ſeſquiſpithamam longa, haud multum anguſtiora, & pediculis adhærentia; ſummum caulis faſtigium *florem* fert nutabundum, orbiculatum, & ſtellatum, radiantem ſolem quaſi repræſentantem, tam amplum ut pedem in diametro facile contineat; *petalis* exterioribus luteis ſtriatis, recurvis, unciam latis, in acutum mucronem deſinentibus, *diſcum* amplum, planum, ſaturatioris coloris cingentibus; innumeris *ſeminibus* anguloſis ſuccedentibus, verſus extrema, craſſioribus, verſus originem, acutioribus, interdum albis in aliis fuſcis, nigris, vel lineis nigris, & albis ſtriatis. *Radix* fibroſa eſt, quæ poſt ſemina matura totaliter perit, & ſingulis Annis facile renovatur. *Florent Julio*, & *Auguſto*, *ac ſemen maturant Octobri*.

Vires, & Uſus.

Foliorum pediculos *teneros*, *pilis deraſis*, *ipſoſque cujus flores*, *foliola*, & *ſemen inſident* Calyces, *imoque* florem *integrum à foliolis repurgatum*, *cum Oleo*, *Sale*, & *Aromatibus coquunt*: & *Aſparagis*, *ipſiuſque Cinaræ comitis delicatiores ſuavioreſque eſſe aſſerunt*: & *non minus*, *imò amplius* &c. Cortuſ. *Ad venerem promovendam plurimum poſſe*, *ſunt qui dicunt*. Moriſ. *Caulis fractus facillime callo obducitur*, *inciſus vero*, *gummi perlucens flavum*, & *odoratum fundit*: *apparet etiam in floribus reſinoſum quiddam*, *Terebinthinam ſubſtantia*, & *odorem referens*, *unde plantam vulnerariam eſſe colligunt*. Chab.

CHRYSANTHEMUM SEGETUM, VULGARE, GLAUCUM. *M. H.* 3. 15. *Vid. Icon.* 3. *Tab XX.*

CHryſanthemum, *à vocibus* Græcis χρυσὸς, *aurum*, & ἄνθεμον *Flos quaſi dicas* Florem aureum.

CHryſanthemum ſegetum, vulgare, glaucum. *M. H.* 3. 15. *Chryſanthemum foliis matricariæ*. *C. B. P.* 134. *Chryſanthemum*, *folio valde laciniato*, *flore croceo*. *J. B.* 3. 104. *Planta* hæc annua in arvis, & inter ſegetes frequentiſſima, quæ meſſes aureo colore ornat; è *radice* fibroſa, *caulem* producit lævem, medulla farctum, pedalem, in varias ramificationes diviſum; *foliis* quaſi amplexaulibus, duas aut tres uncias longis, digitum fere latis, diſſectis vel profunde ſinuatis, glaucis, aut cæſii coloris, alternatim ſitis, præditum. *Flores* in ſummis caulibus *Bellidis majoris* aut *Calthæ vulgaris* forma naſcuntur, petalis latiuſculis, in extremitate trifidis, lutei coloris; *umbonem* quoque aureum habet, ex multis floſculis luteis tubuloſis compoſitum; quibus *ſemina* ſolida quadrata ſuccedunt, & his decidentibus in arvis copioſe quotannis renovatur.

Vires, & Uſus.

Cum cerato triti, *ſteatomata diſcutiunt*. *Ipſa* herba *in infuſionibus pota morbo Regio laborantibus*, *brevi bonum colorem inducit*. Moriſ.

BELLIS SYLVESTRIS, MINOR. *C. B. P.* 261. *Vid. Icon.* 4 *Tab. XX.*

BEllis, & Bellius *flos*, Plin *à bello floris colore*, βέλιον, πέλιον ὀρεινον Jung. *vel* Bellis *quaſi* βιώαλλις, i. e. βίον ἄλλον ποιεῖν, *quia reducere in vitam mortuos videtur*.

BEllis Sylveſtris, minor. *C. B. P.* 261. *Bellis minor*, *Sylveſtris ſpontanea*. *J. B.* 3. 111. *Bellis minor*, *Sylveſtris*. *Tab. Ic.* 328. *Bellis minor*, *pratenſis*, *ſeu vulgaris*. *M. H.* 3. 31. *Adv. Lob.* *Folia* à *radice* fibroſa alba, pediculo longo adnata ſubrotunda, & carnoſa prodeunt; *cauliculi* palmares nudi ſinguli ſingulos *flores* albos ſuſtinent, nonnunquam cum rubedine commixtos: Planta hæc omnibus adeo nota, & famigliaris eſt, ut non opus ſit prolixiori deſcriptione. *Provenit paſſim in pratis*, & *paluſtribus compluribus locis*: *Vernîſque floret menſibus*, & *nonnunquam etiam Autumnalibus*.

Temperamentum, & Vires.

In vulneribus capitis, & *pectoris laudatur*, *calef.*, & *ſicc. moderatè*, *partium eſt tenuium*; *mulierculis noſtris uſitatum eſt*, herbam cum floribus *infantibus ad alvum laxandam exhibere*. (*Meſſoribus in acetario comeſta à potu frigidæ periclitantibus ſalutaris*. Minder.) Schrod. Bellidis folia *humectandi*, *refrigerandique facultate donata ſunt*; *dolores omnes articulares*, *ac podagricos*, *ex calido*, & *ſicco humore oriundos*, *mitigant*. Flores *majoris diuretici ſunt*: *in Hydrope*, & *ſanguine congrumato diſſolvendo uſus egregit*: *hinc in Pleuritide ab Helmontio commendantur*; *imprimis ſi poſt nimiam incaleſcentiam frigori ſuſcepto debeatur*. D. D. Michel. *coquum aſthmaticum ſucco ex tenellis foliis recenter expreſſo*, & *in vino propinato*, *per ſudorem curavit*. Conſerva *etiam florum contra fluorem album vulgo commendatur*.

CHAMAEMELUM ODORATUM. *Dod. p.* 260.

CHamæmelum *a vocibus* Græcis χαμαι humi, & μῆλον Pomum, *quaſi* Pomum *humile; nonnullæ enim Chamameli ſpecies Pomum redolent*.

CHamæmelum odoratum. *Dod. p.* 260, *Chamæmelum odoratiſſimum, repens, flore ſimplici. J. B.* 3. 118. *M. H.* 3. 35. *Chamæmelum Romanum, flore ſimplici. Anthemis ſeu Leucanthemum odoratius Romanum, Adv. Lob. Cauliculos* profert tenues procumbentes, & modo repentes, in terram radices agentes: *folia* tenuia, diſſecta, virentia ſunt, odoris vehementis aromatica mixtura ſatis grati; quæ humum multiplici ſobole veſtiunt: *Flores* in cauliculorum nudorum ſummitatibus ſinguli ſunt, uncialis amplitudinis, ex plurimis petalis anguſtis albis umbonem luteum cingentibus conflati. *Radix* perennis fibroſa eſt, quæ caulium incremento facile reptatu ſuo multiplicatur. *In compaſcuis, & ericetis humidioribus frequenter invenitur.*

CHAMAEMELUM VULGARE. *Dod. p.* 257.

Vid. Icon. 6. *Tab. XX.*

CHamæmelum vulgare. *Dod. p.* 257. *Chamæmelum vulgare, leucanthemum Dioſcorides. C. B. P.* 135. *Chamæmelum vulgare, amarum. J. B.* 3. 116. *Anthemis vulgatior ſive Chamæmilla, Adv. Lob. Chamæmelum arvenſe. Cam.* Hæc paſſim obvia eſt ſegetibus, tenui fibroſaque *radice*, nec alte defixa: *caules* tenues dodrantales, recti, foliis veſtiuntur, *Cotulæ* tenuioribus; *odore* exiguo, ſed ſuavi: *flores* in ambitu albi, quorum folia umbonem apiculis luteis conſtantem radiata circumſtant. *Naſcitur paſſim in arvis, aliiſque locis arenoſis.*

Vires, & Uſus.

Sapor, & amaricans eſt, & acris; odor aromaticus; hinc eſt præcipue Cephalica, Diuretica, ſudorifera, & uterina, Floyer. *Ejuſdem vis conſiſtit in Sale volatili oleoſo; calefacit, diſcutit, laxat, & mollit, & tenuium eſt partium: digerendi, & rarefaciendi, ſingulari ac mirifica facultate prædita. In curandis colicis doloribus certe vix ſimile habetur remedium, ut recte* Etmullerus *annotat; præcipue autem laudatur* Oleum *ex* floribus *diſtillatum, quod cærulei coloris eſt, quem Mercurius adſcribunt, ſed falſo: hoc in Colica tam interne, quam externe umbilico illitum mirifice prodeſt. Calculi dolores lenit; urinam moderate provocat; tormina, & ventris roſiones ſedat; laterum dolores mulcet; duros humores emollit; & crudos diſcutit; & omnibus utiliter ſopiendi alicujus dolores cauſæ, admiſcetur. In doloribus poſt partum, interne oleum, & eſſentiam hujus* herbæ *applicant: externè verò ſacculum ejus, hunc in modum paratum:* ℞. Chamæmelum, *include in ſacculo, coque in vino, applica abdomini: tanquam Arcano ſemper fæliciter uſus eſt* Foreſtus. *Lib.* 28. *Obſ.* 75., & 81. *In febribus præſertim intermittentibus commendatur, & in ſpecie tertianis. Externè utiliſſimum eſt in Cataplaſmatis, & fomentis anodynis emollientibus, & diſcutientibus. In Clyſteribus carminativis, & Anticolicis, in Pediluviis Cephal. ad dolores, & tumores mitigandos, mire prodeſt. Convenit etiam in Cardialgiæ, externè applicata; & in decocto, fæliciſſime uſus eſt* Foreſtus, *qui mercatorum clamoſo ventriculi dolore laborantem, hoc ſolo decocto, ſemel exhibito curavit. In Balneis quæ ſudoris evocandi, & reficiendæ cutis cauſa parantur*, Chamæmeli *uſus haud negligendus; nam & cutem nimis adſtrictam rariorem facit, ſudorem evocat, bonumque corpori odorem conciliat*. Dod.

CHAMAEMELUM FOETIDUM. *C. B. P.* 135.

Vid. Icon. 7. *Tab. XX.*

CHamæmelum fœtidum. *C. B. P.* 135. *Chamæmelum præcox, annuum, fœtidum, ſemine aureo. M. H.* 3. 36. *Chamæmelum, fœtidum, ſive Cotula fœtida. J. B.* 3. 120. *Cotyla alba. Dod. p.* 258. *Cotula fœtida Eyſt. Cotula* quaſi *Cautula* dicitur, ne *Chamæmeli* vice accipias. *Caules* profert rotundos, dilute virentes, fragiles, in alas multas diviſos, rectos, pedales, & ſæpenumero quam aliorum altiores: *folia* ſimiliter ampliora, virore multo dilutiore; *flores* forma, & colore ſimiles prædictis, ſed citius floret. Fœtet graviter tota planta contracta, gravemque naribus admota odorem ſpirat. *Planta hæc in arvis, hortiſque naſcitur; reperitur etiam juxta ſemitas, & agrorum margines. Floret Majo, & cito ſemina ſua aurea ad maturitatem in capite rotundo perducit.*

Vires, & Uſus.

Ad uteri morbos commendatur, eſt enim uteri ſtrangulationibus utile; quemadmodum omnia fœtida. Decoctum ejuſdem cum fælici ſucceſſu ad ſcrophulas adhibetur. Moriſ.

MATRICARIA VULGARIS, *vel* SATIVA.

C. B. P. 133. *Vid. Icon.* 8. *Tab. XX.*

MAtricaria, *a* Matrice *ſeu fœmina, cujus morbis auxiliari exiſtimatur.*

MAtricaria vulgaris, *vel* ſativa. *C. B. P.* 133. *Matricaria, vulgò minus parthenium. J. B.* 3. 129. *Parthenium, Matth. Dod. Geſn. Caſt. Thal.* Plures ſubinde *cauliculos* promit rotundos, in alas ac ramulos quoſdam diviſos; *Folia* varie fiſſa ſeu diviſa, ambituque crenata, quorum prima, & quæ ſunt terræ proxima, *Artemiſiæ* diviſarum æmulantur, pallida, & ex luteo virore: *Flores* in faſtigiis ramulorum eminent medio orbiculo ſive diſco luteo, quem petala alba lata per margines cingunt rotatim, ad inſtar radiorum, *Chamæmeli* floribus ſimiles: *Radix* durior, adnatis multis capillamentis fibratur. Tota herba grave olet, ac guſtu perquam amara eſt. *Naſcitur ad ſepes, & in hortis, ſecus veteres muros, locis gaudet ruderatis; AEſtivis menſibus viget ac floret, ſub Autumnum ſemina fundit.*

Temperamentum, & Vires.

Excalefacit inſigniter, extergit, expurgat, aperit, & quæcunque amara poſſunt fæliciter præſtat; ſapore amariſſimus cum acredine conjunctus; odor valde aromaticus, Camphoram olet. Floyer. *Odor penetrans, & ſapor acris incidia ſunt ſalis volat. penetrantis, unde pituitam, & mucilaginem viſcidam in vaſis uteri ſtabulantem, removet, incidit, & expulſioni aptam reddit: Hinc menſibus obſtructis, Lochiis remoratis, & aliis affectibus uterinis convenit. Atram bilem, & pituitam deorſum ducit; calculoſis, & anheloſis utiliter bibenda exhibetur: ſeroſos, aduſtos, ſalſos, melancholicos, & elephantiacos humores per inferiora educere, a doctiſſimis comprobatum eſt. Urinam evidenter ciet. Ventris tineas expellit, intro ſumpta; quod de* herba, *& de* ſucco *expreſſo intelligendum erit:* Aqua *ſtillatitia:* ſuccus, *aut* herba *in* pulverem *redacta uſurpatur. Frigidioribus febricitantibus cum ſucceſſu datur, unde* Febrifuga *vulgo dicta eſt. Pectoribus etiam deſiccatam cum ſale, adverſus inflationes, & difficultatem reſpirandi utiliter præbent mulierculæ veterinariæ.* Herba *recens tuſa, tumores emollit; digerendi vi pollet, paulo quam* Chamæmelum *validiore; adverſus ſacrum ignem, & tormina ventri admota efficax remedium eſt.* Moriſ.

PYRETHRUM OFFICINARUM. *Chab.* 387.

Vid. Icon. 9. *Tab. XX.*

PYrethrum, Πυρεθρον *Dioſc. l.* 3. *c.* 86 *ab igne nomen habet, ob radicis ejus fervorem igneum. Salivaris Romanis, quod manſa ſalivam eliciat. Apud Plin. l.* 28. Pyrethri *nomen ſolum legitur.*

PYrethrum Officinarum. *Chab.* 387. *Pyrethrum corymbiferum flore Bellidis, M. H.* 3. 33. *Pyrethrum Dioſcoridis, Pyrethrum Officinarum, Adv. Lob. Ger. Eyſt. Pyrethrum flore Bellidis. C. B. P. Pyrethrum vulgare flore Buphthalmi. J. B. Pyrethrum Germanicum. Geſn. Hort. Folia* ſunt multipliciter diſſecta diviſaque, ſimilitudine fere foliorum *Fæniculi*, ſed tamen minora, *Dauci ſylveſtris*, & *Carrotæ* æmula: *cauliculi* dodrantales, aut paulo altiores; in quorum faſtigiis *flos* amplus, latus, *Anthemidis* ſimilis, ſed tamen major, medio orbe ſubluteus; anguſtis, oblongiſque circum ambientibus foliolis, ſupina parte albicantibus, prona vero nonnihil purpuraſcentibus: *ſemen* inter diſci ſive orbis ſtamina gignitur tenue, & oblongum: *radix* digitalis fere eſt craſſitudinis, longa, ſubruffo colore nigricans, *guſtu* acri, & admodum fervido. Hoc eſt legitimum Pyrethrum. *Ex* Orientis *partibus infertur. Naſcitur in quibuſdam* Italiæ *montibus, ſed minus acre.*

Temperamentum, & Vires.

Radix *calida, & ſicca eſt; attenuat, incidit vehementer calidam, & fervidam facultatem obtinet. In Lethargicis,*

gicis, *& frigidioribus effectibus*, *Cataplaſmata*, *& clyſteria fortiter ſtimulantia inde parantur: ut dum acrimonia ſua inteſtina vellicat*, *& irrigat ægri excitentur*. *Dentium dolores mitigat*, *& pituitam ex ore copioſam elicit*: *manducatur autem ſicca*, *& aceto in quo decocta fuerit hæc* radix, *os gargarizatur*. *Sudores etiam inſigniter movet*, *& ad frigidos humores pellendos efficax habetur*, *cum oleo illinita: ad omnes etiam corporis partes ſtupefactas ac reſolutas plurimum conducit*. *Auctore* Dioſc. *Miſcetur idem utiliter antidotis*, *& aliis compoſitionibus*, *quæ adverſus diuturnos capitis dolores*, *vertigines*, *apoplexiam*, *comitialem morbum*, *nervorum tremores*, *reſolutioneſque proſunt*: *conducit etiam plurimum ad omnes capitis*, *& nervorum frigidas*, *& diutinas affectiones*; *in hemicrania*, *paralyſi &c.* Moriſ.

PTARMICA VULGARIS, FOLIO LONGO, SERRATO, FLORE ALBO. *J. B.* 3. 147.

Vid. Icon. 10. *Tab. XX.*

PTarmica Πταρμικὴ Dioſc. *lib.* 2. *c.* 195. *ex re nomen habet*: Πταρμὸς *enim* Græci *Sternutamentum vocant*, *in quo egregiam comperitur habere vim*; *ex quo tam præſenti ſalutis augurio*, *hoc nomen impoſitum eſt*. *Eadem* Latinis Sternutatoria *dicitur*.

PTarmica vulgaris, folio longo, ſerrato, flore albo. *J. B.* 3 147. *Ptarmica vulgaris*. *Eyſt.* *Dracunculus*, *pratenſis*, *ſerrato folio*. *C. B. P.* 98. *Draco ſylveſtris*, *ſive Ptarmice*. *Dod. p.* 70. *Dracunculus pratenſis viridis ſive Ptarmica vulgaris folio ſerrato*. *M. H.* 3. 40. *Ptarmica folio Traconis vel Sternutamentaria*. *Lugd.* *Radix* oblique acta ſub terra repit, plantaſque novellas ab omni parte emittit: *Caules* erecti, teretes, cubitalem altitudinem æquantes, ſine ordine plurimis *foliis* anguſtis, longis, & acutis, minutiſſimis denticulis, eleganter ſerratis, veſtiti ſunt: In eorundem ſummitatibus umbellæ fere in modum naſcuntur *Flores Parthenii* ſimiles, ſed minores, ex petalis brevibus, latiuſculis, candidis, umbonem parvulum ex nigro luteum cingentibus conflati; quibus evanidis, ſuccedunt *ſemina* ſolida, tenuia, ut in cæteris hujus ordinis; ſed raro viſa, ut in plantis repentibus ſolenne eſt. *In Pratis*, *& ad rivulos frequenter invenitur*. *Menſibus AEſtivalibus floret*.

Vires, & Uſus.

Guſtu eſt acri, *& fervido*: Herbæ *ſiccatæ pulvis naribus inditus*, *ſternutationem movet*. Radix *commanſa caput purgat*, *& dentium dolores mulcet*, *pituitam eliciendo*; *& vi caloris tumores frigidos mitigat*; *& pro errhino uſurpatur*. Herba *cum* floribus *contuſis*, *cum axungia permixtis*, *& cataplaſmatice applicatis*, *dolores podagricos lenit*. Succi *ejuſdem uncia in vino muſcato poti*, *ante paroxyſmum*, *aut febris horrorem*, *ſudorem provocat*, *tertianas*, *aliaſque febres intermittentes*, *ſecunda*, *ſi non prima vice certo exterminat*. Park.

MILLEFOLIUM VULGARE, ALBUM. *C. B. P.* 140.

Vid. Icon. 1. *Tab. XXI.*

MIllefolium, Græcis χιλιόφυλλον. *a multiplici foliorum diviſura appellatum eſt*: *nam* (*ut ait* Dioſcorides *lib.* 4. *cap.* 115) *foliis eſt Fœniculi ſimilibus*, *iiſque plurimis*; *unde*, *& nomen accepit*.

MIllefolium vulgare, album. *C. B. P.* 140. *Millefolium*, *ſtratiores pennatum*, *terreſtre*. *J. B.* 3. 136. *Millefolium*, *flore albo*. *Eyſt.* *Millefolium*, *ſive Achillæa*. *Dod. p.* 100. *Millefolium vulgare*. *Trag. Geſn. Hort.* *Stratiores Millefolia Fuchſ.* *Millefolio* huic *ſcapi* ſubinde complures, ſupra cubiti altitudinem aſſurgunt, teretes, duriuſculi; circa quos *folia* quidem oblonga, a lateribus varie diſſecta, ac veluti è pluribus commiſſa inordinatim naſcuntur: eminent in ſummo quaſi umbellæ orbiculatæ, latæ; quarum ſinguli *Floſculi* parvi ſunt candidi, ex petalis paucis brevibus conflati: *radices* fibras demittunt multas. *Odor* herbæ non moleſtus, ſed medicatus. *Creſcit paſſim locis aridis juxta vias incœmiteriis &c.* *Floret Junio*.

Temperamentum, & Vires.

Exſiccandi, *& adſtringendi vis eſt*: *hinc inter vulneraria non infimum locum obtinet*. Planta *recens contuſa* (*aut* ſuccus *ejuſdem*) *vulneribus recentibus impoſita*, *ea citra ſuppurationem conſolidat*; *tumores*, *& inflammationes mitigat*; *Cephalgiæ*, *Pterygio oculorum*, *tumoribus hæmorrhoidalibus*, *herniis*, *vulneribus*, *& omnibus quibus obſerandi*, *& arefaciendi opus eſt*, *fæliciter adhibetur hæc herba*. *Interne decoctum ejus ad abortum præcavendum laudatur*. *In Hemorrhagiis*, *& fluxionibus omnis generis*, *uteri*, *Alvi*, *ſcreatu ſanguinolento*, *vomitu*, *mictione ſanguinolenta*, *gonnorrhæa*, *hæmorrhoïdibus*, *fluore uterino*, *mariſcis*, *mirum in modum confert*. *Sunt qui* herbam *cum* floribus, *in Peſte præcavenda*, *& curanda*, *pro ſecreto peculiari venditant*. Aqua *ex* herba *cum* floribus *putredini gingivarum*, *quam optime medetur*. Herba *recens naribus indita*, *hæmorrhagiam inducit*, *& præcipue* radix *ejuſdem naribus intruſa*, *& illic agitata* Schrod. Comæ *candidæ ex lacte Caprino*, *vel propria aqua potæ Gonorrhæam cohibent*. Moriſ.

CALTHA FLORE SIMPLICI. *J. B.* 3. 101.

Vid. Icon. 2. *Tab. XXI.*

CAltham Poetarum *hanc eſſe volunt*, *quam aliqui ab aureo floris colore* Chryſanthemum *appellant*. Caltha *aliquibus a forma floris*, *qui* Calanthum *ſeu* Calicem *refert nomen videtur deducere*; *aliis* a Græco *vocabulo* Κάλχα, *mutato* χ *in* θ, *quæ etymologia* Voſſio arridet. *Vulgo* Calendulam *appellant*, *quod ſingulis fere menſium Calendis floreat*, *eaque de cauſa ab* Italis Fior d'ogni meſe *vocatur*.

CAltha flore ſimplici. *J. B.* 3. 101. *Caltha vulgaris*, *flore citrino*. *C. B. P.* 275. *Calendula vulgaris*, *flore citrino ſimplici*. *H. L.* *Calendula flore ſimplici*. *Eyſt.* *Calendula*. *Dod. p.* 254. *Brunf. Trag. Matth. Lon. Lugd.* *Folia* profert dilute virentia, oblonga in latitudinem ſe extendentia, linguam æmulantia, tenera, carnoſa, molli hirſutie pubeſcentia, quæ alternatim, aut ſine ordine *caules* pedales aut ſeſquipedales ſtriatos, medulla farctos, fere amplectuntur; & brachia varia, ramificantur; in quorum ſummitatibus *flores* apparent pulchri, odorati dilute crocei, ex variis petalis oblongis, ad acumina dentatis, auri purioris coloris compoſiti; & umbonem in aliquibus fuſcum, & aliis flavum; ex multis minutiſſimis *floſculis* tubuloſis, quinquefariam in marginibus diviſis conſtitutum cingentibus; quibus marceſcentibus, & deciduis, ſuccedunt *ſemina* numeroſa, ſolida, ac recurva, quædam dorſis ſpinoſis, quædamque lævibus, quibus quotannis renovatur. *Creſcit in Hortis*, *florere incipit Majo*, *floretque per integram AEſtatem*.

Temperamentum, & Vires.

Calendula *ſpirat odorem aromaticum*, *&* Crocum *imitatur*; *hinc Cordialibus adnumeratur*: *Vi reſolvendi*, *& penetrandi prædita eſt*, *& ad affectus menſtruoſos ſuppreſſioneſque menſium uſurpatur*; *Imo in omnibus morbis*, *in quibus* Crocus *adhiberi ſolet*, *imprimis efficax perhibetur*. Aqua *ex* floribus Calendulæ *præſentaneum certumque remedium contra ruborem*, *& inflammationem oculorum*, *inſtillata mane veſperique exhibet*; *vel ſi linteolum*, *vel Xylinum in illa madefactum oculis imponantur*. Flores *in pulverem redacti*, *Xylino tenui dentibus inditi*, *illorum dolorem ſedant*; *Ad anguſtias Thoracis commendatur hæc planta*, *appetentiam etiam revocare traditur*. Aqua *ſtillatitia contra Peſtem valere dicitur*; Succi *etiam uncias duas* Alexandrinum Benedictum *conſtat exhibuiſſe*, *utpote qui ſudores vehementer ciet*: *ſpecifica quoque facultate Peſtis ſingularis eſt antidotus*; *vel conſerva* florum *Electuariis contra Peſtem miſceri*, *vel acetum ex* floribus *confectum carpis*, *temporibus*, *naribuſque convenienter applicari poteſt*. *Cor & ſtomachum corroborare* flores *dicuntur*; *& in juſculis*, *& Oleribus frequentiſſime apud omnes in uſum veniunt*, *& ad variolas expellandas*, florum *decoctum optime ſolet adhiberi*. Herbæ folia *calidiora eſſe dicuntur*, *& acrimoniam quandam fervidam habere*; *quæ tamen propter humiditatem ei conjunctam non protinus ſe exſerit*, *ratione cujus in olere ſumpta*, *alvum mollire*, *& lenire fertur*. Moriſ.

CONYZA MAJOR, VERA. *M. H.* 3. 114.

Vid. Icon. 3. *Tab. XXI.*

COnyza *a voce* Græca Κώνωψ *Culex* Conyza *enim* (*auctore* Dioſcoride *lib.* 3. *cap.* 136.) *beſtias fugat*, *culices abigit*, *ac pulices quoque necat*.

COnyza major, vera. *M. H.* 3. 114. *Conyza Mas, Theophraſti, major Dioſcoridis. C. B. P.* 265. *Conyza major. Dod. p.* 51. *Cluſ. H* 20. *Conyza major, Monſpelienſis, odorata, J. B.* 2. 1053. *Caule* fruticat ſeſquicubitali, multiplici, lignoſo, rigido, hirſuto, & tactu glutinoſo, obſoleti coloris, in multos ramos brachiato. *Folia* germinatione prima inordinata, alternatim caulem amplectentia, tres uncias longitudine æquant, vix unciam lata, leviter ſerrata; ſuperiora vix unciam unam longa, mollia, piloſa, & glutine quodam lento viſcida, ex viridi colore pallentia. *Flores* ſecundum extremos ramulos ſpicatim frequentes exſiliunt lutei, ſtellati, qui amplitudinem *Bellidis minoris* vix acquirunt, in *pappos* evaneſcentes. *Semine* parvo cineraceo donati. *Radix* ſubeſt lignoſa, vivax. Tota planta viſcoſa, & graviter eſt odorata. *Naſcitur ſponte pleriſque cæduis montanis ſylvis, in muris, & ſecus vias; floret Autumno.*

Vires, & Uſus.

Calidam, & ſiccam temperaturam obtinet: decocta, & calidè pota menſes ſuppreſſos, fœtus mortuos, & ſecundinas efficaciter trahit, regium morbum diſcutit, & jecoris obſtructiones reſerat. Ex Aceto decocta, & pota eos qui comitiali morbo conciderunt excitat. Suffitu verò, ſubſtratumque ſerpentes fugat, culices abigit, & pulices necat, unde Pulicariæ *obtinuit nomen: conciſa, & applicata ſerpentium venenum extrahit.* Chab.

SENECIO MINOR, VULGARIS. *C. B. P.* 131. *Vid. Icon.* 4. *Tab. XXI.*

SEnecio *a* Senectute *capitis dicitur;* ἠριγέρων. Dioſc. *l.* 4. *c.* 70. *quaſi* vernus ſenex, *quod flores cito caneſcant, & in lanuginem candidam abeant.* Erigerontis *nomen* Senecio *apud* Græcos *invenit, quod vere flores capillorum ritu caneſcant, defloreſcentes enim in pappos abeunt.*

SEnecio minor, vulgaris. *C. B. P.* 131. *Senecio vulgaris, ſive Erigeron. J. B.* 2. 1041. *Erigerum minus. Dod. p.* 641. *Senecio Matth. Fuchſ. Lob. Lugd. Cæſ.* Fibroſa omnino *radice* nititur *Senecio*, tenui, alba, ſapore oleraceo, ex qua attolluntur *caules* teretes, ſtriati, nunc lanuginoſi, nunc glabri, brachiati, & concavi, *foliis* donati uncialibus, aliquando palmaribus, pediculo viduis ſine ordine profunde diſſectis, & veluti circumroſis, alterno poſitu naſcentibus. *Flores* in ramulorum faſtigiis ſunt, plures ſimul juncti, pediculis brevibus, lanuginoſis appenſi, tanquam ſtaminum luteorum complexus, ſeu quaſi totidem *floſculi* tubuloſi, ſine petalis orbiculariter eoſdem floſculos luteos cingentibus. Horum ſingulis ſuccedunt ſingula *ſemina* cum ſuis pappis, qui una cum ſeminibus a ventis feruntur. *Naſcitur porrò in maceriis, & circum oppida. Citò & primo vere floret, & per totam Æſtatem, in pappos flore permutato, caneſcit.*

Vires, & Uſus.

Refrigerat ac ſimul modice diſcutit, ut Paulus Ægineta *auctor eſt; attenuare, aperire, & ſiccare,* Schroderus *affirmat. Epatica eſt, & vulneraria. Uſus præcipue in cachexia, catarrhis, & tuſſi, & menſibus retentis. Extrinſecus è nobiliſſimis eſt vulnerariis, (ut & intrinſecus) menſes ciet balneatione; & ſedis inflammationes* folia *cum* floribus, *addito exiguo vino, aut per ſe impoſita ſedant.* Plinius *cum thuris farina (quæ* Manna *dicitur) aut cum vino id præſtare ſcribit.* Herba *contuſa ſuppurationem accelerare prodit* Fontanus. Succus *ejuſdem in vino aut cereviſa potus, vel ejuſdem* decoctum, *cum uvis* Corinthiacis *aut melle temperatum, modice vomitum movet; ſtomachi a bile contractos dolores, iſchiada, choleram &c. ſanat.* Succus *ſimpliciter ad Lumbricos necandos, & equorum aliorumque animalium inteſtinorum vermes, vim habet, ut Hippiatrorum quotidiana docet experientia. Teſte* Moriſ.

EUPATORIUM CANNABINUM. *C. B. P.* 320. *Vid. Icon.* 5. *Tab. XXI.*

EUpatorium, *ſive* Eupatoria *a* Rege Eupatore, *unde regiam auctoritatem habere dicitur a* Plinio. *Lib.* 25. *cap.* 6.

EUpatorium cannabinum. *C. B. P.* 320. *Eupatorium adulterinum. J. B.* 2. 1065. *Eupatorium cannabinum, vulgare, foliis profundè dentatis. M. H.* 3. 97. *Vulgare Hepatorium. Dod. p.* 28. *Cannabina aquatica Maſ. Adv. Lob.* E *radice* obliquè acta, & ſtolonibus repente, aromaticum odorem ſpirante, aſſurgunt *caules* bicubitales, hirſuti, teretes, ſubrubentes, *Foliis* hi conveſtiuntur oblongis, villoſis, per marginem dentatis, quæ triplicem aut quadruplicem a pediculo brevi obtinent ordinem, & pro *Cannabino* ingenio de geniculis è regione dependent. Summi caules in ramulos; hi rurſus in alios minores corymbatim diviſi ſunt, & plurimos *floſculos* ſubpurpuraſcentes, comoſos, in *umbellulis* gerunt, qui in brevem pappum, *ſemine* minuto appenſo, dehiſcunt. *Aquoſa, & vicina aquis loca amat; circa rivulorum, & ſtagnantium aquarum margines, aliiſque uliginoſis locis naſcitur. Julio, & Auguſto menſibus floret.*

Vires, & Uſus.

Calefacit, & ſiccat; ſaporis eſt amariuſculi; attenuat, & aperit; hepatica eſt, & vulneraria. Uſus præcipue in cachexia, catarrhis, & tuſſi, & menſibus retentis. Extrinſecus è nobiliſſimis eſt vulnerariis; & intrinſecus menſes ciet balneatione &c. Schrod.

PETASITES MAJOR, ET VULGARIS. *C. B. P.* 197. *Vid. Icon.* 6. *Tab. XXI.*

PEtaſites, Πετασίτης Dioſc *l.* 4. *c.* 108. Petaſites, *ut ajunt, a* Petaſo, *ob foliorum formam, & amplitudinem.*

PEtaſites major, & vulgaris. *C. B. P.* 197. *Petaſites, vulgaris, rubens, rotundiore folio. J. B.* 3. 566. *Petaſites. Trag. Dod. Tab. Cluſ. &c.* Petaſites vulgaris *radicem* habet craſſam, duram, *fibris* anexam, è cujus lateribus multæ aliæ *radices* craſſæ, carnoſæ, geniculatæ, ſub terra repunt, eamque propinquam novis ſuis ſtolonibus occupant. *Caulis* menſe Februario aſſurgit dodrantalis, craſſus, cavus, *foliolis* quaſi vaginis anguſtis veſtitibus, & *flores* in ſummo multos ſimul congeſtos, ſubcarnei coloris, in thyrſum coactos gerit. Totus hic caulis cum floribus, qui *in pappos* faceſſunt, non ultra menſis unius ſpatium durat, & mox marceſcit; & mox *folia* emergunt rotunda, a marginibus crenata, ſubtus aliquantulum albicantia. Iſta pedalem aut bipedalem latitudinem acquirunt, & proprio ſuo cauli pediculove, pollicaris craſſitiei, pedali aut bipedali quodlibet illorum inſidet. *Ad fluviorum ripas; ad hydromolas, in humidis, & ſtagnorum marginibus, læto ſolo, in pleriſque Regionibus ſatis frequenter naſcitur, & præ repenti facultate latitudineque foliorum noxius reperitur.*

Temperamentum, & Vires.

Radix *calefacit, & ſiccat; partium, & tenuium; amari ſaporis; attenuat; aperit; ſudorifera eſt, & alexipharmaca, in peſte, in lypothymia uterina; morbis pectoris a mucilagine tartarea oriundis, ex. gr. Tuſſe Aſthmate &c. uſurpatur. Subſtitui poteſt* Coſto, *ut quæ viribus eidem æquipollere comperiatur.* Schrod. *Peſtilentialis* radix *dicitur, propterea quod experientia comprobatum ſit* radicem *hanc mirifice conferre peſtilentialibus febribus averruncandis, quod ſudorem vehementer moveat, ſi in pulverem redacta in vino (ut decet) ſumatur. Nec minori efficacia bibitur a Mulieribus quas uteri tormina, & præfocationes exercent. Facit contra latos ventris vermes, qui ſemina Cucurbitarum referunt, vino decocta, & pota. Succurrit iis, qui ſpiritus difficultate laborant; Urinam, & menſes ciet.* Radix *ſiccata in pulverem redacta, efficax eſt ad quævis fluentia, & præhumida vulnera ſananda.* Oleum *ex hac* radice *confectum, ſi illo inungantur febrificantes, ante acceſſionem febris, apprime conducit. Idem & contra cutis fœditates facit, & confortationi nervorum, & membrorum unice prodeſt. Non deſunt, qui ejuſmodi* radice *utuntur adverſus vermes, qui equis moleſtiam creant, & alios equorum tam interiores, quam exteriores morbos.* Moriſ.

FILAGO, *ſeu* IMPIA. *Dod. p.* 66. *Vid. Icon.* 7. *Tab. XXI.*

Γνάφειν *dicunt* Græci *vellere carpereve lanas aut pannum: unde* Γναφάλιον, *quod Latini* Centocuculum, *&* Tomentarium *vocarunt.*

Fila-

FIlago, *ſeu* Impia. *Dod. p.* 66. *Gnaphalium vulgare, majus. C. B. P.* 263. *Gnaphalium, annuum, vulgare, capitulis rotundis ſeſſilibus ad angulos floridum. M. H.* 3. 92. *Gnaphalium Germanicum. J. B.* 3. 158 *vulgare ſive Herba impia, Park. Centunculus, Turn. Tomentum. Cordi. Filago minor. Dod. Herba impia. Cæſ.* Mollis ac tomentoſa herba hæc eſt. *Cauliculos* promit tres aut plures, dodrantales, circa quos poſita *foliola* oblonga, anguſta, utrinque molli *lanugine* pubeſcentia, ipſum caulem pene occultant. *Capitula* globularia ex *floſculis* compoſita, in cauliculorum faſtigiis inſident; quorum poſterius nata longioribus, & altioribus pediculis inſidentia priora ſuperant, anguloſque conſtituunt. *Floſculi* lutei pallentes in *pappos* abeunt. *In locis ſterilibus ſiccioribus circa ſcrobes, & neglectis agris paſſim provenit. A media AEſtate in Autumnum floret.*

Vires, & Uſus.

Reſiccantem, & nonnihil aſtringentem facultatem habet. Chab. Herba Impia *inter duos lapides trita, fervet, & præcipue adverſus anginas conducit, ſucco lacti, & vino admiſto.* Decoctum *ejuſdem idem facit.* Aqua deſtillata *ad cancrum præcipuè mamillarum magni eſt uſus, continet occultos cancros ne exulcerentur, cum linteolis ſemel in die impoſita ſunt qui* Aſari foliis *hujus aqua madefactis, non infeliciter ad cancros reprimendos utuntur.* Moriſ. Herba *contuſa, inquit* Lobellius, *macerata, & cocta, occiduæ* Angliæ *plebs, ad livores, concuſſiones, cæſa, & verbera utitur fœliciter. Menſes etiam ſupprimit.*

ELICHRYSUM, *ſeu* STAECHAS CITRINA, ANGUSTIFOLIA. *C. B. P* 264. *Vid. Icon.* 8 *Tab. XXI.*

ELichryſum ἐλίχρυσον *Dioſc l.* 4. *c.* 57. *ubi* Χρυσάνθεμον, & Ἀμάραντον *etiam vocari ſcribit, fortaſſis* ἀπ τοῦ μὴ μαραίνεσθαι, *quippe cujus flores aureoli ſicci non* marceſcunt. Plinius *appellat* Heliochryſum, *q. d.* Ἡλιόχρυσον, *quod ad ſolis* (τοῦ ἡλίου) *repercuſſum* aurea (τῇ χρυσῇ) *luce hujus Plantæ Flores fulgeant. Alii intelligunt, q. d.* Ἑλειόχρυσον, *quod in locis* aquoſis, & paludoſis, *quæ* Græcis ἕλη *dicuntur, proveniat.*

ELichryſum, *ſeu* Stæchas citrina, anguſtifolia. *C. B. P.* 264. *Stæchas citrina, tenuifolia, Narbonenſis. J. B.* 2. 154. *Stæchas citrina. Dod. p.* 268. *Chryſocome I., vulgaris Cluſ. H.* 326 *Helichryſum, ſeu Chryſocome anguſtifolia, vulgaris. M. H.* 3. 87. *Chryſocome, ſive Coma aurea, & Stæchas citrina vulgaris. Park.* E *radice* perenni, lignoſa, & fibroſa nigricante aſſurgit planta fruteſcens, *caulibus* plurimis gracilibus, duris, ac tormentoſis, pedalibus aut bipedalibus, *foliis* unciam longis anguſtis, *Roſmarini* fere æmulis, præſertim ex adverſo incanis, copioſis, ſine ordine veſtitis, quæ verſus ſuperiora, breviora, & rarius diſpoſita ſunt: ſumma faſtigia floſculorum luteorum corymbos è ſquamulis multis compoſitos ſuſtinent. *Odor* totius mithridaticus, & quaſi ſpecierum exoticarum mixtura eſt; guſtuſque aromaticus, & medicatus, cum modico fervore ac tantilla adſtrictione. *Pauciorem habet* Germania; *ſpecioſa verò, & odoratiſſima in* Hiſpaniæ *aridis, & petroſis* (*ubi odoratiſſima eſt*) *copioſe provenit, & ab Aprili menſe per totam AEſtatem flores profert.*

Temperamentum, & Vires.

Utraque excalefacit, & ſiccat; aperit & abſtergit, quod utique amariuſculus indicat ſapor. Medetur tota planta omnibus cerebri morbis a frigido provenientibus, nempe pituitoſis fluxionibus, diuturnis doloribus, comitialibus, reſolutis, & id genus aliis. Comæ *ſeu* flores *è vino potæ, urinas cient, & menſes: & ad grumos ſanguinis liquandos ac ſolvendos in ventre, & veſica proſunt; lumbricoſque ventris expellunt; ſudores eliciunt; & obſtructiones hepatis, lienis, renum, & veſicæ diſcutere exiſtimantur. Adduntur* flores *in fomentis, quæ ad uteri morbos frigidos, & obſtructiones amovendas parantur. Brevi, Pulmonica eſt egregia; & ad jecur a glutinoſis ſuccis ac vaporibus craſſis intra tunicas diſcurſantibus, liberandum, inſignem vim habet.* Schrod., & Moriſ.

ELICHRYSUM MONTANUM, FLORE ROTUNDIORI. *T.* 453. *Vid. Icon.* 9. *Tab. XXI.*

ELichryſum montanum, flore rotundiori. *T.* 453. *Gnaphalium montanum flore rotundiori. C. B. P.* 263. *Gnaphalium montanum, ſive Pes Cati, Park. Piloſella minor quibuſdam, aliis Gnaphalii genus. J. B. Gnaphalium montanum, ſive Pes Cati. Park. Piloſella minor. Fuchſ. Dod. Thal. Chryſocome humilis montana folio rotundiore. M. H.* 3 89. Humilis hæc planta humi fundit *folia* circumcirca terræ fere appreſſa, uncialia, ad extremitates ſubrotunda, incana *lanugine* ab infima parte obſita. Inter ea ſurgunt *caules* palmares aut dodrantales, tomentoſi, *foliis* veſtiti anguſtis, & acutis; in quorum cacumine glomerantur *flores* rotundi multi, è *ſquamulis* latioribus, & brevioribus exſuccis contexti, ſatis ſpecioſi, nunc candidi, nunc magis minuſve purpuraſcentes, in medio apicibus multis donati; quibus ſuccreſcunt longi *pappi*. *Radices* fibroſæ, & cauliculis depreſſis reptantibus novæ protruduntur *radiculæ*, ut in *Piloſelli vulgari* fieri amat. *In planitiebus, & montoſis variis ſponte naſcitur. Floret in Majo.*

Vires.

Syrupum *exhibet qui proprietate ſingulari ad pulmonum exulcerationem, & ſanguinis exſpuitionem ſanandam facere exiſtimatur, inquit* Moriſ.

DISTRI-

DISTRIBUTIO X.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE CORYMBIFERAE.

Santolina foliis teretibus ; Tanacetum vulgare , luteum ; Balſamita major ; Ageratum foliis ſerratis ; Abſinthium vulgare , majus ; Abſinthium Romanum , *ſive* Ponticum vulgare ; Abſinthium Santonicum , Alexandrinum ; Artemiſia vulgaris ; Abrotanum vulgare ; & Draco herba .

SANTOLINA FOLIIS TERETIBUS . *T.* 460.
Vid. Icon. 1. *Tab. XXII.*

SAntolina foliis teretibus . *T.* 460. *Abrotanum , fœmina foliis teretibus . C. B. P.* 136. *M. H.* 3. 11. *Chamæcypariſſus . J. B.* 3. 133. *Polium Theophraſti , & Dioſcoridis , & Arabum , vermiculato folio . Col.* 1. 49 51 *Deſcr.* 54 *Santolina . I. Dod. p.* 269 *Abrotanum fœmina , vulgare . Cluſ. Hiſt.* 341 *Abrotonum fœmina . Matth. Cluſ. Lugd. Tab. Ger. Cam.* Eleganter fruticat hoc *Abrotonum* lignoſum , in plures ramulos erectos diviſum , qui cubitalem altitudinem acquirunt omnino incanos , & *foliis* etiam candicantibus , uncialibus , quadrariis , denticulatis , confertim veſtitos , odore , ſapore haud ingrato , ſuavitate quadam permixto ; ſummis *caulibus* adnaſcitur capitulum rotundum , ſquamatum , erectum , cujus è parte ſuperiore erumpunt *floſculi* minutiſſimi , tubuloſi , lutei , in marginibus quinquefariam diviſi , denſe ſtipati , ita ut capitulum nudum globoſum conſtituant , quod umbonem quodammodo refert . *In Montoſis , aliiſque apricis ſponte provenit ; & in Hortis frequentiſſime invenitur . Majo , & Junio florens .*

Temperamentum , & Vires .

Amara , ſicca , & calida tertio ordine eſt planta , ſed non adeo injucunda ; & iiſdem uſibus quibus Abrotonum mas *inſervit ; & doloribus frigidis medetur : in lacte decocta contra vermes fæliciter adhibetur , ejuſque efficacia , quotidiana experientia mulierculárum comprobatur .* Moriſ.

TANACETUM VULGARE , LUTEUM . *C. B. P.* 135.
Vid. Icon. 2. *Tab. XXII.*

TAnacetum , *forte a* Tannaco *nomen accepit , quo nomine* Parthenium *appellatum fuiſſe* , Plin. *teſtatur* Parthenium *Microphyllum forte* Hippocratis , Hermolao . Ἀρτεμισία λεπτόφυλλος Dioſcoridis *l.* 3. *c.* 128. *quibuſdam videtur* . Tanacetum *nomen eſſe ab* Athanaſia *deductum* quidam volunt , (quaſi dicas Athanaſia ſeu Tanaſia) *aphæretice* ; Gallis *non integrè pronunciantibus* tli *dicitur* Tanaſiæ ; Anglis *quoque* Tanſy .

TAnacetum vulgare , luteum . *C. B. P.* 135. *M. H.* 3 2. *Tanacetum vulgare , flore luteo . J. B.* 3 131. *Tanacetum . Dod. p* 36. *Cæſ. Ger. Matth. Ambroſia quibuſdam , Cordi in Dioſc. Tanacetum , Athanaſia . Chab. Athanaſia vulgaris . Lacunæ .* E *radice* lignoſa in plures radiculas repentes hinc inde diſtributa , aſſurgunt *caules* ſtriati , *foliis* longis alatis uni coſtæ mediæ , ſeu pediculo rachive inordinatim adhærentibus , veſtiti , *Filicis maris* , utroque latere ſerratis ſatis æmulis , mollioribus tamen , & minoribus , odoris vehementis , ſed non ingrati : In caulium faſtigiis , aliquot Umbellæ in modum (ſed non ex eodem centro) pediculi apparent , *flores* nudos aut bullatos luteos , corymbatim diſpoſitos , ſuſtinentes , nullis petalis radiatis , ut in aliis hujus diſtributionis , donatos ; quibus *ſemina* multa , ſolida , longa , & anguſta ſuccedunt . *Spontè variis locis provenit , ſecus vias , in aggeribus ſecus agrorum margines , & hortorum ſepimenta , ac in ipſis etiam hortis . Menſe Julio flores profert , & Autumno ſemen perficit .*

Vires , & Uſus .

Facultate ſua calidum , & ſiccum eſt , omnibus ſuis partibus amarum ; uterinum ac nephriticum eſt ; Semina *in uſu apud vulgus adversùs ventris Lumbricos , ac tineas ſunt , quas mire expellunt . Ex tenellis herbæ erumpentis foliis , Placentæ cum ovis conficiuntur , palato non ingratæ , ventriculo ad vitioſos humores removendos utiles . Inter vulneraria etiam recipitur :* Succus *ejuſdem ulcera mundat ; manuum , pedumque rimas , & fiſſuras ſanat ; ex vino potus , aut ejuſdem decoctum urinam provocat , doloreſque veſicæ lenit ; & inter Hydropicos optimi eſt uſus ; cruditatem corrigit ; obſtructiones fæliciter aperit ; Externe etiam ejuſdem ſuccus oleo mixtus , & applicatus nervos corroborat ; contractionibus , ac doloribus auxiliaris eſt .* Moriſ.

BALSAMITA MAJOR . *Dod. p.* 295.
Vid. Icon. 3. *Tab. XXII.*

BAlſamita *ab odore balſamico nomen deducit .*

BAlſamita major . *Dod. p.* 295. *Tanacetum , hortenſe , foliis , & odore Menthæ . H. L. App.* 697. *Mentha , hortenſis , corymbifera . C. B. P.* 226. *Mentha , corymbifera , ſive Coſtus hortenſis . J. B.* 3. 144. *Mentha Saracenica . Eyſt. Mentha Saracenica Sanctæ Mariæ . Cæſ. Tanacetum hortenſe Lepidis foliis ſerratis , Ageratum intenſe redolens . D. Pluk. Radix* perennis non abſque multis adhærentibus fibris obliquè repit , è qua emergunt *folia* longiuſcula fere ovalia ſerrata , ſuavem gratumque odorem ſuffundentia ; *caulibus* aſſurgit rotundis , duris , bipedalibus aut tripedalibus , foliis minoribus inordinatim veſtitis ; in ſummitatibus *Flores* luteos nudos , ſeu bullatos corymbatim naſcentes . *Menſe Auguſto aut Septembri profert . Colitur in hortis .*

Vires , & Uſus .

Foliorum Balſamitæ *conſerva diuturnis capitis doloribus , matutino tempore ſumpta auxiliatur ; defluxiones è capite eadem reprimit , & reſiccat ; Stomachi cruditates ad concoctionem perducit . Prodeſt etiam Cachexia , aut Leucophlegmatia laborantibus , præſertim in initio ; ac omnibus quibus jecur debile ac refrigeratum eſt .* Semen *non ſecus ac* Santolina , *Lumbricos expellit . Infuſio* florum *in vino albo ſat bene idem perficit , Menſeſque potenter provocat . Ex* foliis *decoctis Balneum conficitur , quod ad Menſium fluorem , & ſecundinas remorantes movendas , non parum confert . Odora , & aromatica eſt , cujus effectus ſunt aperire , & attenuare ; hinc potiſſimum ad uterinos frigidos affectus utiliter adhiberi ſolet .* Unguentum *aut* Emplaſtrum *e* foliis Balſamitæ *componitur , cum foliis* Ophiogloſſi , *contuſis cum Oleo Olivarum ,* Terebenthina , *Cera , & Reſina additis , ad conſiſtentiam ; Balſamum eſt egregium , ad ulcera inveterata medendа utiliſſimum , unde ab aliquibus putatur nomen* Balſamita *obtinuiſſe .* Matth. , Chab. , & Moriſ.

AGERATUM FOLIIS SERRATIS . *C. B. P.* 221.
Vid. Icon. 4. *Tab. XXII.*

AGeratum Ἀγήρατον Dioſcoridi *l.* 4 *c.* 59 *cui nomen inditum ,* Ἄγε τὸ ἐπιπολὺ ἄνθος ὁμοιοειδὲς φυλάττεσθαι , *quoniam flos in ſua coloris ſpecie diutiſſime conſervetur :*

vetur: quaſi dicas ſenectutis expers, quod ἀγήρατος *dicitur: vel ut* Plinius *l. 27. c. 4. quoniam diutiſſime non marceſcit.* Herba Julia *denominationem habet a Julio menſe, quo florére incipit.*

AGeratum foliis ſerratis. *C. B. P.* 221. *Ageratum pleriſque, herba Julia quorundam. J. B.* 3. 142. *Balſamita minor. Dod. p.* 295. *Ageratum. Eyſt. Eupatorium Meſue, Officinarum Ptarmica, lutea, ſuaveolens. T.* 497. *Coſtus minor hortenſis. Geſn. Cauliculos* profert numeroſos pedales, tenues, rotundos; *Folia* parva anguſta, in latitudinem ſeſe extendentia, & iis *majoribus* antedicta Balſamita majore, profundius, & ſerraturis acutioribus dentata ſeu inciſa; *Coma* eſt aurei coloris ex corymbo florum minorum compoſita, quibus areſcentibus, *Semina* apparent longa, ſolida, non pappoſa. *Colitur in Montibus, & in hortis; floret Julio.*

Vires, & Uſus.

Planta *cum* foliis, & floribus. *Calef. & ſiccat. ſubſtantia tenuis, ſaporis aromatici, attenuat, extergit, putredini reſiſtit. Epatica eſt, laxat alvum quàm blandiſſimè. Extrinſecus ciet urinam, uterumque emollit. (Suffitu.)* Schrod.

ABSINTHIUM VULGARE MAJUS. *J. B.* 3. 168. *Vid. Icon.* 5. *Tab. XXII.*

ABſinthium, *quaſi planta minimè grata, a vocibus* Græcis ψίνθος Voluptas, *& particula privativa* A.

ABſinthium vulgare majus. *J. B.* 3. 168. *Trag. Fuchſ. Adv. Lob. Lugd. Abſinthium Ponticum, ſeu Romanum Officinarum, ſeu Dioſcoridis. C. B. P.* 138. *M. H.* 3. 7. *Abſinthium latifolium. Dod p.* 23 *Ger. Abſinthium vulgare. Eyſt. Abſinthium commune, Turn. Cam.* E *radice* dura, longa, lignoſa in diverſas radiculas ſeu fibras abeunte, reſtibili, & perennante, aſſurgunt *caules* ramoſi cubito altiores; *Folia* proveniunt ampla multiplicatis ſectionibus laciniosa, mollia, è virore caneſcentia, inferiore parte candidiore, & amara; *Floſculi* ſunt parvi, rotundi, nudi, è pediculis deorſum pendentes, qui cauliculos ſuperiores ramatim ſparſos conveſtiunt, colore ſublutei, in exigua *ſemina* ſolida, fere ſtaminea abeuntes. Abſinthium hoc vulgare, *ſaxoſa amat montoſa, & inculta loca: Provenit non raró circa aggeres. In omnibus Regionibus vulgare, & ſpontaneum eſt. Julio, & Auguſto* floſculi, ſeminaque *perficiuntur.*

Vires, & Uſus.

Facultate, & temperie calidum, & ſiccum eſt, amarum & expurgans, & una quoque adſtringendi vim obtinet; utiliſſimum idcirco debili ventriculo, quem bilis infeſtat, nam amaritudine ſua hanc expurgat, & per infernam egeſtionem expellit, per urinam evacuat; adſtringendis vero ſua potentia ventriculum roborat, atque confirmat; & adverſus contentam Ventriculo pituitam juvat. Aqua diſtillata mane jejuno ventriculo ad cochlearia duo exhibita appetentiam excitat; Crapulam idem Abſinthium *præſumptum arcere, & faſtidia diſcutere dicitur. Juvat vero non modo ante ſumptum, ſed a crapula ac largiori potatione ventriculum, ac ſtomachum male habentem, brevi reficit. Adverſus diuturnas, ac prorogatas febres, præſertim tertianas, magno ſæpenumero præſidio eſt, ut experientia quotidiana probatur; neque enim ventriculum tantummodo confirmat, aut cibi appetentiam excitat, ſed jecinori robur conciliat, ac ipſum ab obſtructionibus expedit, vitioſos humores per urinam expurgans. Confert* Abſinthium *his qui ex liene ſanguinem profuſum vomunt, quod quidem accidit, cum Lien ſanguine craſſo diſtentum, ac turgidum ſeipſum exonerat; tunc autem magno impetu ſanguis ſæpe plurimus vomitu ejicitur, nonnullum vero, & cum excrementis permixtum in inferiorem ventrem, nigrum, & corruptum per alvum purgat: fit autem non raro ut in ipſa violenta copioſioreque vomitione æger deficiat, præſertim malo ſæpius recurrente. Ab his periculis* Abſinthium *ægrotum quemlibet vindicare poteſt, ſi a vomitu liberatus, & utcunque reparatis viribus, multo tempore, quocunque libuerit modo hoc utatur. Pellit præterea* Abſinthium *interaneorum vermes, non modo intra aſſumptum, ſed & foris, ſi cum aliis herbis amaris applicetur, ut* Abrotono, Matricaria, Ruta &c. *idem inter pueros teneræ ætatis, aut qui difficillime remedia intra recipere queant, optimi eſt uſus; adverſatur enim omnibus putredinibus; Oris graveolentiam emendat; Veſtes etiam a tineis præſervat; oleo etiam illitum pediculos inguinales abigit. Item in Cataplaſmatis ac fomentis, vel Balneis, ad exſiccandum, & adſtringendum plurimum poteſt. Ad inflationes præterea utile eſt, ut* Dioſcorides *refert, & ad ventris, ac ſtomachi dolores ſedandos cum* Nardo Celtica *uſurpatur. Morbum quoque regium ſanare, decoctum ut dilutum ejus Cyathorum trium menſura potum idem ſcribit. Commodum etiam eſt ad ſtrangulationes compeſcendas ex fungis contractas, ſi cum aceto ſumatur: cum vino vero potum adverſus ixiam magnæ eſt efficaciæ; contra Cicutam imponitur in anginis cum melle aut nitro. Puſtulis nocturnis* (ἐπινυκτίδας *vocant) prodeſt cum aqua: Ad ſugillatos cum melle, & ad caligantes oculos, & ſanie manantes aures, eodem adhibetur modo. ℞. Salis Abſinthii ſcrup. j. ſſ. plus minus pro ægri viribus aut ætate, qui in ſucci limonum cochleari uno exhibitus, vomitum ut plurimum compeſcit. Vide* Ruerii *obſervationes. Etiam in Iliaca paſſione laborantibus multum prodeſt: Vinum etiam paratur Abſinthes ex* Abſinthio *recenti in muſto mixto, & fermentato, quod in doloribus, & affectibus antedictis egregii eſt uſus. Multos Hydropicos, eoſque fere deſperatos opere* Abſinthii *curatos, gloriatur* Matthiolus.

ABSINTHIUM ROMANUM, *ſive* PONTICUM, VULGRRE. *Cluſ. H.* 339. *Vid. Icon.* 6. *Tab. XXII.*

ABſinthium Romanum, *ſive* Ponticum, vulgare. *Cluſ. H.* 339. *Abſinthium Ponticum tenuifolium, incanum. C. B. P.* 138. *Abſinthium Ponticum, vulgare, folio inferius albo. J. B.* 3. 175. *M. H.* 3. 8. *Abſinthium tenuifolium. Dod. p.* 24. *Abſinthium Ponticum, album. Eyſt. Romanum vulgare, Thalii. Romanum Meſuei. Tur. Abſinthium Galatium Sardonium. Dioſc. Adv. Lob.* Hujus *radices* prioribus contrariæ reptatu ſe multiplicant, unde planta novis ſtolonibus ſub terra decurrentibus circumquaque propagatur; *cauliculos* promit complures tenues dodrantales, & pede altiores; *foliis* donatum eſt tenuiter diſſectis, ſuperne viridiuſculis, inferne vero albicantibus, & compreſſis, multo minus quam *in vulgari* amaricantibus, & odore haud perinde gravi, aut injucundo, ſed potius grato; *Floſculi* uti priores ſecundum caulium ſummitates racematim dependent corymboſi lutei. *In variiſque locis incultis ſponte reperitur: In* Italia, Gallia, *&c. hortenſe eſt. Poſt mediam AEſtatem flores fert, hyeme adventante herba marceſcit: vegetæ interim manent* radices, *è quibus* folia cauleſque *rurſus exeunt.*

Vires, & Uſus.

Epaticum eſt præ vulgari, Calef. princ. gr. 1. *ſicc. in princ.* 3. *minus amarum eſt, aſtringit, valideque incid. exterg. diſc. putredini reſiſtit, educit bilem per urinam, proin convenit in omnibus affectibus Epatis, veſicæ, bilis, ventriculi: tormina ventris, & uteri ſedat: minus commodè autem in mucilaginoſis affectibus pulmonum, in primis ob adſtrictionem adhibetur. Extrinſecus diſcutit tormina ventris, adeoque & quæ partum ſubſequuntur: infantum vomitum compeſcit &c.* Schrod. Folia *teneriora, cum Saccharo conſervata ad obſtructiones, paſſioneſque hyſtericas removendas optimi ſunt uſus; & cum non tanta amaritudine abundent, nec adeo ingrata ſint, in vino macerata aliiſque variis formulis parata, & aſſumpta, ad uſus prædictos plurimum inſerviunt. In genere vix morbus chronicus eſt, cui repellendo Abſinthium non commodè adhibetur.* Moriſ.

ABSINTHIUM SANTONICUM, ALEXANDRINUM. *C. B. P.* 139. *Vid. Icon.* 7. *Tab. XXII.*

ITalis Semenzena, & Latinis Sementina, *paſſim apud* Botanicum Semen ſanctum, & Semen contra Lumbricos, *a quibuſdam etiam* ſemen Zedoariæ, *nominatum eſt.*

ABſinthium Santonicum, Alexandrinum. *C. B. P.* 139. *M. H.* 3. 7. *Semen ſanctum, ſive Sementina. Matth. Lugd. Lob. Semen Lumbricorum, Semen Santonicum. Chab.* 175. *Abrotonum mas verum. Dioſcoridis, Zanon.* 1. *Tab.* 1. Quod ad *Abſinthium* peregrinum hoc attinet, verba lege *Jo. Bauhini*. Quod in Officinis proſtat *Lumbricorum ſemen* vulgò dictum, ex variis minutiſſimis ſurculis, *foliis* & *ſemine* ipſo coacervatum eſt.

Semen

Semen parvum eſt, & oblongum (majora tamen inter ea *Majori* ſupparia, ex ſquarroſis tuniculis compacta) pullum vel flaveſcens. At minutula inter ea ſunt foliola, ſtriata, quædam etiam obſervantur trifida, anguſtiora, acuminata; videntur etiam adeſſe portiones tenuiſſimum cauliculorum. Omnia facile digitis atteruntur: amara prædita ſunt acrimonia, & odore graviuſculo. *Provenit* in Africa, & AEgypto, *ubi tota planta caneſcit. Floret exeunte Autumno.*

Vires, & Uſus.

Calefac., & ſicc. Saporis amari eſt. Uſus in lumbricis cujuſcunque generis enecandis, fugandis, & expellendis. Schrod.

ARTEMISIA VULGARIS. *J. B.* 3. 184.
Vid. Icon 8. *Tab. XXII.*

Aρτεμισία Dioſc. *l.* 3. *c.* 127. Artemiſia *nomen habet à* Regina Cariæ *ejuſdem nominis. Mulieres quoque hanc gloriam affectare, (ut ait* Plinius *lib.* 25 *c.* 7.) *in quibus* Artemiſia *uxor Mauſoli adoptatâ herba, quæ antea* Parthenis *vocabatur. Sunt qui* Artemide Ilithya (*Diana obſtetrix*) *cognominatam putant, quoniam privatim medeatur fœminarum malis.*

Artemiſia vulgaris. *J B.* 3. 184 *Cluſ. Hiſt. Thal. Artemiſia latifolia, major, caule, & flore purpuraſcente. C. B. P* 137 *M. H.* 3. 5 *Artemiſia latifolia. Dod. p* 33 *Fuchſ. Lon. Artemiſia, ſive Mater Herbarum. Lob. Ger.* Hujus *folia* lata ſunt, & *Abſinthiæ vulgaris* in modum plurifariam diviſa, & laciniata; ſuperius herbido colore virent, inferius lanugine inalbicant; *caules* ei ſunt recti bicubitales aut altiores rotundi, ſtriati, ac in multos alios parvulos diſtributi, qui interdum rubent, & interdum vireſcunt, circa quos *folia* inordinatim ſita ſunt, & aſſurgentia ſenſim attenuantur. *Flores* naſcuntur bullati, inter foliola anguſtiora, ex variis ſtaminulis purpuraſcentibus compoſiti, *Abſinthii vulgaris* æmuli, ſed non deorſum nutantes; *Radices* ex multis formantur fibris, quæ repiatu ſtolones undequaque, lateraliter emittunt. *Secus vias, agrorum, & arvorum margines multis locis frequens eſt. Menſibus AEſtivis* flores *profert, & in Autumno* ſemina *parva, longa, ſolida perficit.* Hujus datur varietas *foliis* partim candidis, partim viridibus, ſeu variegatis, quod aliis etiam contingit.

Temperamentum, & Vires.

Artemiſiam (*quæ excalefacientis naturæ, modiceque tenuium partium eſt*) *fœminarum morbis mederi ajunt.* Dioſcorides *ad ducendos menſes, ſecundinas, & fœtus idoneam eſſe affirmat; idem ad præcluſiones, & inflammationes uteri utilem prædicat: Ciet eadem urinam remoratam, ac calculos comminuit.* Herbæ *ſiccatæ pulvis*, 3. *Drach. pondere, in vino ſumptus optimum eſt doloris Iſchiadici remedium, ut* Parkinſonus *perhibet; &* herba *in Balneis, & lotionibus cum aliis calidis, nervis, geniculiſque debilibus auxiliatur.* Artemiſia *autem de Sulphure, & Sale fixo participat; & in affectibus internis mulierum præcipue uſurpatur.*

ABROTANUM VULGARE. *J. B.* 3. 192.
Vid. Icon. 9 *Tab. XXII.*

Abrotanum *à vocibus* Græcis βροτός Mortalis, *& particula privativa* α; *quaſi diceris plantam immortalem, eò quòd perpetuò vireat: vel à voce* Græca ἄβρωτος non comeſtus, *à verbo* βρώσκω Comedo, *& particula* α, quòd *comedi nequeat ob ſaporem ingratum.*

Abrotanum vulgare. *J. B.* 3. 192. *Abrotanum mas anguſtifolium, majus. C. B. P.* 136. *Abrotanum Maſ-*

Tab. XIX. XX. XXI. XXII.

Dod. p. 21. *Abrotanum mas, vulgare, Fuchſii M. H.* 3. 11. Lignoſa materia fruticat, & altitudinem duorum triumve cubitorum aſſequitur, cujus ramuli crebri *foliis Abſinthii tenuifolii* æmuli, aliquatenus caneſcentibus, in varias tenues lacinias diviſis, onuſti ſunt, teneris ac tactui mollioribus; qui in ſummis *caulibus* ad flores tendentes paulatim recti, integri, & ſine inciſura cernuntur; inter quos ſpicatim naſcentes apparent *floſculi* bullati, ſublutei, iis Abſinthii pares: *Sapor* totius valde amarus, odorque acris, & vehemens non injucundus eſt: præcipue *ſeminis*, quod parvum, oblongum, ſolidum & minus, quam *Abſinthii eſt. Paſſim in Hortis, & in campeſtribus naſcitur* Abrotanum; *florètque Auguſto, & Septembri ſemen profert.*

Temperamentum, & Vires.

Calidum & ſiccum eſt Abrotanum, *inſigni digerendi, & incidendi vi præditum, qua pleraſque alias herbas antecellit; adjuncta ei eſt penetrabilis volatilitas, hinc in affectibus urinariis, nec non in ſuffocatione hyſterica Mulierum adhibetur, quarum etiam affectibus chronicis optimè ſuccurrit; Lumbricos interimit, ac pellit;* Semen *decoctum non tantùm in orthopnœa, convulſis, iſchiadiacis, & urinæ difficultati; ſed & menſibus ſuppreſſis auxiliatur. Cum oleo tritum aut permixtum, rigores periodice recurrentes tollit, corpuſque calefacit. Frequentiſſimus eſt uſus* Abrotani *ut in cineres redactum cum oleo Abrotani miſceatur, ad tollendam Alopeciam, barbamque eliciendam: lixivium adverſus capitis morbos ex eo paratur, quo æger caput lavet.* Moriſ.

DRACO HERBA. *Dod. p.* 709.
Vid. Icon. 10 *Tab. XXII.*

Taracon *ſeu* Tarchon *eſt ipſum* Arabicum *nomen, unde vulgo tranſpoſitis vocalibus fit* Tarcon, *ſeu* Draconis *herba*, Belgis *aliiſque* Dragon; *propter meram nominis conſonantiam potius quam ſignificationem ſic dicta eſt hæc herba.*

Draco herba. *Dod. p.* 709. *M. H.* 3. 3 *Ger. Dracunculus hortenſis. C. B. P.* 98. *Geſn. Eyſt. Dracunculus hortenſis, ſive Tarchon. J. B.* 3. 148. *Abrotanum, lini folio acriori, & odorato. T.* 459. *Tarchon Avicennæ, Tragum vulgare. Cluſ. Hiſt. Dracone vulgo, Cæſalp., & Taragon.* Fruticoſa promit duorum cubitorum, & ampliora *virgula*, dura, gracilia, nonnihil anguloſa, inconditis ramis diviſa: *foliis* primò orientibus indiviſis; ubi verò adolevit, foliis onuſta Lini foliis æqualibus, atrovirentibus, ſplendidis, omnis diviſionis ignaris, ſapore acri, ſubdulci tamen, & aromatico. *Corymbi* eo ordine per ſummos *ramos*, quo in Abrotano: apiculis *florum* vix conſpicuis, quos *ſemen* exicipit acetoſum. *Radix* longa, craſſa ſatis, & perennis. *In hortis colitur, ac ſæpiùs ramulis, quàm ſemine ſeritur totàque AEſtate viret.*


Temperamentum, & Uſus.

Valenter excalefacit, incidit, digerit, aperit, & provacat. Chab. *Flatus diſſipat, appetentiam excitat: manſa pituitam educit, & ſalivam ad inſtar Pyretri, hinc dentium dolores mulcet; humidum cerebrum purgat.* Folia *tenella, & gemmæ teneræ in Acetariis vernali tempore, ad frigiditatem aliarum herbarum temperandam, & guſtum aromaticum addendum comeduntur.* Folia *cauleſque teneri, ſale, & aceto conditi, in cibis, & acetariis ſaluberrimis, & in condimentis Anguillarum, & Piſcium frigidorum parandis uſurpantur. Planta hæc ad viſcoſum humorem corrigendum, ſtomachum calefaciendum, & concoctionem promovendam optimi eſt uſus.* Moriſ.


Tab. XIX.
1. Helenium, ſive Enula campana. J.B.3.108.
2. Aſter Atticus. Dod. p.266.
3. Virga aurea. Dod. p.142
4. Virga aurea anguſtif. ſerrata, ſive Solidago Saracenica. J.B.2. 1063.
5. Jacobæa vulgaris. J.B.2.1057. Jacobæa vulg. laciniata. C.B.
6. Doronicū maximū, foliis caulē amplexantibus. C.B. P.185.
7. Doronicum Plantaginis folio. C.B.P. 184.
8. Tuſsilago vulgaris. C.B. P.197.
Eques Morandi f.


Tab. XX.
1. Carlina acaulos, magno flore albo. C.B.P. 380.
2. Corona Solis. Tournef. 489.
3. Chryſanthemũ ſegetũ, vulg., glaucum. M.H. 3. 15.
4. Bellis ſylveſtris, minor. C.B.P. 380.
5. Chamæmelũ odoratum. Dod. p. 260.
6. Chamæmelũ vulgare. Dod. p. 257.
7. Chamæmelũ fœtidũ. C.B.P. 135.
8. Matricaria vulg., vel ſativa. C.B.P. 133.
9. Pyretrum Offic. Chab. 384.
10. Ptarmica vulg., fol. longo, ſer. fl. alb. J.B. 3. 147.
Eques Morandi f.


Tab. XXI.
1. Millefolium vulgare, album C.B.P. 140.
2. Caltha flore ſimplici J.B. 3.101.
3. Conysa major, vera. M.H.3.114.
4. Senecio minor, vulgaris. C.B.P. 131.
5. Eupatoriũ cannabinũ. C.B.P. 320.
6. Petaßites major, & vulgaris. C.B.P. 197.
7. Filago, ſeu Impia. Dod. p. 66.
8. Elichryſũ, ſeu Stœchas citrina, anguſtif. C.B. P. 264.
9. Elichryſũ montanũ fl. rotun. T. 453.
Eques J.B. Morandi f.



Tab. XXII.
1. Santolina foliis teretibus. T. 460.
2. Tanacetum vulg. luteum C.B.P. 132.
3. Balſamita major. Dod. p. 295.
4. Ageratum foliis ſerrato. C.B. P. 221.
5. Abſinthium vulg. major. J.B. 3. 168.
6. Abſinthium Romanum, vulg. Cluſ. H. 339.
7. Abſinthium Sanctonicū Alexandr. C.B. P. 139.
8
9
10
Eq. Morandi
Inv., del., et ſculp.
8. Artemiſia vulgaris. J.B. 3. 184.
9. Abrotonū vulgare. J.B. 3. 192.
10. Draco herba. Dod. p. 709.

DISTRIBUTIO XI.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE CAPITATAE.

Scabioſa pratenſis, hirſuta, quæ Officinarum; Succiſa, *ſive* Morſus Diaboli; Dipſacus, ſylveſtris, *ſive* Labrum Veneris; Eryngium vulgare; & Eryngium Maritimum.

SCABIOSA PRATENSIS, HIRSUTA, QUAE OFFICINARUM. *C. B. P.* 269. *Vid. Icon.* 1. *Tab. XXIII.*

SCabioſa *à* ſcabie, *quam ſanare exiſtimatur*, *nomen habet*.

SCabioſa pratenſis, hirſuta, quæ Officinarum. *C. B. P.* 269. *Scabioſa major, communior, hirſuta, folio laciniato. J. B.* 3. 2. M. *H.* 3. 45. *Scabioſa vulgaris, major. Dod. p.* 122. *Lugd. Adv. Lob, Scabioſa vulgaris, & Scabioſa Officinarum, floribus è cæruleo purpuraſcentibus. Eyſt. Diſſect. folia major. Thal. Folia* ſunt oblonga lata hirſuta, à lateribus laciniata, inſtar foliorum *Erucæ* fere; medii inter hæc, *caules* aſſurgunt teretes, aliquantulum ſtriati, cubitales aut ampliores; foliis aliquot ſimilibus adnatis, ſed ſenſim minoribus factis; in ſummis tenuibus virgulis, ſive earum apophyſibus eminent *flores* in uno orbiculo, ſive diſco collocati, ex plurimis petalis fiſtuloſis cærulеis ſimul farcti, quorum extima majora, media minora; quæ una cum ſtaminibus è cæruleo diluto, ſive cæſio colore rubeſcerent, interdum inalbicant; *Radix* longa in altum deſcendit. *Inter ſegetes, in campeſtribus, & in pratis paſſim ubivis fermè reperiri ſatis notum eſt. Floretque Majo, Junio, Julio, & Auguſt., citiùs tardius, deinde ſemen profert.*

Vires, & Uſus.

Facultatem aperiendi, attenuandi, diſcutiendi, & exſiccandi obtinet: ſudorifera eſt, & Alexipharmaca, ſicuti & Pulmonica. Multi uſus eſt adverſus tuſſim veterem, pectoris anguſtiam, reſpirationis difficultatem, laterum dolores, & Pleuritida. In angina, variolis, & morbillis ubi pulmones male ſe habent, cum ſucceſſu uſurpatur Scabioſa. *Ulcera interna per calorem matura reddit, in vino decocta ſanguinem mundificat, urinam provocat: Contra Scabiem, & humores cancros, intrinſecus, & extrinſecus ſumpta, & applicata, mire valet. In pruritu, impetigine, & in furfuribus, & Lendibus capitis, cum ſucceſſu uſurpatur. Fiſtuloſa quoque ulcera mundat. In febribus peſtilentialibus, & in ipſa Peſte, ſuccus, vel decoctum* herbæ & radicis, *optimi ſunt uſus*. Folia *non ſine ſucceſſu Carbunculis imponantur*. Lob. Jo., Bhau., Schrod. &c.

SUCCISA, *ſive* MORSUS DIABOLI. *J. B.* 3. 11. *Vid Icon.* 2. *Tab. XXIII.*

SUcciſa, *ſive* Morſus Diaboli (*quæ* Scabioſa *etiam eſt*) *dicitur, quod ejus radices circumroſæ ſint: vulgus enim credit*, Demonem *cum tantæ efficaciæ radicem hominibus invideat, tum ſtatim ubi ſuccrevit, undique circumrodere: quare* Morſus Diaboli *dicitur*,

SUcciſa, *ſive* Morſus Diaboli. *J. B.* 3. 11. *Succiſa. Dod. Matth. Succiſa glabra. C. B. P.* 269. *Morſus Diaboli. Trag. Ad. Lob. Scabioſa integriofolia, glabra, radice præmorſâ. H. L. Boerh.* 1. 129. *Scabioſa folio integro, glabro, flore cæruleo. T.* 466. *Scabioſa pratenſis, noſtras, premorſâ radice. M. H.* 3. 45. *Pucnocnomon. Col. Phytob.* 35. 36. *Morſus Diaboli* dicta eſt à *radice* principali abſciſſa, ſeu abmorſa, rectantibus compluribus lateralibus fibroſis radiculis; è *radice folia* oriuntur lata, oblonga viridia, peneglabra, ad margines nonnihil crenata; quibus ruptis apparent filamenta tenuia, araneorum telas referentia, quibus inferior pars folii abrupti pendent à ſuperiore, quod ut plurimum contigit in Scabioſis omnibus: *cauliculi* pedem, imo cubitum alti ſunt, qui in ramulos quoſdam diſtribuuntur, eminentibus *floribus* in ſingulis capitulis globoſis, ex pluribus petalis fiſtuloſis aliarum Scabioſarum more violaceis, ſeu cæruleis, conflatis. *Creſcit paſſim in campeſtribus, pratis, ac juxta arva: floret Julio, Auguſto, & Septemb.*

Vires, & Uſus.

Calef., & ſicc. 2. *amara, alexipharmaca, ac vulneraria eſt, ut* Scabioſa, *cum qua & reliquis facultatibus convenit. In primis celebratur in Epilepſia, Peſte, uteri dolore ſanguine coagulato, abſceſſibus occultis, lue venerea, ejuſque ulceribus, in vulneribus recentibus &c. Extrinſecus in angina, tumoribus tonſilar: diuturnioribus, qui ad ſuppurationem ægrè perveniunt (gargariſ.) in ſugilationibus, bubonibus &c.* Scrhod.

DIPSACUS, SYLVESTRIS, *ſive* LABRUM VENERIS *J. B.* 3. 74. *Vid. Icon.* 3. *Tab. XXIII.*

DIpſacus *quaſi ſitiens à verbo* Græco Διψάω ſitio: *Propter concavos ſinus (ut ait* Dioſcorides *lib.* 3. *cap.* 13.) *qua parte bina folia ad geniculum copulantur, quibus aquas ex rore, & imbribus in ſe colligunt: unde &* Dipſaci *quaſi* ſicientis *nomen traxit*. Labrum Veneris *à foliorum etiam poſitu, pelvis, ſeu lavacri ſpeciem conſtituentium, humorem perpetuo continentium, appellatur*.

DIpſacus ſilveſtris, *ſive* Labrum Veneris. *J. B.* 3. 74. *Dipſacus ſilveſtris, aut Virga paſtoris, major. C. B. P.* 385. *Dod. p.* 375. *M. H.* 3. 168. *Labrum veneris flore purpureo. Cæſ. Dipſacus ſylveſtris. Dod. Folia* primo anno, longitudine dodrantalia, latitudine trium digitorum, aſpera, rugoſa, & ſuperius aculeis armata, undique in orbem ſtrata ſunt; è quorum medio, ſequenti anno *caulis* aſſurgit rectus, humanæ altitudinis, teres, geniculatus, & ſpinis *Rajæ* piſcis modo armatus, præſertim in ſummis virgis. *Folia* è ſingulis geniculis bina exeunt, acculeis in eminenti dorſo *Luciorum* dentibus ſimilibus, non ab invicem diſcreta, ſed continua juxta exortum, & concavo ſinu, veluti labro quodam caulem amplectuntur. *Capitula* ſunt oblonga, ovata, aculeis longis, anguſtis, mollibus, & aliquo ordine diſpoſitis, ſurſum verſus, conſtantia. Subtus longi quidam radii foliacei, reſupinati, & inferius aculeati, exeunt. Omnia *capita* oblongam habent cavitatem, in qua nonnunquam vermiculi gignutur. *Flores* inter ſquamas proveniunt purpuraſcentes; & *ſeminibus* anguloſis maturaſcentibus, *radix* perit. *In ruderibus, & ad foſſas frequens oritur. Floret Autumno.*

Vires, & Uſus.

Aquam *ex* foliis *deſtillatam ad ulcera oris commendat* Tragus: *& eam quæ in foliorum concavo continetur, ad oculorum rubedines, ac caligines, & faciei maculas, quod norunt Mulierculæ formæ ſtudioſæ.* Capitulo *verò ejus Mangones rudem adhuc pannum pectunt, expoliunt, & detractis floccis concinnant.* Vermiculus *qui in Capitulo continetur, à Piſcatoribus hamo affigentibus maximè expetitur:*

tur : collo verò adalligatum , Quartanis Febribus remedio eſſe produnt . Chabr., & Matth. Radix *decocta ſanat rimas ſedis , & fiſtulas ; ſi decocta in vino tuſaque ad craſſitudinem ceræ admoveatur , Eadem tuſa , & melle excepta Phthiſicis deſperatis mire proficua eſſe comperitur ; Schrophulas ſanat , omnique putredini reſiſtit* . Moriſ.

ERYNGIUM VULGARE. *C. B. P.* 386.
Vid. Icon. 4. *Tab. XXIII.*

ERyngium Gr. ἐρύγγιον ἀπὸ τῆς ἐρευγῆς , i. e. ructu *nonnulli dictum putant , quod capræ quæ morſus ſurculum* Eryngii *præciderint , vel deglutiverint , totum gregem ponè ſequentem quaſi ſtupore attonitum ſiſtant , donec* Eryngium *ructu rejecerint* .

ERyngium vulgare. *C. B. P.* 386 *J. B.* 3. 85. *M.H.* 3. 165. *Cam. Eryngium campeſtre. Dod. p.* 730. *Eryngium campeſtre vulgare . Cluſ. H.* 157. *Mediteraneum , Tur. Geſn. Hort. Ger. Radix* longa , foris nigricans , intus albida , digiti calamive craſſitie ; unde oriuntur . *Folia* viridia , quorum quedam pene ſunt integra , ſubrotunda , pediculis longis inſidentia , ſed pleraque multipliciter in varias particulas diſſecta , ſpinis ſecundum marginum crepidines horrent . *Caulis* in complures alas diviſus , cubitalis , *capitula* promit ſpinoſa , concia figura , avellanæ magnitudinis , cum foliolis plurimis anguſtis , & ſpinoſis , rigidis , circumvallatis . *Floſculi* omnino circum caput exeunt pallidi , & ex cæruleo albeſcentes , pentapetali , parvi , ſtaminibus in medio candidis ; quorum ſingulis ſuccedunt bina *ſemina* brevia, ſimul juncta , arida , ſeparata , parte exteriore convexa , ſtriata , interiore concava , apiculis binis terniſve in ſummitate ſingulorum donata . *Gaudet locis herboſis , arenoſis . Floret Julio* .

ERYNGIUM MARITIMUM . *C. B. P.* 386.
Vid. Icon. 5. *Tab. XXIII.*

ERyngium Maritimum. *C.B.P.* 386. *Eryngium Marinum. Dod p.* 730. *J. B.* 3. 86. *Cluſ. H.* 159. *Matth. Cæſ. Folia* ampla ſubrodunda , è virore cæſio ſubalbicantia , ſpiſſa , & carnoſa , & juxta non altos ſinuum angulos , temporis decurſu ſpinoſa , craſſis , & carnoſis pediculis ſubvecta , prodeunt *è radice* valde prolixa , & per intervalla nodoſa , ſubalbicante , æqualis pene craſſitudinis , guſtu aromatico , æque ac odore cognatum genus reſipiente . Alterum demum poſt annum , inter illa *caulis* attollitur , pluſquam dodrantalis , craſſius , & quaſi nervulis per longitudinem liratus , cujus cacumina in brachia dirimuntur . Eorum autem extremitates ſingulæ globoſum *capitulum* ſuſtinent , ſenis anguſtis ſinuatis foliolis rigidis , & ſpinoſis , ſtellato ambitu ſuffultum , quod ſimul cum *floſculis* , illud propter filamenta media albicantia obſidentibus , cæruleum colorem refert . *Iu arenoſis oris maritimis variis* Europæ *regionibus frequens oritur . Habetur etiam in hortis* .

Eringii Vires & Uſus .

Radix *præcipue in uſum venit , & vel* vulgaris *vel* marini *eligitur ; excalefactoria , & moderate reſiccans ; nephritica eſt , & alexipharmaca ; urinas movet ; menſes pellit ; tormina , & inflationes diſcutit ; & jecinoroſis utilis eſt . Non parvam habet ſiccitatem in tenui eſſentia conſiſtentem , qua reſerare hepatis , renumque obſtructiones poteſt . In compotione Diaſatyrii præſcribitur ; & in numero quinque Radicum minorum aperientium collocatur . Saccharo aut melle condita , nemini diſplicet ; non modo nephriticis prodeſt , ſed & veneris concitratrix eſt . Eandem vim habet in pinguium carnium jure decocta . Ad menſes ducendos , in decoctis aperientibus , & materiam peccantem præparantibus , optimi eſt uſus . Affirmabat quidam , inquit* Ætius *aſſiduo* Eryngii *uſu ſe nunquam poſtea minxiſſe calculos , cùm prius eo morbo frequentiſſime vexaretur* . Foliorum *ſuccus cum vino expreſſus , ut &* radices *coctæ , iis proſunt , qui venerea gonorhæa vexantur* . Moris .

DISTRIBUTIO XII.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE , FLORE COMPOSITO , CAPITATAE SQUAMOSAE.

Carduus Marianus , *ſive* Lacteis maculis notatus ; Carduus Benedictus ; Cinara hortenſis , foliis non aculeatis ; Carthamus Officinarum , flore croceo ; Jacea nigra , pratenſis , latifolia Centaurium majus , foliis in lacinias plures diviſo ; Centaurium majus , folio Helenii incano ; Centaurium majus , folio Helenii anguſtiore ; Cyanus ſegetum , flore cæruleo ; & Lappa major , Arctium Dioſcordis .

CARDUUS MARIANUS , *ſive* LACTEIS MACULIS NOTATUS . *J. B.* 3. 52. *Vid. Icon* 1. *Tab. XXIV.*

CArduus *dicitur à caro , vel ex carpo , vel à* χείρω ἔχαρον , *tondeo ,* Scalig. *ob ſpinas quibus radit , ut pote ad lanas aptus &c.*

CArduus Marianus , *ſive* Lacteis maculis notatus . *J. B.* 3. 52. *Carduus albis maculis notatus , vulgaris . C. B. P.* 381. *Carduus Leucuographus . Dot p.* 711. *Carduus Mariæ vulgaris , Park. Leucacantha , Lac. Leucographus . Plin. Silybum . Ang. Adv. Lob. Folia* ejus magna , lata , ampla , ambitu crenata , multis duris , ac aſperis ſpinulis ſtipata , omnino glabra , dilute virentia , notis , ac lineis varie ductis , (unde nomen) iiſque candidis , ac lactei coloris maculata ; *Caulis* humanæ altitudinis , digito craſſior , in ramulos diviſus ; *flores* è capitibus ſatis amplis , ſpinis horridinis armatis , ſtaminei , ac purpuro-rubentis coloris emicant ; *Semen* oblongum , glabrum , & lucidum , lanugini implicatum eſt , quo matureſcente , radix perit . *Ad ſepes , & in aggeribus foſſarum , & munimentorum paſſim provenit* .

Vires , & Uſus .

Carduus Mariæ *temperatæ qualitatis eſt.* Aqua *ex* herba *deſtillata , ad pectoris , pulmonum , hepatis , Lineis , renum , uteri , mala ſananda , & ad reſerendas illorum obſtructiones commendatur ; quare & hydropicis utilis* . Semen *moderate calidum , & tenuium partium eſſe , nemo dubitat . Hujus autem inſignis eſt uſus in pleuritide , & laterum punctionibus ; & remiſcetur plerumque aliis ſeminibus , ex quibus emulſiones parantur* . Folia *tenera in medio naſcentia , demptis aculeis , cocta inter olera præſtantiora veniunt ; aſthmaticis utilia , aliiſque pectoris vitiis ægros liberant* . Scrhod. , & Moriſ.

CAR-

CARDUUS BENEDICTUS. *J. B. 3. 3. 75.*
Vid. Icon. 2. Tab. XXIV.

CArduus Benedictus. *J. B. 3. 75. Dod. p. 737. Eyſt. Carduus luteus, procumbens, ſudorificus, & amarus. M. H. 3. 160. Cnicus ſylveſtris, hirſutior, ſive Carduus Benedictus. C. B. P. 378. Caules* teretes, lenti, ac obſequioſi, & in alas nonnullas effuſi humi procumbunt; *folia* utrinque laciniata, innocentibus aculeis per margines ſpinoſa ſunt; *capitula* in ſummis virgulis acanacea, ſpinoſis, & pungentibus foliis, ac aculeis ſtipata; è quibus *flores* emicant lutei, parvi, multis floſculis fiſtuloſis conſtantes. Horum ſingulis ſuccedunt *ſemina* oblonga, craſſa, ſtriata, barbulis rigidis in apice capillata. Tota herba cum foliis, ac caulibus nec non capitulis, molli tenuique lanugine inter ſquamas contegitur, & guſtui amara eſt. *Creſcit in hortis. Floret Junio, & Julio.*

Vires, & Uſus.

Carduus Benedictus, & Sanctus *appellatur; excalefacientis, & exſiccantis naturæ; amarus eſt, & expurgans. Venenis omnibus reſiſtit, & peſtilentiales morbos averruncat, ſi tempeſtive propinetur. Curat & quartanas, ac inveteratas, ac diuturnas alias febres. Viſcera, hepar, ac lienem, ab obſtructionibus liberat; ventriculo quem bilis infeſtat gratus, ejuſque dolores, præſertim vitio ventriculi ſupervenientes, ſopit; ventris lumbricos interimit, ac expellit; tormina ſedat; urinam ciet; nephriticis, & calculoſis prodeſt; renum, ac laterum dolores mitigat. Optimum autem* herbæ *decoctum cum vino ſi febris adſit paratur. Datur & aridæ* pulvis *cum vino. Minus efficax eſt* aqua *per organa deſtillatoria extracta; contra Scorbutum, frequenter uſurpatur.* Herba *vel recens, vel ſiccata in aqua cocta, & uberius ſumpta, vomitum bene movet. In Zythogala in minori doſi ſudorem movet, & ad prædicta utilis eſt. Contumacia præterea, & rebellia ulcera, hujus decocto aliquot diebus ſumpto, curari affirmant Medici. & medicamentum vix ulli ſecundum eſt* aqua *diſtillata*, pulviſque *foliorum ulceribus malignis inſperſa, & ad mundandos, & curandos cancros, uſque ad oſſa ipſa putrefactos.* Schrod. Moriſ. Simon. Paul., & Jo. Bauh.

CINARA HORTENSIS, FOLIIS NON ACULEATIS. *C. B P. 383, Vid. Icon. 3. Tab. XXIV.*

CInara *dicitur, à cinere quo ſtercorari amat,* Columellæ, & Palladio. *Quidam à foliorum colore cinericeo dictum volunt: alii à* Cynara *ejus nominis Puella.* Κυνάραν Græci, Κιναραν, Alexander Trallianus Αρτυπχμυ; *quidam corrupta voce* Articocum; *alii* Alcocalum *vocant*. Gallice Artichoch, & Artichaux, *unde* Anglice Artichock, *appellatur.*

CInara hortenſis, foliis non aculeatis. *C. B. P. 383. Carduus domeſticus, capite majore, cum ſquamis diſpanſis, viridibus. M. H. 3. 157. Carduus, ſive ſcolymus ſativus, non ſpinoſus. J. B. 3. 48. Cinara. Dod. p. 724. Carduus hortenſis. Geſn.* Hort. *Sativus Cæſalp. Scolymus Græcorum, Artiſchochi fructus. Eyſt. Folia* laciniata, *Chamæleontis* albi foliis non diſſimilia (cum quibus etiam à *Dioſcoride* comparantur) ſed multo ampliora, imò ad tripedalem longitudinem porrecta, inferne nonnihil incana, ſuperne vireſcentia, *caulem* emittit bicubitali quandoque altitudine, craſſitudine vero pollicari; cujus faſtigium in capitis molem, duos vel tres pugnos æquantem, exuperare ſolet, coniformi, & turbinato quaſi modo, corticoſis unguibus, ſive ſquamis amplis coagmentatam. Atque hi floridum orbem, hyacinthini coloris, *floſculis* fiſtuloſis, & *ſtaminibus* turgidum, extrinſecus ſtipant; in quo durioribus pilis conditur. *Semen* cinereum. Foliis quandoque aculeatis horridis, aliâs mitioribus, quin & aliquando ſpinâ omni deſtitutis. *In hortis frequenter colitur.*

Vires, & Uſus.

Fructus *ſeu* capita *inter alimenta præſtantiora locum vendicant. Exteriorum ſquamarum ungues, ut & infimus* diſcus, *cui pappoſum* ſemen *inſidet, ad temeritatem decocti, cum butyro eduntur, & inter delicias habentur, ad opiparas cænas inſtruendas, (gulæ, veneriſque incitamenta) maxime idonei. Fundus quoque carnoſus in artocreis, & cupedulis delicatioribus, avide expetitur.* Fructus *tenelli crudi, cum Sale,* Italis, & Gallis *non ſine voluptate comeduntur. Sic &* foliorum *media,* coſtæque *eorum, culturæ candidæ, teneræque ſub terra factæ, & crudæ, & coctæ, magno apparatu menſæ, una cum bellariis, inferuntur; præſtat autem ipſas elixas mandere: cui uſui ſpecies ſpinoſæ præſertim inſerviunt, &* Cardo, Cardos, & Cardons *appellantur.* Radices *in vino coctæ, & potæ, graveolentes alarum hircos, & reliqui corporis viroſum odorem tollunt.* Succus foliorum *optimi eſt uſus; urinam mire provocat, adeo ut cochlearia duo ejuſdem cum vino albo, aut potius aceto, horis medicis ſumpta, eos qui hydrope pene perempti ſunt, ad ſalutem priſtinam revocent.* Folia *in Zythogala decocta, ad icterum removendum, aliaſque obſtructiones, imprimis commendantur, ut medicamentum nulli ſecundum.* Moriſ.

CARTHAMUS OFFICINARUM, FLORE CROCEO. *T. 451. Vid. Icon. 4. Tab. XXIV.*

CArthamus, & Carthamum *dicitur, quoniam à* Mauris, *apud quos frequens naſcitur, dicitur* Kartam, & Karten, *unde fit terminatione Latina* Charthamus. Cnicus *appellatur* ἀπὸ τῦ κνίζειν, *quod* mordere, & pungere *ſignificat; vel potius dicitur à floris colore croceo;* κνηκὶς *exponitur; croceus, flavus, rutilus.*

CArthamus Officinarum, flore croceo. *T. 451. Carthamus, ſive Cnicus. J B 3. 79. Cnicus ſativus, ſive Carthamus Officinarum. C. B. P. 378. M. H. 3 145. Cnicus vulgaris. Cluſ. H. 152. Cnicus ſativus. Eyſt.* Tereti ſurgit *caule*, ſingularique, qui ſuperius in ramos dividitur. *Folia* per caulem ramoſque indigeſta, nervoſa, glabra, brevibus ſpinulis per ambitum donata, ſeſcunciam aut uncias duas longa, unciam fere lata, in acumen deſinentia, anguſta cervice ramis adhærent. Ramulorum extremis inſident capita inter folia ſquamata, è quibus *flores* explicatur ſtaminei, ſaturo Croci rubore tincti. *Semen* pappo adhæret oblongum, album, quadratum, medulla dulci, alba. *Annua eſt planta, quæ variis regionibus in hortis, & campis ſata eſt. Julio, & Auguſto menſibus floret.*

Vires, & Uſus.

Semen *ad purgationes aptum excalefacientis eſt naturæ: Tunditur ut ex eo exprimatur ſuccus, qui cum Hydromelite, aut gallinaceo jure datus, alvum purgat, ſtomacho tamen adverſatur.* Dioſc. *Auctore*, ſed *corrigitur, addit* Meſues, *Aniſo, Galanga, Zinzibere, aliiſque ſtomachicis, quæ non modo ventriculum roborant, ſed & actionem ejus accelerant. Ex hujus interiore medulla hydragogon celeberrimum, & præſtantiſſimum medicamentum conficitur, Diacartamum vulgo nominatum, ad hydropicorum purgationes utiliſſimum.* Guidonem *Chirurgum*, & Jo. Bauh.

JACEA NIGRA, PRATENSIS, LATIFOLIA. *C. B. P. 271. Vid. Icon. 5. Tab. XXIV.*

JAcea *forte dicitur* à jacendo, *quod humi jaceat, & non aſſurgat.* Ambroſin.

JAcea nigra, pratenſis, latifolia. *C. B. P. 271. M. H. 3. 139. Tab. Ger. Jacea nigra, vulgaris, capitata, & ſquamata. J. B. 3. 27. Jacea nigra flore purpureo. Eyſt. Radice* duriuſcula, fibris longis adnexis, proveniunt *folia* palmum ſæpe longa, à pediculis aut ex anguſtia in uncialem aut biuncialem latitudinem ſeſe dilatantia, viridia, frequenter integra, interdum vero ſinuata, tantilla hirſutie donata: inter hæc *caules* aſſurgunt cubitales, tenues, ſtriati, firmi, fractu contumaces, foliis minoribus onuſti, qui in alios cauliculos ramuloſve diviſi, folia adhuc minora, & longe anguſtiora inordinatim gerunt. Caulium ſummitates pauca ſuſtinent *capitula* ex ſquamis nigreſcentibus compoſita, figura pyramidali, è quorum vertice proveniunt *flores* purpurei, tubuloſi, in margine in quinque tenues lacinias diviſi, ut ſtaminei ampli quaſi appareant. His autem ſuccedunt *ſemina* oblonga, brevi pappo coronata, & in hirſuta lanugine (qua caput impletum eſt) latentia. *In pratis, & paſcuis, ubique fere obvia, occurrit. Floret à media AEſtate, in Autumnum ipſum.*

Vires, & Uſus.

Jacea *amariuſcula eſt* herba, *calido ſiccoque temperamento prædita. Adverſus diuturniores tonſillarum fauciumque tumores, qui ad ſuppurationem ægre perveniunt, nulli ſecunda.*

cunda. Adhærentem faucibus pituitam abſtergit, digerit & diſcutit; tumoreſque earum partium cito tollit ſi decoctum *in ore gargarizato diutius retineatur, præſertim mellis roſacei exigua portione addita.* Moriſ.

CENTAURIUM MAJUS, FOLIIS IN LACINIAS PLURES DIVISO. *C. B. P.* 117.
Vid. Icon. 1. *Tab. XXV.*

ΚΕνταύριον τὸ μέγα, Centaurion *eſt medicamentum à* Chirone Centauro *inventum, & eſt herba de qua in præſenti*: Arabibus Kabir.

CEntaurium majus, foliis in lacinias plures diviſo. *C.B.P.*117. *Centaurium magnum. Dod. p.* 334. *Matth. Caſt. Centaurium, majus. I. vulgare. Cluſ. H. X. Centaurium majus, juglandis folio. J. B.* 3. 38. *M H.* 3. 131. *Rapontica quæ hodie Centaurea major. Trag. Caulem* habet rectum, qui hominis proceritatem aſſequitur, quique in ramos circa ſummitatem dividitur. *Folia* ampliſſima coſtæ mediæ *Juglandis* foliorum inſtar, ſeu conjugatim diſpoſita, quorum alæ ſingulares ſpithamani fere ſunt longæ latitudine trium aut quatuor unciarum, per ambitum ſerratæ, nervoſæ, glabræ, ſaturate virentes; ac folia primum prodeuntia integra ſunt, nec diſſectionem agnoſcunt. *Capitula* ſquamata ſurculorum extremis inſident, è quibus emicant *Flores* ex multis floſculis fiſtuloſis purpureis, quinquefariam in limbo, ſeu margine diviſis contexti; His autem ſingulis evanidis ſuccedunt ſingula *ſemina* nitida, oblonga, in ſuperiore ſingulorum parte conſpiciuntur villi rigidi, pappos æmulantes. *Radix* rubens craſſiuſcula, longa, recta, fragilis, foris nigricans, interius rubeſcens, ſucco ſanguineo prægnans, cum dulcedine, & attrictione nonnihil mordax. *Creſcit in alpibus, & vallibus pinguibus; Floret Æſtate; radices autem Autumno legi expedit.*

Vires, & Uſus.

Radix Centaurii *majoris*, Galeno *Auctore, ſicuti guſtu, cum acrimonia, & dulcedinis miſtura, contrarias qualitates, ita uſu contrarios effectus prodit. Convenit, inquit* Dioſcorides, radix *ruptis, convulſis, pleuriticis, ſpirandi difficultate, veteri tuſſi laborantibus, ſanguinem expuentibus, non frequenter cum vino, febricitantibus cum aqua exhibita: item ad tormina, & uteri dolores placandos adhibetur. Eſt vulneribus idonea, recens tuſa, aut arida prius madefacta, contuſaque; conjugit etenim, ac glutinat. Quin & carnes minutim ſectæ ejus virtute coaleſcere dicuntur, ſi contuſa ſimul decoquatur.*

CENTAURIUM MAJUS, FOLIO HELENII INCANO. *T.* 449. *Vid. Icon.* 2. *Tab. XXV.*

CEntaurium majus, folio Helenii incano. *T.* 449. *Centaurium majus, Rha capitatum, folio Enulæ ſubtus hirſuto, & incano. J. B.* 3. 41. *Rhaponticum, folio Helenii incano. C. B. P.* 117. *Rha capitatum, Helenii folio. Lugd.* 1700. *Rha, ſive Rhei æſtimatur. Dod. p.* 389. *Folio* eſt amplo *Enulæ* ſive *Verbaſci nigri*, magnitudine, & forma oblonga, prona parte lanugine cinericea obducta, ſupina vero viridante, per ambitum ſerrato, craſſo nervo per longum decurrente, à quo in margines oblique porriguntur venæ, antequam ad oras pertingant, in venulas diviſæ, pediculo longiuſculo, ſatis craſſo, villoſo, innitente. *Caule* recto, capite faſtigiato, foris ſquamulis loricato, ac *Floribus* ex pluribus floſculis fiſtuloſis purpureis, quinquefariam in limbo diviſis, compoſitis. *Semine*, cum circa Junium, & Julium maturuit, Centaurii majoris, primi, Carthami longiore. *Radice* etiam majori, fungoſiori, & Rhabarbari ſimili. *Provenit in ripis Fulvii Rha vulgo dicti.*

CENTAURIUM MAJUS, FOLIO HELENII, ANGUSTIORE. *T.* 449. *Vid. Icon.* 3. *Tab. XXV.*

CEntaurium majus, folio helenii, anguſtiore. *T.* 449. *Rhaponticum, anguſtifolium, incanum. C. B. P.* 117. *Centaurium majus, alterum, capitatum, anguſtiore, incano, & integro folio. M. H.* 3. 132. *Rha, Ponticum alterum, anguſtiore folio. Lugd.* 1701. Hoc priori in multis affine eſt, ſed *folia* habet multo anguſtiora, *Lapathi* acuti inſtar, averſa parte incana, adverſa viridia; cæteris priori convenit. *Vidimus nos in Sabaudiæ montibus, & in* Hort. Reg. Accad. Taurinen.

Vires, & Uſus.

Centaurium majus, Rha capitatum *dictum, è miſtis etiam partibus compoſitum eſt (viz.) terreſtribus, adſtringentibus, & reſiccantibus; aliis tenuioribus, aeris, & purgatoriis. Laudatur à* Dioſcoride *quaſi aptum ad tollendas inflationes ſtomachi, imbecillitatem, & omnes ejus dolores; convulſis, lienoſis, hepaticis, neuphriticis, tormine vexatis prodeſt &c. Utilis ac commoda ex eo purgatio fit omnibus quos bilis flava infeſtat, ut laborantibus acutis, & tercianis febribus, ictericis, hepaticis; confert in pleuritide, angina, peripneumonia &c. Plura lege apud* Jo. Bauh., *&* Dodon. *&c.*

CYANUS SEGETUM, FLORE CAERULEO. *C. B. P.* 273. *Vid. Icon.* 4. *Tab. XXV.*

ΚΥανος Græcis, Latinus Cyanus, *à* Cyaneo, *vel* cæruleo *colore, quem flos habet, dicitur.* Plin. *l.* 21. *c.* 8.

CYanus ſegetum, flore cæruleo. *C. B. P.* 273. *Cyanus, ſegetum vulgaris, minor, annuus. M. H.* 3. 134. *Cyanus. J. B.* 3. 21. *Cyanus arvenſis, flore cæruleo. Cyanus minor vulgaris. Lob. Ger. Park. Eyſt. Baptiſecula. Trag. Caules* profert erectos, duros, anguloſos, quibus inferius adnaſcuntur *folia Erucæ* modo laciniata, & ſuperius anguſta, integra, & utrinque tomentoſa; *capitula*, in ſummis cauliculorum faſtigiis turbinata, & in anguſtias ſe contrahentia; ſquamata, in conicam figuram efformata; e quibus *Flores* erumpunt cærulei, ex multis tubulis, pulchra ſerie in ordinem digeſtis, cum *ſtaminulis* in medio: *ſemen* læve, ſplendidum, parte ſuperiore barbatulum, quod inſter floccos, & pilos in capite contentos reperitur. *Creſcit paſſim inter ſegetes. Floret Majo, & Junio.*

Vires, & Uſus.

Aqua *ex floribus deſtillata oculorum inflammatione, rubedine, ac lippitudine, laborantibus, linteolis madefactis, prodeſt.* Trag. *Ad putrida ulcera valet* Florum Cyani *contuſorum* ſuccus *inſtillatus, aut* pulvis *aridorum inſperſus.* Floribus *ejus conciliatur color elegans Saccharo, cujus uſus omni vacat periculo.* Chabr. *In Eryſipelate, morbo regio, palpitatione cordis, & uterina ſuffocatione prodeſſe dicitur.* Moriſ.

LAPPA MAJOR, ARCTIUM DIOSCORIDIS. *C. B. P.* 198. *Vid. Icon* 5. *Tab. XXV.*

LAppa, à *verbo* Græco λαβεῖν, λαμβάνω capio, *quòd veſtibus hæreat. Dicitur*, ἄρκειον *ſive* προσωπὶς *aut* προσώπιον, *id eſt* Perſonata, *quod hac herba propter amplitudinem foliorum, utpote latiſſimorum uti veteres ſolebant, ſi forte perſonam, ſeu larvam induere placuiſſet.*

LAppa major, Arctium Dioſcoridis. *C. B. P.* 198. *Perſonata, ſive Lappa major, vel Bardana. J.B.* 3. 570. *Bardana, ſive Lappa major. Dod p.* 38. *Perſonata, Lappa major, Bardana. Lob. Ic.* 588. *Perſonata major. Matth. Caſt. Bardana major. Ger. Park.* Duos cubitos alta eſt, & procerior aliquando *radice* longâ, craſsâ, foris nigrâ, intùs albâ, ſapore ſubdulci, *Caules* recti, ſtriati, lanuginoſi, rubentes, ramoſi. *Folia Verbaſci* aut *Helenii*, breviora, rotundiora, ſupernè atro-virentia, infernè incanâ lanugine pubeſcentia. *Capitula* echinata, recurvis ad obvias veſtes, & ſimilia pertinaciter adhærentibus uncis horridos. *Flores* purpuraſcentes. *Semen Cumino* parvo ſimile. *Ad vias publicas, & inter rudera frequenter. Menſibus Junio, & Julio florens invenitur.*

Vires, & Uſus.

Radices, folia, & ſemina *in Officinis uſurpantur*: Radix *moderate reſiccat, & diſcutit; eximie diaphoretica eſt, ac diuretica, tenuium eſt partium, cum quodam calore; hinc calculoſis, renum & veſicæ morbo, & pleuritide laborantibus commendatur. In Lue venerea curanda egregium habet uſum; adverſus morbos malignos, & canum rabidorum morſus, vim obtinet. Sed de iſtis plura apud* Sim. Paul., Jo. Bauhin. *&c* Folia *digerentis, & exſiccantis facultatis ſunt, nonnihil adſtringentia, quamobrem veteribus ulceribus, imo cancris ipſis, utilis eorum applicatio.*

catio. Succus herbæ *vino veteri in potionem datus, omnes morſus ſerpentium mirifice ſanat, febricitantes juvat, caloremque optime mitigat: iis, qui doloribus articulorum gravantur, podagricis &c. externa tantùm foliorum applicatio mirè confert; tumores quoque placat, & commulcet. Adverſus ſuffocationes, præcipitationes, ac dislocationes matricis, remedium eſſe præſtantiſſimum, ſcribit* Mizaldus; *capitique impoſitam, ejus dolorem mitigat, dicit* Virtembergius. *Caules primo vere erumpentes, dum teneri ſint, deraſo cortice, crudi, coctive prima menſa mandi cœpere aliis ſolo ſale, aliis oleo acetoque utentibus, in tantum recepta gratia, ut largiſſime à quibuſdam manducentur; calculoſis ad urinam ciendam, ſemen augendum, veneremque excitandum, idonei perhibentur.* Semen *pulveriſatum, inque vino datum Iſchiadicos mire ſanat, dolorem veſicæ juvat, ut ex* Ephem. Germ. An. 3. Obſ. 222. *apparet, ubi multum ſalis nitroſi poſſidere, & proinde in podagra curanda, & calculoſis medendis, præſtantiſſimum eſſe facilè colligitur.*

DISTRIBUTIO XIII.

PLANTAE GYMNODISPERMAE STELLATAE.

Rubia Tinctorum, ſativa; Gallium luteum; Cruciata hirſuta; Aſperula odorata, flore albo; & Aparine vulgaris.

RUBIA TINCTORUM, SATIVA. *C. B. P. 333.*
Vid. Icon. 1. Tab. XXVI.

RUbia *dicitur à radicis rubore, quo lanæ, & coria tinguntur.* Ερυθρόδανον *ſimiliter* Græcis *appellatur.*

RUbia Tinctorum, ſativa. *C. B. P.* 333 *M. H* 3. 326 *Rubia ſativa. J. B.* 3. 714. *Rubia. Dod. p.* 352. *Dod Cæſ. Cord. Rubia major. Cluſ. H.* 177. *Adv Lob. Rubia tinctorum. Gen. Radices* longæ ſunt, & rubentes, vermibus fere ſimiles, exteriore cortice carnoſiore, nervo tenui in medietate tenaci, ſtolonibus luteis, & quaſi comoſis in ſuperiore parte donatæ. Ex his *ſarmenta* aſpera, longa, & quadrangularia, parvi digiti craſſitudinem æquantia proveniunt; ad quorum genicula *folia* biuncialis longitudinis, in medio latiuſcula, mucronata, numero quinque vel ſex, hiſpida, & præſertim in dorſo quaſi ſpinulis aſpera, radiatim, ſeu verticillatim caulem ambiunt. *Flores* in ſummis ramulis, modò erectis, modòque reclinatis, naſcuntur parvi, in fundo integri, margine quadripartiti, viridilutei, cum apicibus in medio extantibus flavis. Iſtis ſubſunt *Fructus* rotundi, initio virentes, inde rubentes, poſtea nigri coloris, cum binis oſſiculis concavis, acetabuli figura, incluſis. *Folia*, & *caules* appropinquante hyeme tota pereunt, & ex eadem *radice* anno ſequente reſurgunt. *In Hortis, & arvis copioſe ſeritur.*

Vires, & Uſus.

Radices *in Officinis præſtant. Aperiendi, diſcutiendi, & diſſolvendi facultatem obtinent; idcirco ad obſtructiones removendas proſunt, & ad obſtructiones lienis, hepatis, uteri, reſerandas, & icterum adhibentur. Ad hydropem, urinæ ſuppreſſionem, menſtrua ducenda, ſanguinemque coagulatum removendum, utiles; collectioneſque viſcerum diſcutiunt, teſte.* Schrod., & Moriſ. *Commendatur vulgò* (Fallopio *paucisque aliis exceptis*), *earum* decoctum *ruptis, cæſis, vulneratis, ex alto præcipitatis: floreſque reprimere, inflammationes mitigare, & offenſas quaſſataſque partes reſtituere, creditur.*

GALLIUM LUTEUM. *C. B. P. 335.*
Vid. Icon. 2. Tab. XXVI.

GAllium *dicitur, eo quod coaguli vice lac* τὸ γάλα *cogat, & coagulet.*

GAllium luteum. *C. B. P.* 335. *T.* 115. *M. H* 3. 227. *Gallium verum J. B* 3. 720. *Gallium. Dod. p* 355. *Matth. Fuchſ Radicula* dura, tenui, & tenaci donatur. *Cauliculi* inde graciles, ex rotundis quadrati, pedales ſunt, & interdum cubitales; quibus *foliola* exigua, atroviridia, plerumque novena, per intervalla, ſtellatim radiata naſcuntur. *Flores* parvuli ſunt, frequentes denſique in ſummis virgulis, luteo ſplendentes colore, odore ſuavi *Semina* ſuccedunt bina, nigricantia, teſticulata, parva. *In apricis locis, collibus, juxta vias in paſcuis, & agrorum marginibus, frequens occurrit.*

Vires, & Uſus.

Facultatem exſiccatoriam, & ſubacrem habet. Flos *ejus ambuſtis illinitur, & ſanguinis profluvia ſiſtit.* Pulvis *quoque adverſus hæmorragiam valet.* Florem *tuſum, & impoſitum tanquam efficacem contra cancrum, & cancroſa ulcera, morſumque canis rabidi, commendare ſolet* Schvvencfeldius. Decoctum *herbæ acopa eſt laſſitudinibus utilis.* Florum comæ *in lacte maceratæ illud coaguli modo, præ earum aciditate, condenſant; quod quotidiana experientia, præſertim in agro* Ceſtrienſi *ubi frequens in uſum venit, comprobatur.* Chabr., & Moriſ *Radix venerem excitat. Sic de eo decernunt* Galen., & Dioſcorid.

CRUCIATA HIRSUTA. *C. B. P. 335.*
Vid Icon. 3 Tab. XXVI.

CRuciata, & Crucialis *à foliis* cruciatim *naſcentibus dicitur.*

CRuciata hirſuta. *C B. P* 335 *Cruciata. Dod. p.* 357. *Crucialis. Hermol Cæſ. Gallium latifolium, Cruciata quibuſdam, flore luteo. J B.* 3. 717. *Cruciata vulgaris Park Ger.* Mollis hæc herba hirſuta, *Cauliculos* tenellos, pedales, quadrangulares profert, geniculis articulatos; è quibus *folia* è ſingulis nodis quaterna, brevia, latiuſcula, & obtuſa, decuſſatim proveniunt. *Flores* exigui, lutei, cruciformes, cum foliis exeunt, & verticillatim naſcentes apparent. *Semina* ſuccedunt parva, binatim juncta. *Radix* tenuis, è geniculis reptatricibus fibrata eſt. *Juxta foſſas, ad ſepes, & fruteta per totam AEſtatem florens paſſim reperitur.*

Vires, & Uſus.

Adſtrictoriæ, & reſiccatoriæ eſt facultatis. Recentiores inter vulnerarias præſtantiores, ad uſus internos, & externos, numerant; & ramices hac curari poſſe ajunt, decocto *ejus aliquot diebus epoto,* herba *vero ipſa parti affectæ impoſita.* Moriſ.

ASPERULA ODORATA, FLORE ALBO.
Dod p. 355. *Vid. Icon. 4. Tab XXVI.*

ASperula odorata, flore albo. *Dod p* 355 *M. H* 3. 331. *Aſperula, ſive Rubeola, montana, odora. C. B. P.* 334. *Rubia, montana, odora. H. L. Boerb.* 1. 149. *Rubiis accedens, Aſperula quibuſdam, ſive Hepatica ſtellaris. J. B.* 3. 719. *Aparine, latifolia, humilior,*

milior, montana. *T.* 114 *Aſperula odorata noſtras.* *Adv. Lob.* *Aſperula, aut Aſpergula odorata.* *Park.* Cauliculi huic tenues, quadrati, dodrantales, è *radice* repente, geniculata, vivaci, fibris exinde demiſſis, aſſurgunt. Ex horum ſingulis geniculis *folia* ſena ſeptenave, uncialia, latiuſcula, pallide virentia, hirſutie ſcabra, ſtellatim ſunt radiata. E ſuperioribus nodis in ramuſculos, parvos frequenter ſe dividit, & erecte in ſummitatibus, corymbatim naſcuntur plurimi *floſculi* candidi, tetrapetali, gratum odorem ſpirantes. *Semina Aparines* ſeminibus minora, hirſutie aſpera obſita, teſticulata, ſuccedunt. *In Sylvis opacis, lociſque umbroſis montoſis, provenit.* *Menſibus Majo, & Junio floret.*

Temperamentum, & Vires.

Temperatæ modiceque exſiccantis eſt, utpote cephalica, & vulneraria. *Hepaticis quoque herbis adnumeratur, & in potionibus vulnerariis eligitur.* *Ad obſtructiones removendas, hilaritatemque conciliandam commendatur.* *Mulierculæ etiam utuntur in decoctis contra ſcabiem.* Moriſ. *Extrinſecus in temperie calida Epatis (cataplas) in tumoribus calidis.* *Quin & pedibus alligata parturientium partum accelerare dicitur.* Schrod.

APARINE VULGARIS. *C. B. P.* 334.

Vid. Icon. 5. *Tab. XXVI.*


APARINE, & Aperina Latinis, *quaſi* Aſperina, *ab aſpero herbæ habitu.* Græcis ἀπαρίνη, δίπὸ τῦ ἀπαρνυατε, i. e. *auferendo, quod ſua aſperitate prætereuntium veſtes auferat.*

APARINE vulgaris. *C. B. P.* 334. *Aparine. Dod. p.* 353. *J. B.* 3 713. *Ger. Lob. Matth. Lugd.* *Philandropon, Dioſc., & Plin., & Lappago etiam Plinii.* Planta hæc, in ſepibus frequentiſſima, *viticulis* quadrangularibus, aſperis, vix ſe ſuſtentantibus, tricubitalibus aſſurgit. Ad genicula *folia* oblonga ſeptena aut octona, aſpera, orbiculatim radiata ſunt. Ex horum alis alii ramificantur cauliculi, in quibus tetrapetali, minimi, albi, cruciatim naſcentes ſparguntur *flores*. *Semina* bina ſimul juncta ſingulis floſculis ſuccedunt, cortice aſpero tecta, cum ſemine duro, & cartilagineo, albo, & medio effigiem aliquantulum concavam oſtendente. Hiſce deciduis, novæ plantæ quotannis exſurgunt. Aſpera tota eſt herba, prætereuntium veſtibus, ac laciniis præ ſcabritie ſua adhærens, & linguæ admota ſanguinem elicit. *Exit juxta margines agrorum, & quandoque in ipſis agris, frugibus permixta: nec non ſecus vias, ſcrobes, ſepes, & inter ſentes. Æſtiviſque menſibus floret.*


Temperamentum, & Vires.

Extergit modiceque exſiccat; nonnihil ſubtilium eſt partium, & aperiendi vim habet inſignem. Aqua deſtillata *contra tum pectoris, tum hypochondriorum moleſtos dolores in uſum quotidianum venit.* Sim. Paul. *Eandem bis in die ſumptam menſura trium lingularum cochleariumve ajunt cohibere, efficaciſſimamque eſſe adverſus morbum regium.* Trag. Succus herbæ *potus adverſus tertianas, & tetartæas efficaciſſimum eſt remedium.* *Calculoſis, & arenuloſis mire prodeſt, uti etiam* aqua diſtillata. Herba pulveriſata, *aut ejuſdem* decoctum, *gonorrhæa laborantibus mire auxiliatur.* D. Palmer. Herba *recens cum axungia trita ſtrumas diſcutit.* *Sanguinis etiam abundantiam ex vulneribus reprimere* folia *impoſita,* Plinius *auctor eſt.*

Tab. XXIII. XXIV. XXV. XXVI.


Tab. XXIII.
1. Scabioſa pratenſis, hirſuta, Officinarum. C.B.P. 269.
2. Succiſa, ſive morſus Diaboli. J.B. 3.11. Succiſa glabra.
3.
3. Dipſac. ſylveſtris, ſive labrum Veneris. J.B. 3. 74.
4.
5.
4. Eryngium vulgare. C.B.P. 386.
5. Eryngium maritimum. C.B.P. 386.
Eques Jo. B. Morandi f.


Tab. XXIV.
1. Carduus Marianus, ſive lacteis maculis notatus. J.B.3.52.
2. Carduus Benedictus. J.B.3.75.
3.
4. Carthamus Officinarum, fl. croceo. T.457.
5. Jacea nigra, pratenſis, latifolia. C.B.P.271
3. Cinara hortenſis, foliis non aculeatis. C.B.P.383.
Artiſchochi fructus. Eyſt.
Eques Johannes Baptiſta Morandi Mediolanen. Inven., Delin., & Sculp.


Tab. XXV.
2. Centaurium majus, folio helenii incano.
T.449.
3. Centaurium majus, folio helenii anguſtiore
T.449
1.
1. Centaurium majus, folio
in lacinias plures diviſo.
C.B.P. 117.
4. Cyanus ſegetum, flore
cœruleo. C.B.P. 273.
5. Lappa major, arctium
Dioſcoridis. C.B.P. 198.
Eques Joães Bapta Morandi Inv. Del. et Sculp.


Tab. XXVI.
1. Rubia Tinctorum, ſativa. C.B.P. 333.
2. Gallium luteum. C.B.P. 335.
3. Cruciata hirſuta. C.B.P. 335.
4. Aſperula odorata, flore albo. Dod. p. 355.
5. Aparine vulgaris. C.B.P. 334.
Eques J.B. Morandi F.

DISTRIBUTIO XIV.

PLANTAE GYMNOTETRASPERMAE VERTICILLATÆ.

Lavandula latifolia ; Lavandula anguſtifolia ; Stœchas purpurea ; Stachys fœtida , ſepium flagellis reptatricibus ; Stachys paluſtris , fœtida ; Betonica vulgaris , purpurea ; Thymus vulgaris , folio tenuiore ; Serpillum vulgare , minus ; Marrubium album , vulgare ; Lamium purpureum , *vel* album non fœtens , folio oblongo ; Clinopodium Origano ſimile ; elatius majore flore Hyſſopus vulgaris ; Satureja ſativa ; Horminum , Sclarea dictum ; Salvia major ; Meliſſa hortenſis ; Brunella major , folio non diſſecto ; Ocymum vulgatius ; Sideritis vulgaris , hiſuta , erecta ; Hedera tereſtris , vulgaris ; Cataria major , vulgaris ; Ballote , *ſive* Marrubium nigrum , fœtidum ; Calamintha vulgaris ; *vel* Officinarum Germaniæ ; Ancinos , *ſive* Ocymum ſiylveſtre ; Majorana vulgaris ; Dictamnus Creticus ; Orignanum ſylveſtre , vulgate ; Origanum Creticum ; Origanum Heracleoticum , Cunilla gallinacea Plinii ; Roſmarinus hortenſis , anguſtiore folio ; Cardiaca ; Chamædrys minor , repens ; Marum Syriacum , *vel* Creticum ; Chamæptys lutea , vulgaris , *ſive* folio trifido ; Scordium ; Polium montanum , luteum ; Bugula vulgaris , ſylvatica , cærulea ; Mentha rotundifolia , criſpa , ſpicata ; Mentha hortenſis , verticillata , Ocymi odore ; Pulegium latifolium ; & Verbena vulgaris .

LAVANDULA LATIFOLIA . *C B. P.* 216.
Vid. Icon. 1 *Tab. XXVII.*

LAvandula , & Lavendula *dicitur , quod in balneis , & lavacris expetatur ; omnibuſque rebus lotis ſi permiſceatur , ſuavem conciliet odorem .*

LAvandula latifolia *C. B. P.* 216. Ψευδόναρδος , *quæ Lavandula vulgò . J. B* 3. 281. *Lavandula . Dod.* p. 273 *Lavendula major , ſive vulgaris . Park. Lavandula flore cæruleo . Eyſt. Nardus Italica . Lob. Radicibus* firmatur fibroſis . & lignoſis ; è quibus ramuli fruticoſi , angulares , ſequicubitales , & bicubitales , enaſcuntur . Circa ramuſculorum genicula *folia* biuncialia , & longiora , quadrantem lata , ſubalbi viroris , & odoris aliquantulum acuti , binatim è regione , emittit ; æque tamen numeroſa ſerie digeſta , in virgis plurimis lignoſis , quadrangulis , quæ longe ab illis in *ſpicas* oblongiuſculas faſtigiatim farciuntur , Spicæ iſte acutæ digiti humani longitudinis , ex cæruleis calyculis arctæ ſibi adhærentibus , & verticillis continguis appoſitis , componuntur : ex hiſce enimcalyculis concemptaculiſve *flores* cærulei , galeati , ſubtus tuboloſi , emicant ; atque his marcidis , poſtmodum in iiſdem conceptaculis calyculatis *ſemina* quaterna , exigua , fuſca , lævia , ſuccedunt . *In Montoſis* Galloprovinciæ , & Hiſpaniæ *apricis , & petroſis locis ſponte provenit . Junio , & Julio menſibus floret .*

LAVANDULA ANGUSTIFOLIA . *C. B. P.* 516.
Vid. Icon. 2. *Tab. XXVII.*

LAvandula anguſtifolia . *C. B. P.* 516. *Lavandula altera . Dod. p.* 273. *Lavendula minor , ſive Spica . Ger. M H.* 3. 352. *Spica vulgaris , flore cæruleo . Eyſt. Nardus vulgo . Geſn. Spica Nardi . Cam. Pſeudonardus , quæ vulgo Lavendula . J. B.* 3. 281. *Pſeudoardus fæmina . Matth. Lavendulæ vulgaris* facie aſſurgit , in omnibus vero minor , & humilior eſt *foliiſque* minoribus crebrius obſita . *Spicæ* habitiores , breviores , *flores* emittunt cæruleos , majores potius , quam quæ in vulgari cernuntur . *Colitur utraque in hortis , nobiſque vulgatior eſt* ſpica fæmina : *Floret Junio , & Julio .*

Lavandnlæ Temperamentum , & Vires .

Excalefacit & ſiccat ; pratium eſt tenuium . & penetratium ; & aperit , reſolvit , & concoquit , præcipue in frigidis nervorum affectibus uſurpatur , necnon in capitis morbis à frigida intemperie ortum duccentibus . Quam obrem remedia ex hac (maxime in floribus , *ac* ſpicis) *parata in Catarrhis , Paralyſi , Spaſmo , Vertigine , Lethargia &c. ſunt efficacia . Menſes , & urinas cicet ; tum odore , tum oleo pediculos capitis , & inguinales enecat . Item oleo è regione pubis illita fœtum pellit . Stillatitia florum aqua pota amiſſam reddit loquelam . Eandem vim habet contra animi deliquia , cum pota , tum naribus , & arteriis admota . In balneis , ob qualitatem excalefacientem , corroborantem , & odorem reficientem , à pluribus uſurpatur .* Schrod. , & Moriſ.

STOECHAS PURPUREA . *C. B. P.* 216.
Vid. Icon. 3. *Tab. XXVII.*

STœchas *quaſi* στάχυς , *id eſt ſpica dici exiſtimatur ; vel ab Inſulis ejuſdem nominis (vulgo* Hyeres *) ubi copioſe naſcitur , nomen accepit .*

STœchas purpurea . *C. B. P.* 216. *Stœchas Arabica vulgo dicta . J. B.* 3. 277. *Stœchas , brevioribus linguulis . Cluſ. H.* 344. *Stœchas . Dod. p.* 275. *Caudice* eſt (uti *Lavenda*) brevi , & lignoſo , ſed tenuiore ; ramulis , ſive virgulis multis , ac tenuibus *foliis* veſtitis , oblongis , anguſtis , candicantibus , minoribus quàm *Lavendulæ* ; comantibus in ſummo capitulis , ſive *ſpicis* denſis , *Lavendulæ* brevioribus , & craſſioribus , multis veluti ſquamis compactis , quibus minuti prominent *flores* purpurei , *Lavendulæ* minores è ſpicæ angulis ut quadrata appareat . Summis capitellis eminent foliaceæ linguulæ purpureæ , quibus à *Lavendulis* diſtinguitur . *Semen* in capitellis latet , per maturitatem læve , exiguum , fuſcum , quale fere *Lavendulæ* . *Pluribus* Hiſpaniæ , Luſitaniæ , & Galliæ Narbonenſis *locis montoſis naſcitur .*

Temperamentum , & Vires .

Calefac. 2. , *& ſicc.* 2. *abſterg. atten. aperit. Uſus præcip. in affectibus capitis , & nervorum , ſcil. in Vertigine , Apoplexia , Paralyſi , Lethargo : In morbis pectoris itidem præſtat , quod Hyſſopus : inſuper urinam . & menſes ciet , venenis reſiſtit , affectibus hypochondriacius ſuccurrit . Extrinſecus in lotionibus capitis , ſuffitu &c.* Scrod.

STACHYS FOETIDA, SEPIUM FLAGELLIS REPTATRICIABUS. *M. H.* 3. 382.
Vid. Icon. 4. *Tab. XXVII.*

STachys *à voce* Græca Στάχυς, Spica, *quaſi planta ſpicata diceretur: quòd tamen plantis hoc nomine inſignitis non multùm convenit, ut notat* Rajus.

STachys fœtida, ſepium flagellis reptatricibus. *M. H.* 3. 382. *Galeopſis procerior, fœdida, ſpicata. T.* 185. *Galeopſis, ſive Urtica iners, magna, fœditiſſima. J. B.* 3. *App.* 853., *Galeopſis legitima, vel vera, Dioſcoridis. Cluſ. H.* 35. 36. *Park. Lamium, maximum, ſylvaticum, fœtidum. C. B. P.* 231. *Urtica Hercula. Taber.* 536. *Radices* fibroſæ, flagella cauleſve quadratos, humi diffuſos, è geniculis radices agentes, diffundunt. *Caules* alii erecti, cubitales, & ſeſquicubitales, quadrangurales, hirſuti, nonnihil circa articulos rubentes; ubi & *folia* ſunt bina, adverſa, *Urticæ* ſimilia, perquam acuminata, innoxia lanugine obſita, ambitu ſerrata, admodum fœtida. E geniculis interdum alii ramuli oriuntur. *Flores* in ſpica in verticillis per intervalla digeſti, oblongi, tenues, hiantes, cuculati, colore purpureorubenti, *labello* tamen albis lineis picturato, antequam aperiantur, *muſtelle* faciem, & aſpectum aliquatenus repræſentant, unde *Galeopſis* nominatur. *In ſylvoſis locis, & ad ſepes paſſim provenit. AEſtate floret.*

Temperamentum, & Vires.

Facultatem calidam, & ſiccam obtinet, odorem tamen magis graveolentem; ad ſtrumas, panos, & tumores duros quoſcumque, ad carcinomata, & quævis ulcera commendatur. Dioſcordies. Decoctum *ejus cum vino internis vulneribus, & contuſionibus ex caſu, necnon lineis affectibus mire auxiliari perhibet* Parkinſonus. *Idem, &* Succum *cum aceto calido illitum dolores hæmoroboidum ſedare, & ſanguinem ex eiſdem prolicere confirmat.*

STACHYS PALUSTRIS, FOETIDA. *C. B. P.* 236.
Vid. Icon. 5. *Tab. XXVII.*

STachys paluſtris, fœtida. *C. B. P.* 236 *Galeopſis paluſtris, folio Betonicæ, flore variegato. T.* 185. *Galeopſis anguſtifolia, fœtida. J. B.* 3. *App.* 854. *Lyſimachia, galericulta, adulterina. Eyſt. Clymenum, minus, Dalechampii. Lugd.* 1357. *Betonica fœtida, Genſ. Panax Coloni, Ger. Sideritis Anglica ſtrumoſa radice, Park. Radice* nititur geniculata, ſub terra repente, tumoribus inæquali, & velut ſtrumoſa. *Caules* duorum, aut trium cubitorum altitudine, modice rubentes, hirſuti, aſperi, quadrati, inanes, *folia* ex nodis proferunt bina, ex oppoſito ſita, longa, anguſta, acuminata, hirſuta, mollia, excepta averſa folii coſta rubeſcente, nonnihil aſpera, per ambitum ſerrata, odore gravi *Galeopſeos*, ſapore ſubamaro: *flores* per intervalla poſiti in *ſpicam* fere degenerant, ex pluribus *verticillis* conſlati, quorum ſinguli cucullari, purpuraſcentes, labello variegato. Floris *calyculo* (qui brevis eſt, & in quinque ſegmenta acuta diviſus) quaterna ſubnaſcuntur *ſemina* nigra, nitida, fere tiquetra.

Vires.

Stachydem paluſtrem, fœtidam, Panacem Coloni *dictam primus omnium, idemque maximopere, laudavit* Gerardus, *à quo, propter excellentem virtutem conſolidantem, & ex eo quod Meſſor quidam vulnus cruri inflictum hac ſanavit*, Ponax Coloni *nuncupatur*.

BETONICA VULGARIS, PURPUREA. *J. B.* 3. 301.
Vid. Icon. 6. *Tab. XXVII.*

BEtonicam, *ſeu* Vetonicam *vocant*, *à* Vetonibus Hiſpaniæ *populis, ut refert* Plinius *lib.* 25. *cap.* 8.

BEetonica vulgaris, purpurea. *J. B.* 3. 301 *Betonica purpurea C. B. P.* 235. *Cluſ. H.* 39 *Betonica. Dod. p.* 40 *Vetonica, Cord. in Dioſc. E radice* nodoſa craſſiuſcula, fibris longis albis adnexis, proveniunt *folia* humi ſtrata, pediculis longis appenſa, pollicem lata, binos longa, ſubrodunda, obtuſioribus crenis denticulata, ſubhirſuta, atrovirente colore donata. Inter hæc *caules* quadrati pedales, ex longo intervallo nodoſi, protruduntur; quibus bina ex adverſo naſcuntur *folia* anguſtiora, crenata. Infra ſpicam ad aliquam diſtantiam, unicum florum *verticillum autem* ambit. *Spica* ex calycibus quinquepartitis verticillatim denſe diſpoſitis conficitur, è quibus *flores* hiantes purpurei, galeâ reflexâ ſubrotundâ, labello trifido demiſſo, & è medio rictu *ſtamina* flori concoloria, emicant. *Semina* parva, anguloſa, fuſca, oblonga, *Hiſſopi* pene ſimilia. *In ſylvis, & dumentis, necnon in pratis, & ad ſepes, hæc frequens oritur, Junio & Julio menſibus floret.*

Temperamentum, & Vires.

Betonica *ſubacris eſt, & amariuſcola, minus calida, licèt non minus ſicca, quàm ſunt* Galeatæ, *&* Aromaticæ, *ad quas odore tantùm nonnihil accedit.* Herba *eſt magnarum virium, præcipue vero in cephalicis quibuſcumque affectibus. Vim habet vulnerariam, quæ in capitis vulneribus, & contuſionibus ſanandis efficacior. Tam in potionibus diureticis, quam vulnerariis bibitur. Ob vim alexipharmacam multum laudatur à* Dioſcoride. *Vitiis & obſtructionibus medetur thoracis, hepatis, lineis: imo ad omnes fere partes affectas ſanandas confert; nam ob plurimas, & eximias, quas poſſidet virtutes remedium* πολύχρυσον *habetur.* Radices *quoad affectus plane diſſimiles ſunt* foliis, *&* floribus; *nam ſtomaco ſunt ingratæ, nauſeam, & vomitum cient. Quin & eiſdem terrâ recens erutis inebriativam ineſſe obſervavit* Bartolinus.

THYMUS VULGARIS, FOLIO TENUIORE.
C. B. P. 219. *Vid. Icon.* 7. *Tab. XXVII*

THymus, *cùm* ſit *herba odorata, dicitur à* θύω ſuffio, *vel* animus, *quod animum addat, ſpiritus inſtaurans.*

THymus vulgaris, folio tenuniore. *C. B. P.* 219. *Tymum vulgare, rigidus, folio cinereo. J. B.* 3. 2. 263. *Thymum, vulgare durius. M. H.* 3. 401. *Park Tymum durius, Dod. Ger. Radice* exigua, lignoſa, tenuiter fibrata, *caulibus* palmaribus, & altioribus, erectis, ramoſis, gracilibus, quadrangularibus, frequentibus *foliolis* parvis, Serpilli minoribus, ordinate veſtitis, ſubviridibus, odoratis, & ſapore acri præditis donatur. *Flores*, *verticillis* è petiolis plurimis laxius è caulium geniculis ſupremis pendentibus, exigui ſunt, galeati, ex albis purpuraſcentes; in quorum calycibus parvis *ſemina* puſilla, rotunda, ex fuſcis nigricantia conduntur. *Creſcit noſtratibus in Hortis. Floret Julio.*

Vires, & Uſus.

Calefac., & ſicc. 3. *Saporis ſubacris, atten. incidit., diſcuit. Uſus præcip. in affectibus Tartareis.* 1. *Pulmonum, ut aſthamate, tuſſi.* 2. *Artuum, ut podagra; omnia viſcera reſerat, appetitum excitat. Extrinſecus in tumoribus frigidis, ſugillationibus, inflationibus ventris, doloribus arthriticis.* Schord. *Oculorum claritati conferre creditur. In balneis, & inſeſſibus Mulierum commodiſſimus. Uſus quotidiani culinarii ſalubritatem indicant.*

SERPILLUM VULGARE, MINUS. *C. B. P.* 220.
Vid. Icon. 1. *Tab. XXVIII.*

SErpillum *Grecis* Ἕρπιλλος *ab* ἕρπω repo, *quaſi diceretur planta* repens.

SErpillum vulgare, minus. *C. B. P.* 220. *Serpillum vulgare. J. B.* 3. 2. 269. *Dod. p.* 277. *M. H.* 3. 403. *Serpillum, vulgare, repens. Cluſ. H.* 359. *E radice* tenui, dura, multi proveniunt exiles *cauliculi*, inferius duri, & lignoſi, ſuperius moliores, nonnulli in rectum palmi altitutine ſurgentes, alii repentes, & alicubi in terræ ſuperficie exiguis fibris annexi *folia* è geniculis exigua, virentia, ſubroduda, odore calenti, non ingrato, *Thymi* ſimilia, viridiora tamen. *Flores* in cacuminis, petiolis parvis adnexi, ſupremos articuloſos occupantes, è ceolor rubente purpurei, capitula rotunda conſtituunt. *Semina* ſunt exigua, fuſca, rotunda. *Floribus* etiam *albis* variate reperitur. *In collibus, & paſcuis ſterilioribus, & ſaxoſis, talparumque grumulis & paſſim provenit, & per totam AEſtatem floret.*

Vires, & Uſus.

Calefac., & ſicc. in princ. 3. *ſaporis, acris, atten. aperit. Cephalica, uterina, ac ſtomachica. Uſus præcip. in*

menſibus, ac urina cienda (balneo) in exſpuitione ſanguinis, ſpaſmo; extrinſecus arcet vigilias, cephalalgias, vertiginem, ciet menſes (balneo). Schrod.

MASTICHINA. *Boerh.* 1. 156.
Vid. Icon. 2. *Tab. XXVIII.*

MAſtichinam *inſcribunt plærique tum ob lentorem quo madeſcit, tum ob jucundum* Maſtiches *odorem.*

MAſtichina. *Boerh.* 1. 156 *Thymbra Hiſpanica, Majoranæ folio. T.* 197. *Marum peregrinum. Eyſt. Sampſuchus, ſive Marum Maſtichen redolens. C. B. P.* 224. *Marum vulgare, ſive Clinopodium. Dod. p.* 271. *Clinopodium quibuſdam, Maſtichina Gallorum. J. B.* 3. 2. 243. *Marum vulgare. M. H.* 3. 372. *Tragoriganum Hiſpanicum. Cluſ. Hiſt. Marum Maſtic Gallorum, & Anglorum. Adv. Lob. Marum verum, vulgo Maſtic. Lugd.* Lignoſis viticulis fruteſcit; cubitalem, & bipetalem altitudinem aſſequitur; *ſurculos* habet tenues ramoſos, erectos, & *foliola* circa eos exilia, durioris *Thymi* aut *Serpylli vulgaris* foliis ſimilia, ſed albicantia, candidiora, & aliquantulum majora. In ſummo lanuginoſa *capitula* ſunt candida, & ambientes ſimiles ſunt verticilli, è quibus *floſculi* exeunt exigui, albidi. *Odor* totius vehemens, & ſuavis eſt. *In Hortis ob odoris fragrantiam frequens colitur.*

Vires, & Uſus.

Doleæus *inter Emperica menſium fluxus immodicos ſiſtentia*, è Deodato *recitat* corticem Mari, *ſeu* Maſtichina. Deodatus, *inquit in diſperato menſium fluxu ultimum, & præſentiſſimum remedium ducit* pulverem corticis Mari, *ſeu* Maſtichina, (*neſcio quid lineolas ducendo omiſerit*) *ad drachmam unam cum Vino auſtero, ſingulis matutinis horis propinatum. Non dicam hic arcanum fieri Typothetæ incuria, quamvis certum eſt*, Corticem Mari *inter valde aſtringentia eſſe, & in hoc caſu cum Vino auſtero utiliter propinandum.*

MARRUBIUM ALBUM, VULGARE. *C. B. P.* 230.
Vid. Icon. 3. *Tab. XXVIII.*

MArrubium *dicitur forte à loco natali:* Marrubii *enim fuerant Populi* Italiæ *circa* Fucinum *lacum habitantes, a Rege* Marrubio *denominati, vel quod circa mare habitarent. Aliis vero* Marrubium *vocatum, propter amaritudinem.*

MArrubium album, vulgare. *C. B. P.* 230. *M. H.* 3. 376. *Marrubium album. J. B.* 3. 2. 316. *Marrubium vulgare. Eyſt. Cluſ. H.* 33. *Marrubium. Dod. p* 87. *Praſſium, Anguillar. Marrubium album odorum. Adv. Caule* exſurgit ſeſquipedalis altitudinis, ramoſo, quadrato, cana lanugine pubeſcente, tubulo pervio; cui inhærent *folia*, per intervalla, bina, ſubhirſuta, ſubrotunda, incana, rugoſa, leviter denticulata, ſapore acri, & amaro. *Floſculi* albeſcentes, ſecundùm foliorum genicula, galeati, è *calycibus* oblongis, ſtriatis, in ore decagonis, ſeu in decem angulos aculeoſve breves diviſis, erumpentes, *caules* verticillatim denſe coronant. *Semina* ſubrotunda, exigua, ſubnigricantia, quaterna in ſingulo utriculo contenta, ſuccedunt. *Radix* dura, fibroſa eſt, & vivax. *In ruderibus, & areis pagorum, præſertim ſicciori ſolo, frequens, & ſponte creſcit.*

Vires, & Uſus.

Maſticatum amaritudine quadam linguam afficit; ſiccum magis quàm calidum habetur; aperit, attenuat, & abſtergit; & hinc viſcera ab infarctu liberat. Anhelis, aſthmate laborantibus, & ægre tuſſientibus opitulatur. Syrupus, Decoctum, *vel quovis modo ex foliis confecta remedia, materiam craſſam, & tenacem, tum pulmonibus, tum ventriculo ſtabulantem, diſſecant.* Conſervam *ex floribus cum melle paratam, ad hepar infarctum, & ſcirrhoſum, tanquam ſpecificum commendat* Zacutus. *Eſt etiam è ſelectis vegetabilibus ictero flavo medentibus. In doloribus colicis datur; ſecundinas educit; menſes expellit. Renes, & veſicam lædit, auctoribus* Dioſcoride, & Plinio: *proinde caute exhibendum admonet* Sim. Paul. *Quadr. Bot. Claſſ.* 3. *eis minimum, quibus male affecti ſunt renes, & veſica. Sed in hoc caſu, ne noceat,* Glycyrrhiza *addita corrigit.*

LAMIUM PURPUREUM, *vel* ALBUM NON FOETENS, FOLIO OBLONGO. *C. B. P.* 231.
Vid. Icon. 4. *Tab. XXVIII.*

LAmium *forte appellatur, quia ejus flos guttur* Lamiæ *piſcis repræſentare videtur;* λαιμὸς *eſt* gula, & guttur, & Lamia *piſcis inde dicitur quaſi à nimia voracitate.*

LAmium purpureum, *vel* album, non fœtens, folio oblongo. *C. B. P.* 231. *Galeopſis ſive Urtica iners, flore purpuraſcente, majore, folio non maculato. J. B.* 3. 321. *Lamium, album vulgare, ſive Archangelica. Park. M. H.* 3. 384. *Urtica iners, ſive Lamium primum, Dod. Urtica mortua, Cam. Radice* nititur geniculata, alba, fibris adnexis, ſub terra undequaque, & nimis moleſte repente. *Caules* exinde oriuntur pedales, & cubitales, raro ramoſi, quadrati, concavi, ad radicem graciliores, & geniculis crebrioribus donati; qui quidem aſſurgentes per longiora intervalla, geniculis interſecti craſſiores evadunt. Iſtis *folia Urticæ* pene ſimilia, ſed minora, mollia, mucronata, ſerrata, pilis innoxiis, è regione adnaſcuntur. *Flores* verticillatim cauliculos ſecundùm folia ambiunt, Cucullos aut Caſſides referentes, colore albo, vel purpureo, *galea* integra ſatis eminente, & labio bifido, biniſque bucculis, cum ſtaminulis intus, donati. Hi *utriculis* brevibus apertis, quinquefidis inſident; quibus evaneſcentibus *ſemina* quaterna in fundo apparent, pallida, oblonga, & anguloſa. *Locis incultis, & ad ſepes paſſim occurrit. Menſibus Aprili, & Majo floret.*

Vires, & Uſus.

Lamium *ſtrumis, & tumoribus mederi antiquitus notum eſt. Vid.* Plin. *l.* 20. *c.* 22. *Etiamnum uſus frequentis eſt diſcutiendis, & perſanandis tumoribus ſcrophuloſis, qui non raro ſub faucibus aut collo enaſcuntur, contuſum per ſe, vel cum Axungia, uti admonet* Plinius; *tumori imponitur, & bibitur ſimul in* decocto, *quod ſæpius, vel largius hauſtum ventriculum movet, & habetur huic male conveniens emeticum.* Pulvis *ejuſdem interne etiam aſſumitur.* Magma, *ſeu* ſuccus *fæculentior poſt expreſſionem, hæmorrhoides aperit.* Infuſum, *vel* decoctum *in vino, vel* Conſerva *ex* floribus *parata, fluorem album, ſeu gonnorrhæam muliebrem ſiſtit: commendatur etiam in Dyſenteria.*

CLINOPODIUM ORIGANO SIMILE. *C. B. P.* 225.
Vid. Icon. 5. *Tab. XXVIII.*

CLinopodium *quaſi* Lectipes, *à vocibus* Græcis κλίνη lectus, & πούς pes: *floribus nempe (orbiculato ſuo ambitu) ut ait* Dioſcorides *lib.* 3. *cap.* 119. *lecti pedum ſpeciem præbentibus, ex intervallis Marrubi modo diſpoſitis.*

CLinopodium Origano ſimile. *C. B. P.* 225. *M. H.* 3. 374. *Clinopodium quorundam, Origani facie. J. B.* 3. 2. 250. *Acinos Lob. Obſ.* 269 *Ger. Radices* fibroſæ ſtolones plures oblique laterales emittunt, qui fibris exinde radicantur. *Caules* tenues geniculati, quadrati, molli hirſutie pubeſcentes, pedales ſunt, & cubitales. *Folia* ad genicula binatim naſcuntur, pediculis brevibus appenſa, oblongo-rotunda, *Origano vulgari* ſimilia, ſed majora, in ambitu modice crenata. *Flores* denſo ſtipatu verticillatim bina, aut terna ſuperiora genicula ambiunt, cum foliis ex iiſdem etiam provenientibus; qui *flores* longi tubuloſi, purpurei, galeati, è calycibus gracilibus, villoſis, emicant, & ſingulis *ſemina* quatuor, minuta, ſubfuſca, ſuccedunt. *Odor Majoranæ* odore remiſſior eſt. *Ad ſepes, & ſylvarum margines, & in ſylvis cæduis frequens occurrit.*

Vires, & Uſus.

Dioſcorides *ſuum* Clinopodium *ad convulſa, rupta, urinæ ſtillicidia, ad verrucas penſiles, & ad partus ducendos, commendat.*

HYSSOPUS VULGARIS. *Dod. p.* 287.
Vid. Icon. 6. *Tab. XXVIII.*

HYſſopus, Græcis ὕσσωπος *dicitur,* ἀπὸ τοῦ ὕειν τὰς ὦπας, *ideſt ab irrigando oculos, quòd in Sacrificiis pulvis hujus herbæ aſpergeretur ſupra caput, & oculos; vel hac herba aſpergilla fierent.*

HYſſopus vulgaris, *Dod. p.* 287. *Cluſ. Hiſt. Hyſſopus Officinarum*, *cærulea*, *ſeu ſpicata*. *C. B. P.* 217. *Hyſſopus*, *vulgaris*, *anguſtifolius*, *flore cæruleo*. *J. B.* 3. 274. *Hyſſopus Arabum*. *Adv. Lob. Ger. Caules* erigit dodrantales, & pedales, lignoſos, in virgulas aliquot diviſos, ab imo ad faſtigium uſque *foliis* circumveſtitos oblongis, *Lavendulæ* ſimilibus, ſaturatius vero virentibus, ac odoratis, amaro guſtu, quæ ſurſum verſus ſenſim minora fiunt. *Floſculi* galeati è ſuis conceptaculis, quinis, ſenis, ſeptenisque juxta folia conjunctis, *ſpicam* componunt, cauliculos tamen non orbiculariter ambiunt, ſed plerumque ad unum tantùm latus exeunt, colore eleganter cæruleo, de quibus minutiſſima *ſtamina* dependent, *Semina* quaterna in ſingulo conceptaculo, oblonga, fuſca, ſuccedunt. *In Hortis plurimis ſeritur*. *Floret Julio*, *& Auguſto*.

Temperamentum, & Vires.

Hyſſopus vulgaris *Officinarum*, *& vulgo* Dioſcoridis *legitima putata*, *calida eſt*, *& evidenti acrimonia prædita*, *ſicut omnes hujus claſſis lignoſæ*, *& ſuaveolentes*. *Potenter attenuandi*, *& incidendi facultates obtinet*: *hinc in tuſſi*, *aſthmate*, *& ſimilibus pulmonum affectibus præcipue commendatur*; *utpote quæ lentam*, *& craſſam materiam bronchias obſtruentem reſolvat*, *& expectoratu facilem reddat*. *Tam abſtergendi*, *quam incidendi vim habet*; *ideoque tam ſtomachi*, *quam pectoris vitiis corrigendis adhibetur*. *Porro ad urinam*, *& calculos pellendos non inutilis habetur*. *Hiſce uſibus* Syrupus *adhibetur*: *cavere ſibi ab ejus calore oportet febricitantes*. *Externe in contuſionibus*, *præſertim in oculorum ſugillatione*, *multum valere dicitur*, *idque ex auctoritate* Galeni: *nam* ſummitates *tuſæ*, *& in nodulo ligatæ*, *poſtquam in aqua fervente* (*vel vino*) *aliquandiu bulliverint*, *ſi ſugillatis oculis tepidæ applicentur*, *ipſum livorem tollunt*; *ſi non & ipſum ſanguinem congrumatum extra cutem educant*. *Sed de hac re vid.* Sim. Paul. *Claſſ.* 3. *p.* 351.

SATUREJA SATIVA. *J. B.* 3. 272.
Vid. Icon. 7. *Tab. XXVIII.*

SAtureja *dicitur quaſi* Saporeja, *à* Sapore, *quoniam edulis admixta*, *gratum conciliat* ſaporem. *Aliis vero a* Saturando, *quod cibis loco condimenti addatur*.

SAtureja Sativa. *J. B.* 3. 272. *Satureja hortenſis*, *ſive Cunila Sativa Plinii*. *C. B. P.* 218. *Satureja*. *Dod. p.* 289. *Satureja domeſtica*. *Eyſt. Satureja hortenſis æſtiva*. *Ger.* E *radice* fibroſa, inutili, & annua, oritur *caulis* plus minus pedem altus, fractu facilis, ex anguloſo rotundus, in brachia fiſſus, ex fuſco colore nigricans, *foliis* anguſtis, crebris, per intervalla binis, ad *Hyſſopi* folia proxime accedentibus, & guſtu mordacibus, veſtitus. *Flores* ſecundùm foliorum ſinus, ſpicatim naſcuntur, *Roriſmarini* æmuli, è purpureo colore albicantes, & poſtmodum ſuccedentia his *ſemina* puſilla, rotunda, nigricantia, utriculis condita. *Colitur in Hortis*, *Floret integrâ ferè AEſtate*.

Temperamentum, & Vires.

Saporis ac odoris eſt acris, *ac calidi*, *unde & calida*, *ac ſicca cenſetur g.* 3. *atten. aperit*, *diſc. Uſus in affectibus Ventriculi*, *cruditate*, *anorexia &c. Pectoris*, *aſthmate*: *uteri*, *menſibus obſtructis*. *Viſum acuit*. *Extrinſecus diſcutit tumores*, *doloreſque aurium ſedat*. *Pulices necare dicitur ſtrata in cubili*. Schrod.

HORMINUM, SCLAREA DICTUM. *C. B. P.* 238.
Vid. Icon. 8. *Tab. XXVIII.*

HOrminum, Sclarea *dictum*, *quaſi* Clarea, *à clarificandis Oculis*: *unde* Oculus Chriſti *etiam quandoque nominatur*. Horminum Græcis ὅρμινον, *quaſi* ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶσθαι, *quod eſt impetu ferri*, *concitari*; *quoniam hæc planta ad Venerem ſtimulat*.

HOrminum, Sclarea dictum. *C. B. P.* 238. *Sclarea*. *Boerh.* 1. 163. *Tab.* 373. *T.* 179. *Horminum ſylveſtre*, *I. Cluſ. H.* 28. *Horminum hortenſe*. *Eyſt. Gallitrichum ſativum*. *J. B.* 3. 309. *Orvala*. *Dod. p.* 292. *Horminum ſativum*, *vulgare*, *ſive Sclarea*. *Park. M. H.* 3. 392. *Gallitrichum ſive Horminum*, *Ger. Caules* promit craſſos, quadrangulos, binos aut ternos pedes longos, in alas diviſos; *folia* & è radicibus multa, & ſecundùm caules ex intervallis bina contra ſe poſita, magna, palmum lata vel ampliora, pediculis longis innixa, rugoſa, inæqualia, albicantia, ac nonnihil (uti caules) hirſuta, ex lata baſi mucronata, & in ambitu crenata. *Flores* cucullati, hiantes, ex albis pallide cærulei, è vaſculis ſtriatis, pentagonis, tactu glutinoſis, per intervalla, verticillata ſerie naſcuntur; quibus foliola lata baſi, & in mucronem abeuntia, petiolis carentia, tenuiora, ad purpureum colorem vergentia, ex oppoſito naſcentia, ſubjiciuntur. *Semina* in pyxidulis ſtriatis quaterna, perpolita, è luteis ruſeſcentia, turgida, & ex anguloſis rotunda, continentur. *In Hortis oleraceis ſeritur*. *Floret Junio*, *& Julio*.

Temperamentum, & Vires.

Horminum Sclarea, (*& interdum* Galitrichum *Officinis*) *calidum*, *& ſiccum cenſetur*, *vique abſtergenti pollens*. *Opthalmicum eſt*, *& viſcoſum acuere creditur*. Aqua deſtillata, *tum interne hauſta*, *tum oculis affuſa*, *commendatur in remediis collectaneis* D. Boyle. Semen *oculis inditum*, *& circumvolutum in mucilaginem abit*, *unde ſordes*, *feſtucas*, *aliave minutula ſibi agglutinat*, *& ſecum rapit*. Folia *aceto macerata impoſita*, *panos per ſe*, *vel cum melle diſcutere auctor eſt* Matthiolus. *Uterinis affectibus ſuccurrit*. Crato *inter alia ſua* εὐπόριστα *commendabat in ſuffocatione uteri*, *& ſimilibus affectibus*, *Unguentum ex* Sclarea *cum butyro coctum*, *cui adjicitur aliquid gummi exotici* Takamahacæ, *quod umbilico imponendum*. Jo. Bauhin. *Hujuſmodi Unguenti conficiendi modum*, *ac uſus ad fluxum album*, *& dolores poſt partum leniendos ex* Corbejo *deſcribit* Ettmul. *in* Schrod. *diluc. Item* Sclareæ *magnas vires tribuit in fluore muliebri*: *ex modernorum*, *inquit*, *experientia conſtat*, *quod* Flores *albi* (*non inde excludit* Folia, *&* ſummitates) *ſunt expertiſſimi contra fluorem album mulierum*, *in quo nihil melius eſt* Sclarea. *In colica*, *item in ſuffocatione uterina eſt ſingulare medicamentum &c. ibid.* Horminum *vino infuſum*, *vel incoctum*, *odore ſuo narcotico caput tentare*, *& valde noxium eſſe*, *nonnulli affirmant*; *id tamen niſi nimia ingurgitatione acciderit*, *minime concedit* Tragus; *ſed è contra ſtomacho frigido apprime convenire*; *nam phlegmata incidit*, *& abſumit*. *Inter olera*, *cum ovis paratum*, *frequens accipitur*. Summitates Hormini, floribus *onuſtæ*, *vino albo* Gallico *communi immerſæ*, *guſtum nitroſum*, *& quaſi ſulphuratum ei conciliant*.

SALVIA MAJOR. *Dod p.* 290.
Vid. Icon. 9 *Tab. XXVIII.*

SAlvia *à* Salvando, *quòd pluribus morbis ſuccurrere exiſtimetur*.

SAlvia major. *Dod. p.* 290. *Salvia major*; *an Sphacelus Theophraſti*? *C. B. P.* 237. *Salvia latifolia*. *J. B.* 3. 304. *Major latifolia*, *cærulea*. *Eyſt. Radix* unica fibroſa, lignoſa, ſubnigricans, fundit *caules* plurimos ſeſquipedales, & altiores, ex rotundis quadratos, lignoſos, & ramoſos; per quos temere ſparguntur *folia Verbaſci ſylveſtris*, ſeu *Menthæ Græcæ* quadantenus æmula, anguſtiora tamen, oblonga, rugoſa, aliquantum cinereum colorem vergentia, ac ut *Dod.*, & *Matth.* verbis utar, attritorum indumentorum ſcabritiem referentia, odore, & ſapore calefaciente, non ingrato. *Flores* ſuperiores ramulos ſpicatim exornant, denticulatis, & ſtriatis *calyculis*, falcata, Aquilini roſtri ſpecie prodeuntes, *Hormino ſylveſtri* ſimiles, è cæruleis purpuraſcentes. Sub his conduntur *ſemina* rotunda, illis deciduis, per maturitatem nigricantia. *Gaudet ſolo fœcundato argilla &c. Floret Julio*, *ac Auguſto*.

Temperamentum, & Vires.

Manifeſte calida, *& ſicca eſt* Salvia; *abſtergit*, *& modice aſtringit*; *vulneribus impoſita ſanguinem cohibet*; *ulcera mundat*, *& reſiccat*; *apthas oris ſanat*; *venenis adverſatur*, *& ictibus dolorificis*, *ſive dentibus*, *ſive aculeis animalium inflictis*, *medetur*; *ac ſpeciatim apud* Dioſc. *ictibus* Paſtinacæ marinæ *auxiliatur*. *Interne ſumpta cum melle in ſanguinis ſputatione multum confert*: *nam* (*inquit* AEtius) Succi Salviæ *cyatos duos*, *mellis unciam unam*, *exhibe jejunis in potu*, *& veſtigio ſanguinem ſiſtes*, *l.* 8. *c.* 63. *Ibidem commendatur adverſus ſterilitatem*; *quibus defi-*

deficiunt menſes, vel immodice fluunt, Salviam prodeſſe volunt. In anorexia ventriculo grata eſt, ſicut Mentha, Pulegium, & ſimiles plantæ odoratæ; verum uſus frequentior eſt in apoplexia, epilepſia, vertigine, paralyſi, ſtupore, cæteriſque morbis, quæ capiti, & nervis officiunt. Moriſ.

MELISSA HORTENSIS. C. B. P. 229.
Vid. Icon. 1. Tab. XXIX.

MEliſſa ab apibus, quæ Μέλισσαι Græcis, dicta eſt. Apiaſtrum nuncupatur, quod apibus ſit gratiſſima, & miruum in modum eis delectationem pariat.

MEliſſa hortenſis. C. B. P. 229. Meliſſa vulgaris, odore Citri. J. B. 3. 2 232. M. H. 3. 408. Meliſſa Officinarum. Eyſt. Citrago, Geſn. Hort. Meliſſa domeſtica. Trag. Apiaſtrum, Matth., & Meliſſophyllum. Radix dura, fibrata, vivax eſt, & germinibus quamplurimis emiſſis ſe multiplicat, virgaſque quadratas geniculatas, brachiaque ex adverſo ſita, emittit; quibus folia rugoſa, vireſcentia, brevi hirſutie pubeſcentia, crenata, ſubrotunda, petiolis inſidentia, Marrubii nigri æmula, ſed ſuaviter Citri odorem ſpirantia, è regione adnaſcuntur. Flores ex alis foliorum minorum ſumma genicula occupantium, pallidi, albeſcentes, galeati plurimi, petiolis verticillatim adnexi, è vaſculo, ſeu perianthio quinquefido emicantes, proveniunt. Iſtis in loculis ſemina ſubnaſcuntur exigua, anguloſa, quaterna, ut in aliis congeneribus fieri ſolet. Floret Julio: creſcit in hortis.

Vires, & Uſus.

Calefacit, & modice exſiccat, attenuat, & incidit. Planta eſt cephalica. Hinc in lipothymia, & ſubitaneis virium proſtrationibus tantum non ſpecificum exiſtimatur. In apoplexia, epilepſia, cæteriſque frigidis cerebri affectibus, operationes vitales reſtituit. Memoriam augere creditur. Melancholicis, & hypochondriacis triſtitiam abigit. In cordis palpitatione, & in ſyncope magnopere laudatur. Febrium malignitati reſiſtit: nam ex ſemine Meliſſæ fiunt Emulſiones, crebri uſus in febribus malignis, uti etiam in palpitatione cordis; in quibus affectibus parantur tales Emulſiones cum Aqua ſpirituoſa Meliſſæ, vel, quod melius, cum Aqua deſtillata cordis cervi, quæ malignitati adverſatur, & aliàs in palpitatione cordis eſt arcanum remedium. Ettm. In cruditate ventriculi, & in anorexia ejuſdem fere virtutis eſt cum Mentha, & vomitum pariter ſiſtit. In uterinis affectibus plurimum facit; menſes enim provocat interne, vel externe adhibita; lochias etiam pellit, & uteri ſtrangulationi ſuccurrit. Ictus apum, ac veſparum venenatos ſanat, vulnuſculo impoſita. Folia cum Vino pota, aut illita, contra Scorpionum, Phalangiorum, Canumque morſus vim habere tradit Dioſcorides.

BRUNELLA MAJOR, FOLIO NON DISSECTO.
C. B. P. 260. Vid. Icon. 2. Tab. XXIX.

BRunella ab effectu dicitur; eo quod faucium, & linguæ ardentibus affectibus, Cauſo Ungarico, malque caſtrenſi Die Braun, & Brune dictis, medeatur. Prunella à foliorum forma, Pruni folia referentium, à quibuſdam nuncupatur.

BRunella major, folio non diſſecto. C B. P. 260 Brunella. Dod. p. 136. Prunella, flore minore, vulgaris. J. B. 3. 428. Prunella Officinarum. Eyſt. Prunella vulgaris. Park. M H. 3. 363. Dodrantales, & quadrangulares illi caules ſunt, parum villoſi per intervalla quaſi geniculati. E ſingulis nodis rarioribus, contrario ſitu, bina emittuntur folia, tam ſuperne quam inferne parum villoſa, guſtus aſtringentis, Origani fere æmula, ſed majora & longiora, quorum inferiora quædam pediculis longis inſident. Flores ſummis cauliculis ſe exhibent galeati, ſaturate purpurei, in calycibus foliaceis imbricatim diſpoſitis, qui ſpicam craſſiuſculam, uncialem, & ſeſuncialem conſtituunt. Semina in utriculis minuta, pallidiuſcula ſuccedunt. In paſcuis, & pratis ſicctoribus frequens occurrit. Junio, & Julio menſibus floret.

Temperamentum, & Vires.

Temperie ſicca eſt, & moderate calida; abſtergit, & conſolidat. Hac ad varia humani corporis vulnera, ſuperficiaria, profunda, vetera, recentia; & præſertim adverſus ulcera oris, & faucium, Medici, & Chirurgi in decoctis feliciſſimo ſucceſſu utuntur. Sim. Paul. Adverſus ulcera faucium, earumque inflammationes in angina, ac porriginem oris, & linguæ in febribus acutis, ſumitur in Gargariſmate. In Hæmoptyſi vaſa ſanguinifera ferruminat interne ſumpta. Lapſis ab alto, & contuſis auxiliatur in potationibus traumaticis propinata. Cum Axungia contuſa, & applicata, ad vulnera recentia exſiccanda, glutinanda, & conſolidanda, apprime confert. Moriſ.

OCYMUM VULGATIUS. C. B. P. 226.
Vid. Icon. 3. Tab. XXIX.

OCymum à voce Græca ὠκέως citò, quod ſemen ejus ſatum citò erumpat.

OCymum vulgatius. C. B. P. 226. Baſilicum, ſeu Ocymum, medium, vulgatius. Eyſt. M. H. 3. 406. Ocymum, medium, vulgatius, & nigrum. J. B. 3. 2. 247. Dodrantalis eſt planta, pluribus ramis ſtipata, quadratis, nonnihil rubentibus, ſubhirſutis. Folia Parietariæ, minora, glabra, aliàs minimè, ortu è geniculis adverſo, odore fragranti, ſapore nullo excellente: Flores verticillati, in ſpicam longiuſculam digeſti, ſuaveolentes, colore albo purpuraſcenteve, labello oblongiuſculo, anguſto. Radix lignoſa, nigra, fibrata. Hoc paſſim in hortis vulgare eſt, floretque Junio.

Vires, & Uſus.

Vires, & uſus contemnit Sim. Paul., cujus odorem abominabilem (ut ait) ferre nequiverat; quamvis planta eſt ſuave olens, & pleriſque valde grata. Non contemnendas virtutes Baſilico, ſeu Ocymo tribuit Ettmullerus. Folia (inquit), & ſemen imprimis uſitata, cephalica ſunt, & ſtomachica; ſpiritus enim continent in ſe quaſi ardentes ex ſale volatili oleoſo; unde conveniunt capiti in vertigine, ſimilibuſque affectibus ſenilibus. Ad morſus Animalium venenoſorum externo, & interno uſu ſanandos laudatur. Dodonæus cum Dioſc. ſemen in melancholicis affectibus commendat; triſtitiam enim ab atra bile inductam expellit.

SIDERITIS VULGARIS, HIRSUTA, ERECTA.
C. B. P. 233. Vid. Icon. 4. Tab. XXIX.

SIderitis à voce Græca σίδηρος ferrum, quòd vulnera à ferro inflicta ſanare exiſtimetur. Herbæ Judaicæ titulo quædam ſpecies inſigniuntur, quoniam Judæi illis utuntur ſimiliter ad vulnera. Succus vulnera recentia claudit, Plin. l. 12. c. 9.

SIderitis vulgaris hirſuta, erecta. C. B. P. 233. Sideritis vulgaris, Cluſ. H. 39. Sideritis vulgaris, hirſuta. J. B. 3. 425. M. H. 3. 387. Cam. Sideritis Heraclea, Cordi. Herba Judaica, Ceſ. Ex lignoſa radice caules emittit pedales, & bipedales, quadratos, hirſuta, ex albido virore flaveſcentes; ad quorum genicula folia exeunt adverſa, rugoſa, hirſuta, unciali aut ſexantali longitudine, ſemunciam circiter lata, in ambitu crenata, ſapore exſiccante, & adſtringente cum calore aliquo. Flores verticillati genicula ampleƈtuntur, galericulati, ex albido lutei, labro ſanguineis punctis guttato, ex calyculis hirſutis, in quinque mucronata ſegmenta abeuntibus. Relinquunt poſt ſe ſinguli flores quaterna ſemina. Creſcit locis apricis montanis ſabuloſis. Floret Majo.

Vires, & Uſus.

Abſterg. aſtring. vulneraria eſt intus, & extra adhiberi apta. Uſus præcip. in herniis. Adhibetur ilidem in morbis incantatione introductis. Schrod.

HEDERA TERRESTRIS, VULGARIS. C. B. P. 306.
Vid. Icon. 5. Tab. XXIX.

HEdera terreſtris dicitur, eo quod à terra ſe non attollat, & Chamæciſſos Græc. Χαμαικισσος id eſt humilis Hedera. Apud nonnullos audit Chamæclema, humilis Clematis, nam more Clematidis ſerpit.

HEdera terreſtris, vulgaris. C. B. P. 306. M. H. 3. 409. Chamæciſſus, ſive Hedera terreſtris. J. B. 3. App. 855. Trag. Fuchſ. Hedera terreſtris. Dod. p. 394.

Calamintha, humilior, folio rotundiore. T. 194. Chamæclema, Cord. Hiſt. Humilis Hedera, & Corona terræ, Lob. A terra plerumque non attollitur; vicina non petit adminicula, ſed multis incertæ longitudinis, tenuibus, viticuloſis, aliquantulum anguloſis, geniculatis, & quandoque ſubrubentibus *cauliculis* reptat, hac illac ſeſe diffundens, & è geniculis *fibras* agens. *Folia* ejus non magna ſunt, ſed lata, rotundiuſcula, corrugata, hirſuta, marginibus ſerrata, è ſingulis nodis bina, pediculis longis inſidentia. Vernali tempore alii eriguntur *caules* quadrati, dodrantales, conſimilibus foliis veſtiti, è quorum ſinubus *flores* verticillatim prodeunt longi, tubuloſi, cærulei, galea bifida, reflexa donati; quibus ſuccedunt *ſemina* oblonga, quaterna, in *calycibus* longis, & ſtriatis contenta; quibuſque matureſcentibus, *caulis* erectus marceſcit, alioſque per terram ſtratos, cum foliis, menſibus ſuccedentibus, relinquit. *Locis incultis, pariter ac umbroſis, ad ſepes, dumeta, & pomaria frequens occurrit. Aprili menſe floret.*

Temperamentum, & Vires.

Qualitatem calidam, & ſiccam indicat ſapor ejus amarus, ac acris, qui tamen non admodum amarus aut acris. Quamvis herba eſt vulgatiſſima ubique ad aggeres, & in umbroſis reptans, virtutibus tamen paucis cedit. Facultatis eſt valde aperitivæ, & abſterſoriæ; hinc viſcera, & meatus quoſcunque ab obſtructionibus liberat. Phthiſicis, tuſſientibus, nec non ictericis, & calculoſis prodeſt. In calculo renum ſimplex pulvis *cum ſacchari dimidio præparatus, & cum* aqua *ejuſdem* Hederæ, *cui ſp. vini quarta, vel ſexta pars eſt affuſa, propinatus, omnem fere fidem ſuperat, quam præclare eum atterat.* Sim. Paul. *Ad colicos dolores in clyſteribus exhibita amovendos conducit. Diuretica eſt, & ad urinam ſuppreſſam plurimum valet; nec eſt in menſibus retentis inefficax. Remedium eſt internum, & externum in hydrope anaſarca.* Succus *ejus mixtus cum ſucco Plantaginis propinatur ad dyſenteriam curandam, in Remed. collectaneis* D. Boylii. Decoctum *in mictura cruenta inſignes obtinet uſus, & tam præſervativè, quam curativè exhibetur. Eſt enim planta vulneraria, & ulceribus mundandis, ſanandiſque, præcipue vero internis, accommoda. Hinc in phthiſi cum ulcere pulmonum, in pleuritide, empymate &c. plurimum celebratur à* Cl. Ettmulero. *Inſigne eſt vulnerarium pectorale in pleuritide ſuppurata, empyemate, omnibus pectoris affectibus mire ſuccurrens, non ſecus, ac quoque in hæmoptyſi, tam à cauſa externa, quam ab interna nata.* Ettmull. in Com. Lodov. Hedera terreſtris *in ſputo ſanguinis eſt mirabilis: nam conſolidat rupta, & exeſa, ſimulque diſſolvit congrumata.* Idem in praxi.

CATARIA MAJOR, VULGARIS. T. 202.
Vid. Icon. 6. Tab. XXIX.

Cataria, Cattaria, & Herba felis *à* Catis *ſive felibus nomen traxit; nam odoris voluptate capti, cum primum illam olfecerint, miris geſticulationibus, laſciviendo, & colludendo ſeſe affricant, & illam amplexantur.* Nepeta *nuncupatur, forte à loco natali, nemp. à* Nepeta *Civitate* Etruriæ, *in cujus ſolo copioſiſſime creſcit.*

Cataria major, vulgaris. *T.* 202. *Mentha, Cataria, vulgaris, & major. C. B. P.* 228. *Nepeta, ſive Mentha cattaria vulgaris, & major. M. H.* 414 *Mentha, Cataria. J. B* 3. 2. 225. *Cataria herba. Dod. p.* 99. *Mentha felina, Nepeta. Tragi, Herba felis, & Cataria. Eyſt. Herba felis. Lugd. Calaminthæ* 1. *genus Fuchſ. Thal. Folia* prodeunt ortu oppoſito, in *caule* ſeſquicubitali, ramoſo, per intervalla, *Meliſſæ* aut *Urticæ* ſpecie, ſed mollia, latiuſcula, incana, & ambitu denticulata, *odoris* acuti non injucundi, ad *Mentaſtri* odorem tendentis. *Flores* juxta foliorum ſinus, albi, galeati, barbula dentata donati, petiolis diviſis adhærentes, ac cauliculorum faſtigia ambientes, eminent. *Semina* ſequuntur in minutis florum *calyculis* nigra, *Apiaſtri* minora. *Radices* ſubſunt fibroſæ, multifidæ, vivaces. *Secus aggeres, ſcrobes, vias, & ſepes, non raro occurrit. Per totam fere AEſtatem floret.*

Vires, & Uſus.

Ad omnes pectoris, ventriculi, & uteri morbos ex pituitoſis excrementis, aut flatu genitos tollendos à Matthiolo *commendatur: ideoque auxiliatur diuturno capitis dolore affectis, vertiginoſis, veternoſis, ſtupidis, reſolutis, convulſis, comitialibuſque; quinetiam anhelis, aſthmaticis, & ſuſpirioſis. Medetur item ventriculi torſionibus à flatu provenientibus. Tota planta menſes elicit, tam pota, quam in deſeſſionibus addita. Hactenus* Matthiolus, *apud quem plura invenies. Miro modo ad conceptus facile reddendos pollere creditur, præſertim ſi peccaverit frigida, & nimis humida intemperies.*

BALLOTE. T. 1. Vid. Icon. 7. Tab. XXIX.

Ballote *differt à* Marrubio *floris, & fructûs formâ.* Marrubium nigrum Βαλλωτὴν ἢ μέλαν πράσιον, Dioſc. *l.* 3. *c.* 117. *ab* atrovirentibus *foliis dictum.*

Ballote. *T.* 1. *Marrubium, nigrum fœtidum, Ballote Dioſcoridis. C. B. P.* 230. *Marrubium, nigrum, ſive Ballote. J. B.* 3 318. *Marrubium nigrum fœtidum. Adv. Lob. majus vel* 1. *Trag.* Seſquicubito altius eſt, *caulibus* quadratis, hirſutis, nonnihil rubentibus, inanibus; ad quorum genicula, ſeſcuncialibus pediculis oriuntur *folia Meliſſæ vulgaris*, atrovirentia, rugoſa, gravis ac ingrati odoris, in ambitu ſerrata; ex eorundemque alis ſurculi aliis foliis conſimilibus, minoribus, donati. *Floſculi* in *verticillis* ſubinde rubent, è calycibus ſtriatis, in quinque ſegmenta in margine diviſis, emergentes; in quorum unoquoque, ut in omnibus *galeatis* fieri amat, *ſemina* quaterna, fuſca, è rotundis anguloſa, ſuccedunt. *In ruderibus incultis, & ad foſſas ubique reperitur. Floretque AEſtate.*

Vires.

Externe ad morſus venenatos, tumores, ulcera ſananda &c. utilis, teſte Moriſ.

CALAMINTHA VULGARIS, *vel* OFFICINARUM GERMANIAE. C. B. P. 228.
Vid. Icon. 8 Tab. XXIX.

Calamintha *dicitur à vocibus* Græcis καλὸς, *pulcher, &* μίνθα, Mentha; *quaſi pulchra* Mentha.

Calamintha vulgaris, *vel* Officinarum Germaniæ. *C. B. P.* 228 *Calamintha, flore magno, vulgaris. J. B.* 2. 228. *Calamintha montana. Dod. p.* 98. *Calamintha montana, vulgaris. Eyſt. Tab. Ger. Lob.* Huic *radix* fibrata, vivax; *foliaque* è ſtolonibus emergentia, per totam hyemem vigent. Plurimos emittit *caules* quadrangulares, dodrantales, ramulis oppoſitis donatos. Iſtis adnaſcuntur *folia* ſubrotunda, *Origani* paria, unguis humani latitudine, viridia, lanugine pubeſcentia, rarius crenata, *odorem* gravem non injucundum ſpirantia, pediculis uncialibus inſidentia. *Flores* galeati, parvi, ex albis purpuraſcentes, petiolis diviſis, rariuſque diſpoſitis, ſparſi, ſupremos caules, ad foliorum exortum, ornant. *Montes amat, atque in ipſis umbroſos, ſaxoſoſque clivos: unde etiam in hortos transfertur, in quibus fæliciter adoleſcit, & ſeipſam facillime ſerit. Floret AEſtate.*

Vires, & Uſus.

Calefaciente, & exſiccante vi (quali & Mentha) pollet; *attenuat; incidit; aperit; exterget. Commendatur autem à* Matthiolo *ad omnia pectoris, & ventriculi mala. Inſigne ſtomachicum exiſtimatur; ſicut* Mentha; *valetque in Cholera, & in colicis doloribus. Orthopnoicis, ac aſthmaticis prodeſt; hepar quoque obſtructum liberat, & expurgat; inde ictericis ſubvenit. Egregium habetur diureticum, & in menſibus ciendis efficax; fœtum quoque ac ſecundinas pellit. Ruptis conducit; ſugillationes tollit; venenis reſiſtit. Quin etiam ad plura facit,* Dioſcoride, & Galeno *auctoribus, quos conſulas.*

ACINOS, *ſive* OCYMUM SYLVESTRE. M. H. 3. 404.
Vid. Icon. 1. Tab. XXX.

Acinos, Græcis ἄκινος, *exponitur res vilis, & nullius pretii. Acinus eſt granum internum uvæ, quod ſatum frequenter degener fit, & idcirco rejiciendum. Plantæ hujuſce* calyx florem, & ſemina *continens, ex turgido in mucronem deſinens hoc* granum *æmulatur, & exinde fortaſſe nomen accepit.*

Acinos,

ACinos, *ſive* Ocymum Sylveſtre. *M. H.* 3. 404. *Dod.* *Ger. Acinos multis.* *J. B.* 3. 2. 259. *Acinos*, *ſeu Clinopodium arvenſe*; *ocymi facie*; *majus.* *Boerh.* 1. 176. *Flor.* 2. 73. *Clinopodium*, *arvenſe*, *Ocymi facie*, *foliis latioribus*. *C. B. P.* 225. *Clinopodium minus*, *ſive vulgare*. *Park. Cauliculos* promit complures, ex rotundis quadrangulares, terram verſus reclinatos, palmares; *folia* ex intervallis bina contra ſe poſita, ex rotundis mucronata, *Thymi*, *Serpillive* majora, aliquantulum hirſuta, crenis in ambitu paucis donata, petiolis parvis inſidentia. E foliorum *alis* proveniunt plurimi pedicelli, *calyces* oblongos, ſtriatos, ex turgido ventre in acutum deſinentes, ſtriatos, verticillatim diſpoſitos, ſuſtinentes; è quorum apicibus *flores* purpurocærulei, exigui, galeati, *labello* trifido donati emergunt. Iſtis marceſcentibus, *ſemina* quaterna, parva, fuſca, rotunda, ſuccedunt. *In arvis reſtibilibus*, *aliiſque*, *terra cretacea*, & *ſaxoſa*, *lociſque incultis provenit.* *Floret Aprili*, *Majo*, & *Junio*.

Temperamentum, & Vires.

Temperamentum, & *Vires ſequentes huic attribuit* Caſp. Schvvenkefeld. *Calefacit*; *ſiccat tertio receſſu*; *aperit*; *provocat*; *diſcutit*; *roborat*; *tenuium eſt partium*: *menſes*, & *partus pellit*. *Ex vino pota melancholicos reſtituit*. Dodonæus *mitiorem temperiem aſſignat*; *qui aliquantulum calidam*, & *ſiccam eſſe perhibet non abſque aſtringendi vi*, & *potentia*.

MAJORANA VULGARIS. *C. B. P.* 224.

Vid. Icon. 2. *Tab. XXX.*

MAjorana *dicitur*, *quod majores habeat vires*, & *facultates*, *quàm quis facile crediderit*. Amaracus *etiam ab* Amaraco *puero quodam regio* (*notante* Servio *ad* AEneid. 1.) *appellitatur*; Græc. σάμψυχον, *eo quod odore hujus plantæ deliquium animi* (τῆς ψυχῆς) *paſſi reſtituantur*.

MAjorana vulgaris. *C. B. P.* 224. *Majorana vulgaris*, *æſtiva*. *Park* *Majorana majori folio ex ſemine nata*. *J. B.* 3. 2. 241. *Majorana*, *ſive Marum*. *Dod. p.* 270. *Amaracus vulgaris*. *Eyſt.* *Sampſuccus*, *ſive Amaracus*, *Latinis Majorana*, *Cord. in Dioſc.* E *radice* fibroſa in *caulibus* lignoſis, à principio divaricatis, geniculatis, dodrantalibus, fruteſcit. *Folia* ad ſingulos nodos binatim naſcuntur, ovalia, mollia, viridia, tantilla canitie obducta, unguis humani latitudine, odorem gratiſſimum ſpirantia. Circa caulis ramorumque faſtigium ex foliorum alis, adeoque in ramulorum extremis imbricatæ *ſpicæ* oriuntur, quarum hirſuta, ſquamatim compacta *foliola* è ſinu promunt *floſculos* puſillos albicantes, hiulcos, labello quadrifido demiſſo (cui *folium* ſurrectum imminet) bifidum è rictu *ſtylum* albidum proferentes. *Semen* minutum rotundum, ex luteo colore ruffum inter ſquamulas latitat. *Gaudet ſolo umbroſo*, *ſtercorato*, *humido*. *Floret Julio*, & *Auguſto*.

Vires, & Uſus.

Majorana (*quæ*, & Sampſuccus, & Amaracus *Officinis*) *intenſi eſt odoris*, *at ſuaviſſimi*, *partium volatilium tenuium*, *ac penetrantium*. *Quoad temperamentum*, *calida*, & *ſicca eſt*, *ſicut reliquæ hujus claſſis aromaticæ*. *Capitis*, *nervorum*, *ſtomachi*, & *viſcerum affectibus ſuccurrit*; *at capiti magis dicatur*. Pulverizata *egregium eſt* Errhinon *per ſe*, *melius ſi cum aliis cephalicis*, & *ſtimulantibus mixta fuerit*. *Ex hac quocunque modo parata remedia*, *ad frigidos capitis affectus*, *ad olfactum læſum*, *vel abolitum reſtituendum præſertim commendantur*. *Hinc* Oleum *naribus illitum*, *vel attractum*, *in Catarrhis*, & *Coryza cum primis valet*. Conſerva *quotidie manſa Catarrhum ſiſtit*, *inquit* Sim. Paul. *Sed hujus aquam naribus fortiter attractam*, *ceu compreſſa alterutra narium*, *altera exhauſtam*, *è vola manus* (*ore prius Aqua ſimplici*, *vel Vino repleto*) *tanquam ſpecificum proponit*. *Apoplecticos*, *Paralyticos*, & *Colicos juvat*; *ad viſcerum obſtructiones reſerandas conducit*; *Diureticum eſt*, *uterinum*, & *emmenangogum*. Schrod., & Moriſ.

DICTAMNUS CRETICUS. *C. B. P.* 222.

Vid. Icon. 3. *Tab. XXX.*

DIctamnus *forte à* Dite *parte montis* Idæ *in* Creta, *ubi ſponte copioſiſſime creſcit*. *Alii* δίκταμνον ἀπὸ τοῦ τίκτειν *deduci volunt*, *cum non modo potus*, *ſed appoſitus quoque partus defunctos ejiciat*.

DIctamnus Creticus. *C. B. P.* 222. *M. H.* 3. 357. *Dictamnus Cretica*, *ſeu vera*. *J. B.* 3. 2. 253. *Dictamnum verum*. *Dod. p* 281. *Origanum*, *Creticum*, *latifolium*, *tomentoſum*, *ſeu Dictamnus Creticus*. *T.* 199 *Caules* è *radice* fibroſa, geniculatos, duros, pedales, & ampliores protrudit; ad quorum ſingulos nodos bina è regione *folia* ſubrotunda, unguis humani latitudinis, denſo tomento laxe obducta, proveniunt. In caulis ſummitate ramatim pronaſcuntur *ſpicæ* unciales, ſquamatim ex folliculis latiuſculis, ſubrotundis, purpuraſcentibus compactæ; inter quas *flores* galeati, tubuloſi, purpurei, cum ſtaminulis ſuis in medio exeuntibus, emicant. *Semen* inter ſquamulas reconditur. *Naſcitur in Creta foliis craſſioribus*, *villoſioribus in hortis verò Italiæ majoribus*, *minuſque incanis*.

Temperamentum, & Vires.

Uterina in primis eſt herba, *ac alexipharmaca*, *Calef.*, & *ſicc. atten. abſterg. aper. Uſus præc. in obſtructis menſibus*, *in partu accelerando* (*intrinſecus*, & *extrinſecus*) *in ictibus venenatis*, *in ſpiculis extrahendis*. Schrod.

ORIGANUM SYLVESTRE, VULGARE. *M. H.* 3. 359.

Vid. Icon. 4. *Tab. XXX.*

ORiganum *ab* ὄρος mons, & γάνος, lætitia; *quaſi dicatur*, *quæ montibus delectatur*.

ORiganum ſylveſtre, vulgare. *M. H* 3. 359 *Trag. Matth. Origanum ſylveſtre*, *Cumila bubula Plinii*. *C. B. P.* 223. *Origanum vulgare*, *ſpontaneum*. *J. B* 3. 236 *Origanum ſylveſtre*. *Dod. p* 285. *Origanum vulgare*. *Eyſt.* *Origanum*, *Onites*, *majus*. *Adv.* 211. *Agrioriganum*, *ſive Onites major*. *Lob.* *Virgultis* eſt multis ab una *radicula* ſumma tellure vagante, ac filis tenuibus, ſubfuſcis, denſe fibrata, cubito altioribus, leviter piloſis, rectis, in quibus *folia* majora, longiora, & hirſutiora, binatim ad genicula, per intervalla proveniunt. *Flores* ſummis *caulibus* inſident, particulatim *corymbos* conſtituentes, dilute purpurei, tubuloſi. Hiſque emarcidis, remanent in parvis utriculis *ſemina* exilia, ſubrufa, rotunda, aliorum congenerum ſeminibus ampliora. *In montibus*, & *ſaxoſis locis*, *necnon in dumetis*, *frequens reperitur*. *Floret Junio*, *ac Julio*.

Vires, & Uſus.

Calef., & *ſicc.* 3. *abſterg. aſtring.* *Uſus præcip. in obſtructione Pulmonum*, *Epatis ac uteri*, & *hinc in tuſſi*, *aſthmate*, *Ictero*. *Auget lac*, *ichoroſa excrementa per ſudorem expellit* (*ante balneum aſſumptum*). *Extrinſecus uſui venit crebriori*, *eoque in balneis uterinis*, *cephalicis*, *totius corporis* (*contra ſcabiem*). Schrod.

ORIGANUM CRETICUM. *C. B. P.* 223.

Vid. Icon. 5. *Tab. XXX.*

ORiganum Creticum. *C. B. P.* 223. *J. B.* 3 2. 238. *M. H.* 3. 360 *Origanum*, *minus*, *Chium*, *odoratiſſimum*, *flore albo*; *ex Triumfett. H. Maurocen.* 133. *Origanum*, *Onites dictum Eyſt.* *Tragoriganum alterum pulcherrimum peregrinum*. *Adv. Lob.* Pertinaciſſime odoris gratiam retinet. Adferuntur autem nobis potiſſimum cymæ. *Majoranæ* ſimiles ſapore acerrimo, odore aromatico, jucundo. *Folia* rarius adferuntur, forte aliquando videre mihi contigit. Sunt autem ea hirſuta, minora quam *vulgaris Majoranæ*, minimeque rotunda. Cum longiuſculis corymbis ſpicas æmulantibus, *flore albo*, & *rubello* obſervatur. *In locis campeſtribus*, & *in hortis reperitur*. *AEſtate floret*.

Vires, & Uſus.

Cephalicum eſt, *ſtomachicum*, & *uterinum*. *Affectibus catarrhalibus medendis convenit*. *Stomachi vitia corrigit interne ſumptum*, *menſes potenter expellere dicitur*. *Hinc apud practicos Medicos* (*uſurpamus verba* Sim. Paul.) *raro vel nunquam menſes ducens medicamentum præſcribi obſervabitis*, *quin non illud* Origanum *quacunque forma paratum* ingre-

ingrediatur. Hunc in finem cum aliis uterinis in balneis, & inſeſſibus uſurpatur.

ORIGANUM HERACLEOTICUM, CUNILA GALLINACEA PLINII. *C. B. P.* 223.

Vid. Icon. 6. Tab. XXX

ORiganum Heracleoticum, Cunila gallinacea Plinii. *C. B. P.* 223 *Origanum Heracleoticum. Matthioli, aliis forte Creticum. J. B.* 3. 2. 237. *Origanum Heracleoticum Matth. Adv. Lob. Cam. Ger. Heracleoticum verius. Park.* Hoc *Origano vulgari* ſimile, in *caules* pedales, & cubitales aſſurgit. *Folia* geniculis appoſita, aliquando ſunt minora, & glabriora, odore vehementiore prædita. *Spiculæ* floreſcentes, ſquamoſæ, longiores, ſimul in caules, & folia magis vireſcunt, *floreſque* candidi ſunt. *Creſcit in locis campeſtribus opacis. Floret Junio, ac Julio.*

Vires.

Veteres commendarunt in morſibus venenatis, in ſcabie, porrigine, in Ictero, Hydrope &c. Hujus Oleum deſtillatum *in odontalgia eſt decantatum, & notiſſimum remedium.* Moriſ.

ROSMARINUS HORTENSIS, ANGUSTIORE FOLIO. *C. B. P.* 217 *Vid. Icon. 7. Tab. XXX.*

ROſmarinus *dicitur, quia ejus flos* rore *madibus ſemper apparet, & color aquæ* marinæ *ſimilis videtur. Vel quod* folia, *qua parte minus viridia quandoque albedine quadam aſpergantur, quæ* rorem *videtur mentiri; & albedo aliquando etiam in parte viridiore obſervetur.*

ROſmarinus hortenſis, anguſtiore folio. *C. B. P.* 217. *Roſmarinum coronarium. Dod p.* 272. *Roſmarinus coronarius, fruticoſus, ſive nobilior, anguſtiore folio. J. B.* 2. 25. *Roſmarinus coronarius. Eyſt. Ger. Lob. Cæſ. Libanotis coronaria, ſive Roſmarinum vulgare. Park. Caulibus* fruticat craſſis, ſcabris, ſubcinereis, geniculatis, à quibus oriuntur *ramuli* firmi, æque ac *caules* lignoſi, tenues, obſepti crebris *foliis*, ſeſcunciam circiter longis, culmi latitudinem aſſequentibus, *Stæchadis Arabicæ* majoribus, durioribus, ſupina parte nigroviridibus, prona candicantibus, odorem, & ſaporem aromaticum effundentibus, ex ordinato ſitu procedentibus. Ex horum ſupremis *alis* prodeunt petioli longiuſculi, nunc ſimplices, nunc bini, qui in alios diviſi, & ramificati ſunt. Hi *calyces* breves, plerumque bifidos ſuſtinent, è quibus *flores* ex cæruleo albidi, ſtriati, *galea* bifida erecta, apicibus ſuſtenta, labroque concavo, guttato donati, emicant. Iſtis deciduis ſequuntur *ſemina* puſilla, oblonga, umbilico tenui, albicante, ad fuſcum colorem inclinantia; unde non facile prodit planta, aut ſi prodierit, difficulter enaſcitur; ſecus atque è ramulis terræ impactis. *Radix* lignoſa, multifida, nigricat. *Creſcit in locis apricis, & in Hortis. Floret Majo, & Junio.*

Temperamentum, & Vires.

Excalfactoria cum reſiccanti vi præditus eſt; incidit, & ſubaſtringit; ſudorem elicit. Celeberrimum eſt cephalicum, nec non uterinum. Inſignes uſus obtinet in apoplexia, epilepſia, in incubo, ſtupore, paralyſi, & nervorum reſolutione; memoriæ confert; valet in Catarrho, & Coryza, ejuſque vel fumus ore, vel naribus exceptus prodeſt. Ventriculum, & inteſtina roborat; ictero medetur, auctore Dioſc. *Si ante exercitationem in decocto bibatur; exercitatus autem æger balneum ingrediatur, & merum potet. Singularis uſus eſt in fluore albo; ſolo hujus* decocto *fœminas reſtituit* Lindanus. *In ſterilitate convenit, necnon in fœtu roborando, & abortu præcavendo.* Folia *minutim conciſa, & in faſcia linea, vel ſerica conſuta, valent contra ſpaſmum, ſi periſcelidis modo gerantur, cutem proxime alligata.* D Boyle in Remed. collectaneis. Oleum *chymice præparatum (præmiſſis univerſalibus) ad guttas* 4. *vel* 5. *in Aqua* Fumariæ, Card. benedict. *vel quolibet idoneo vehiculo exhibitum, paullo ante paroxyſmum, exquiſite curat tertianas, quod factum* Pariſiis *à* Medico *quem nomine vocat* Monſieur St. Jacques, *vidit, & obſervavit* Sim. Paul. *in* Noſocomio *dicto* Charitatis. *Uſurpantur, &* folia, *&* flores *(Anthi in Officinis dicti), & ex his foliis, ſp. Vini infuſis, & l. a. deſtillatis, fit* Aqua Spiritus Reginæ Hungariæ, *non modo cephalicis, & nervorum affectibus conveniens, ſed ad dolores externos ſedandos efficax.*

CARDIACA *J. B.* 3 320.

Vid Icon. 8. Tab XXX.

CArdiaca *dixerunt à voce* Græca χαρία, Cor., *quaſi planta ad Cordis affectus valens.*

CArdiaca. *J. B.* 3. 320. *Dod. p.* 94 *Adv. Lob. Cæſ. Tab. Ger. Park. Marrubium, Cardiaca dictum, forte I. Theophraſti. C. B P.* 230. *M. H.* 3. 378. *Lycopus Ruellii.* Plurimæ huic *radicum* loco *fibræ* ab uno veluti capite deſcendunt. *Caules* promit quadrangulares, craſſos, duos vel tres pedes altos, obſcure ac ex nigro colore rubentes, per intervalla geniculatos, non admodum ramoſos; *folia* palmæ latitudinis, venoſa, ſubhirſuta, profunde dentata, & in tres præſertim lacinias diviſa. Ea ſurſum aſſurgentia, minora, anguſtiora, & nigriora ſenſim fiunt. E ramulorum geniculis *calyces* duri, ac pungentes orbiculatim proveniunt, è quibus *flores* exeunt purpuraſcentes, *galea* exterius villo candido obſita. Iſtorum ſingulis *ſemina* quaterna, parva, anguloſa ſuccedunt. *Juxta ſepes, & veteres muros, in ruderibus, & incultis locis reperitur. Floret Julio.*

Vires, & Uſus.

Cordis anxietati, & doloribus ventriculi in cardialgia ſublevandis ſuadente nomine, convenire dixeris, id tamen non valde approbat Sim. Paul *At nihilominus notatu dignum eſt, quod tradit* Schroderus, *qui non meticuloſe aſſerit, hanc peculiariter mederi diſtentioni hypochondriorum, & Cardiæ infantium, ob quem affectum* Cardiacam, *ſeu* Cardiliam *appellant. Menſes, & urinam ciet.* Pulverem *ex vino hauſtum, ad partum difficilem leniendum commendat* Matthiolus.

CHAMAEDRYS MINOR, REPENS. *C. B. P.* 248.

Vid. Icon 1. *Tab XXXI.*

CHamædrys *dicitur, quaſi humilis* Quercus, *quod* folia Quercus *habeat, &* humi *reptet.*

CHamædrys minor, repens. *C. B. P.* 248. *Dod. p.* 43. *Chamedrys vulgo exiſtimata. J. B.* 3. 288. *Chamædrys vulgaris. Park. Radiculæ* lignoſæ, geniculatæ, reptatrices, & fibriatæ ſunt; virgulata vero dodrantalia, rubentia & lanuginoſa; quibus *folia* ex intervallis adnaſcuntur, bina oppoſita, figura, & fiſſura Quernis fere ſimilia, rigida, nervoſa, hirſuta, & ſubamara. *Flores* ſpicatim, & verticillatim adſtant, purpurei, rubeſcente, labiati, *galea* deſtituti, cum binis lateribus in acutas *alas*, ut in aliis familiæ diviſis; & pro galea *ſtamina* purpuraſcentia arcuatim eriguntur. *Colitur in hortis; ſolo gaudens aſpero. Floret Junio, ac Julio.*

Vires, & Uſus.

Calidam qualitatem arguit ejus amaritudo, quæ tamen in exceſſu non poſita eſt. Incidit; attenuat; obſtructiones pertinaciſſimas aperit; diureſin, & ſudores promovet; ictero flavo æque, ac nigro medendo prodeſt; nigro tamen magis convenire nonnulli volunt, quia herba *eſt ſplenetica; nam nigri ſedes vulgo ponitur in liene. Lienem ipſum ab hujus uſu colliquari auctor eſt* Galenus: *ob quam commendationem (inquit* Sim. Paul.*) infuſis aut decoctis melangogis ſemper eam addere ſoleo. In febribus tertianis, & quartanis curandis, efficax habetur. Scorbuto, & arthriticis doloribus amoliendis prodeſt. Peſtilentiæ; lumbricis; ſanguini concreto; podagræ; hæmorrhoidum doloribus; capitis morbis frigidis; ictero; auribus vermiculoſis; ſuppreſſis urinis, & febribus tertianis, feliciter adhiberi aſſerit* Matthiolus.

MARUM SYRIACUM, *vel* CRETICUM. *Boerh.* 1. 182.

Vid. Icon. 2. *Tab. XXXI.*

MArum Dioſc. Μάρον, *ab* Heb. Mar, amarus, *quia herba plurimum amara.* Marum *dici ajunt à* Marone *Rege* Thraciæ, *qui hanc plantam primus invenit.*

MArum Syriacum, *vel* Creticum. *Boerh.* 1. 182. *Marum Syriacum*, *vulgò*. *Flor.* 2. 84. *Marum Cortuſi*. *J. B.* 3. 242. *M. H.* 3. 420. *Marum Syriacum*. *Adv. Lob. Lugd. Ger. Chamædrys incana*, *maritima*, *fruteſcens*, *foliis lanceolatis*. *T.* 205. *Majorana*, *Syriaca*, *vel Cretica*. *C. B. P.* 224. A *radice* lignoſa, gracili, parva, *ſurculos* plures, rectos, rotundos, tenues, lignoſos, palmares, profert; qui ab radice, uſque ad ſummitates, ferunt ex oppoſito, ex intervallis, binos ramulos, *foliis* binis, parvis, ſubrotundis, candicantibus, *Thymi* paullo majoribus denſe veſtitos. *Flores* in ſummis caulibus ſpicatim proveniunt, eorumque quilibet è proprio *calyce* brevi, tomentoſo, emergens, è diluto rubro colore purpuraſcit, & *Chamædryos* ſimilis, galea caret. *Semen* exile fuſcum, raro ad maturitatem perducitur; pangendo vero incrementum facile fit. Tota planta acerrimi, pungentis, & gratiſſimi eſt odoris, quem & contrita manibus attrectantium impertitur, & ſubinde ſternutationem excutit. *In Syria*, *& in Hortis &c. occurrit*.

Vires, & Uſus.

Mari *virtutes ex* Minderero: *Aromaticam hanc* herbam *pluribus iiſque eximiis dotibus inſignem eſſe*, *non odor modo*, *ſed ſapor ejus patefacit*, *ac oſtendit*. *Eam autem inter cephalica medicamenta haudquaquam poſtremum locum obtinere pronunciaveris*; *conducit enim vel aſſumpta*, *vel maſticata ſummovendis morbis cerebri frigidioribus*, *apoplexiæ*, *paralyſi*, *ſpaſmo*, *vertigini*, *tetano*, *ſenſuum obfuſcationibus*, *& id generis malis*, *quibus egregia ſua vi reſiſtit*; *aurium dolores*, *& ſonitum tollit*; *pituitam è capite detrahit*; *ac cerebrum abſtergit*; *ſpirituſque animales redintegrat*. *Aperit inſuper*; *attenuat*; *digerit*; *roborat*; *ac anhelandi difficultatem expedit*. *Stomacho quovis modo*, *vel aſſumpta*, *vel admota*, *ſalutaris eſt*, *ac pectoris morbis adverſa*. *Quin etiam hæc ipſa jecinoroſos*, *hepaticos*, *ac lienoſos adjuvat*: *præterquam enim*, *quod obſtructiones aperit*, *partes affectas roborat*, *ac firmat*. *Uteri præterea frigidis malis ſuccurrit*, *& flatus craſſos*, *ſive in inteſtinis*, *ſive alibi in corpore oberraverint*, *diſſipat*. *Auxiliatur iis*, *quos tormina vexant*, *qui colicæ tormenta patiuntur*; *incipientem hydropem*, *& tympanitida prohibet*, *ac iis quos urinæ difficultas tenet*, *opem fert*; *poteſtque omnia longe potentius*, *quæ* Majorana *noſtra* (*quæ à* Maro *denominationem*, *ut id obiter notem*, *duxiſſe videtur*) *efficere valet*. *Teſte* Moriſ.

CHAMAEPITYS LUTEA VULGARIS, *ſive* FOLIO TRIFIDO. *C. B. P.* 249.

Vid. Icon 3. *Tab. XXXI.*

CHamæpitys Χαμαίπιτυς *quaſi* humilis Picea, *à foliis crebrius diſpoſitis* Pinum *referentibus*; *vel quod folia* Piceam *oleant*. Iva *appellatur quaſi* Juva, *à maximo juvamine*, *quod variis morbis affert*. *Et* Arthritica, *quoniam articulorum morbis curandis confert*.

CHamæpitys lutea vulgaris, *ſive* folio trifido. *C. B. P.* 249. *M. H.* 3. 425. *Chamæpitys vulgaris odorata*, *flore luteo*. *J. B.* 2. 295. *Chamæpitys major*. *Eyſt. Ajuga*, *ſive Chamæpitys mas Dioſcoridis*. *Lob. Adv.* 164. *Arthritica*, *ſive Iva Arthritica*. *Schrod.* 496. *Radicula* latis longa, dura & fibrata eſt, unde cauliculi hirſuti, palmares, per terram ſparguntur; quibus per intervalla, haud longa *folia*, ex adverſo bina, trifida, aviculæ digitatos pedes referentia, hirſuta, naſcuntur, & in *caulium* extremitate crebrius diſpoſita. Ex horum alis *floſculi* lutei *labello* bifido, ſuperiore parte punctulis rubris guttato emergunt, & *galeæ* vice *ſtamina* prodeunt dilute purpuraſcentia. *Calyces* vaſculave ſeminalia brevia, hirſuta, *ſemina* quaterna, triquetra, continent. *Arenoſis*, *& ſabuloſis gaudet*. *Floret Julio*, *& Auguſto*.

Temperamentum, & Vires.

Arthriticos, *& iſchiadicos juvat*; *nervis ſuccurrit*; *valetque in paralyſi*; *obſtructa reſerat*; *ictero medetur* (*teſte* Dioſcoride) *ſi ſeptem diebus in vino potetur*. *Vulnera glutinat*; *nomas cohibet*. *In urinæ difficultate*, *& in mictura ſanguinis*, *multum commendatur*. *Menſes movet*; *fœtum pellit*; *abortum procurare dicitur*.

SCORDIUM. *C. B. P.* 247.

Vid. Icon. 4. *Tab. XXXI.*

SCordium. *C. B. P.* 247. *J. B.* 3. 292. *Dod. p.* 126. *Chamædrys paluſtris Allium redolens*. *M. H.* 3. 423. *Chamædrys*, *paluſtris*, *caneſcens*, *ſeu Scordium Officinarum*. *T.* 205. E *radicibus* capillaribus *caules* ſurriguntur dodrantales, & longiores, ramoſi, geniculati, quadrati, progredientes, hirſuti; atque ex eorum geniculis *folia* exeunt adverſa, *Chamædrys* ſimilia, ſublonga, rugoſa, dentata, & ſinuata, tactu mollia, hirſuta, albicantia, odorem quodammodo *Allii* ſpirantia. *Flores* indidem quoque, undique per caulem quaterni, *Chamædryos* floribus perſimiles, pediculo brevi colore rubenti, cum concoloribus ſtaminulis erumpunt; iiſque delapſis *ſemen* in *vaſculis* quinquepartitis reperitur minutum. *In pratis humidioribus*, *& ad rivulos plurimis locis reperitur*. *Floret Majo*, *ac Junio*.

Vires, & Uſus.

Calefac., *& ſicc.* 2. *abſterg. atten. incid. putredini reſiſtit*, *alexipharmacum*, *ac ſudoriferum eſt*. *Uſus præcip. in peſte*, *peſtilentialibuſque morbis*, *febribus malignis* (*tam præſervando*, *quam curando*) *in obſtruct. Epatis*, *ac Lienis in Pulmonibus purulentis*, *ac mucilagine refertis*. *Extrinſecus mundificat vulnera*, *ac ulcera*: *lenit dolores podagricos*. *Sunt qui in menſium profluvio cum ſucceſſu velint*. Schrod.

POLIUM MONTANUM, LUTEUM. *C. B. P.* 220.

Vid. Icon. 5. *Tab. XXXI.*

POlium *à voce Græcâ* πολιὸς canus: *nam ex* Dioſcoride *lib.* 3. *cap.* 124. *corymbos habet cæſarei canæ ſimiles*.

POlium montanum, luteum. *C. B. P.* 220. *Polium Montanum*, *III. Cluſ. H.* 361. *Polium*. *Dod. p.* 283. *Polium vulgare*. *Park.* Cauliculi è *radice* fibroſa protruduntur tenues, palmares, & dodrantales, tomento candido omnino obducti, geniculati, infirmi, nunc erecti, nunc procumbentes. His *folia* vix pollicem longa, & quadrantem lata, in ambitu crenata, tomentoſa, binatim ad genicula naſcuntur; tenelli tamen ramuli *capitella* ſua jam protrudere incipientes, cum ipſis foliis flaveſcente lanugine obducuntur, perinde ac ipſa integra oblonga capitella, ex multis *calyculis* caneſcentibus conjuncte in ſummitatibus naſcentibus congeſta, quæ tandem luteos galea carens *flores* oſtendunt. In fundo calycis quatuor per maturitatem *ſemina* parva, ex rotundis oblonga, fuſca, reperiuntur. *Arenoſis locis provenit*, *Martioque*, *& Aprili floret*.

Vires, & Uſus.

Calef., *& ſicc.* 2. *Viſcera aperit*, *ciet menſes*, *& urinam*, *ad ſerpentum ictus utile*, (*Theriacam ingreditur*). *Externè fronti imponitur vireſcens ad ſuffuſionem*, *Vulnerarium audit*. Schrod.

BUGULA VULGARIS, SYLVATICA, CAERULEA.

M. H. 3. 395 *Vid. Icon.* 6 *Tab. XXXI.*

BUgula *Latinis*, Bugule Gallis, *nominatur*. Conſolida media *etiam à facultate ad ſananda vulnera apta appellatur*.

BUgula vulgaris, ſylvatica, cærulea. *M. H.* 3. 391. *Bugula*. *Dod p.* 135. *Conſolida media*, *pratenſis*, *cærulea*. *C. B. P.* 260. *Conſolida media*, *quibuſdam Bugula*. *J. B.* 3. 430. *Chamæciſſi alterum genus*. *Cæſ. Herba ſacra*. *Cordi*. *Arthretica Pandectarii*, *Anguill.* E *radice* fibris compacta, proveniunt *folia* plurima, ex anguſto principio in uncialem aut ampliorem latitudinem, *Bellidis* in modum, ſeſe dilatantia, obtuſa, in ambitu modice crenata, & ſinuata, ex fuſco viridi colore; (præſertim in apricis). Ab eodem etiam exortu, *Clematides* ſeu flagella reptantes, & *Fragariæ* more *radices* ad genicula agentes, ſparguntur. E centro *caulis* erigitur ſemipedalis, quadratus, foliis binis, uſque ad ſummum, è regione geniculis ſingulis appoſitis; è quorum ſupremorum *alis* per intervalla *flores* verticillatim emittit cæruleos, ſtriis candidis permixtos. Iſtis *galea* non omnino deeſt, ſed accuratius intuentibus bifida eſt, & aliorum florum verticillatim diſpoſitorum multo brevior, & quaſi abſciſſa, cui bina *labia*, barbulaque bifida ſubjiciuntur. *In ſylvoſis*,

voſis, umbroſis, & pratis frequens occurrit. Majo menſe floret.

Vires, & Uſus.

Utraque vulneraria eſt, tam intrinſecus, quàm extrinſecus, adhibita: confert & ictero, Epatis obſtructioni, urinæ retentioni, hernis &c. Schrod.

MENTHA ROTUNDIFOLIA, CRISPA, SPICATA.

C. B. P. 227. Vid. Icon. 7 Tab. XXXI.

MEntha *dicitur* Latinis, Græcis *verò* μίνθη, *tum &* Ἡδύοσμος, *ut ait* Dioſcorides *lib. 3. cap. 41.*

MEntha rotundifolia, criſpa, ſpicata. *C. B. P. 227. J. B. 3. 2. 218. Mentha altera, Dod. p. 95. Balſamita, & cruciata Mentha, vulgo, Boerh. 1. 185. Cruciata, ſive Criſpa. Ger. Caules* quadrati, ſubhirſuti, infima parte ſubrubentes. *Folia* è geniculis ex adverſo, criſpa, rugoſa, vix hirſuta, ſerrata, ſubrotunda, in mucronem deſinentia, odorata pronaſcuntur. *Flores* purpuraſcentes in *ſpicas* unciales, & ſexantales digeruntur. *Hortenſis ferè eſt; floretque Auguſto, & Septembri.*

Vires, & Uſus.

Ad dolores capitis ſæpe recurrentes ſunt, qui lintea triplicata, aut quadriplicata in hujus Menthæ *aqua madefaciunt, & temporibus applicant.* Chab.

MENTHA HORTENSIS, VERTICILLATA, OCYMI ODORE.

C. B. P. 227. Vid. Icon. 8 Tab. XXXI.

MEntha hortenſis, verticillata, Ocymi odore. *C. B. P. 227. Mentha verticillata, minor, acuta, non criſpa, Ocymi odore, J. B. 3. 2. 216. Mentha ſativa. Dod. p. Mentha Cardiaca. Cam. Radicibus* reptatricibus longe lateque ſe propagat. *Caulibus* cubitalibus, quadratis, atrorubentibus, geniculatis aſſurgit, in ramuſculos poſt dimidium diviſis; quorum ſuperiores partes tenuiores frequenter nutant, & dependent. *Folia* aliarum congenerum ad inſtar ſita, viridia ſunt, anguſta, & glabriora, *Menthæ vulgaris Romanæ* pene ſimilia, odoris tamen gravioris, ad *Ocymi* odorem accedentis; eaque ad cauliculorum ſummitates uſque ad genicula naſcuntur. Ex horum porro *alis* geniculatim, & per intervalla proveniunt *florum* exiguorum purpureorum verticilli, quibus ab antedicta ſpicata &c. *In Hortis nota eſt.*

Vires, & Uſus.

Calef. & ſicc. in princ. 3. partium eſt tenuium, ſubaſtringit. Uſus præcip. in ventriculi imbecillitate, cruditate, ſingultu, vomitu, flat. ardore, Epatis obſtructione, inteſtinor. dolore, capitis vertigine, lactis coagulationem impedit. Extrinſecus corrigit ventriculi imbecillitatem, doloreſque colicos ſopit (cataplaſ.) duritiem mammarum lactiſque coagulationem, capitiſque achores ſanat &c. Schrod. Oleum *colicos dolores ſedat; idem multum præſtat in dyſenteria; efficaciſſimum eſt tam in lienteria, quam dyſenteria, quemadmodum aſſerit* Raygerus *in Not. ad Theſ. Med.* Ruland. *Et mox ſubjungit: ſæpe totam* herbam *cum Vino rubro coctam in fluxu dyſenterico, toti ventri applicui magno cum effectu.* Mentha *lacti infuſa concretionem ejus impedit; hinc in Cataplaſmate mammis applicatur, nec ut lactis coagulationem inhibeat tantum, ſed ut jam coagulatum ſolvat adhibetur.* Ex herba *ſicca additis æqualibus* Rutæ *partibus, & tantillo ſeminis* Carvi, *omnibus convenienter in Aceto cereviſiæ coctis, paratur Cataplaſma, quod mirifice hic coagulatum mammarum reſolvit primum; deinde omnino generationem lactis prohibet, quo promiſcuè puerperæ felici ſucceſſu utuntur.* Sim. Paul. *Cui moleſta ſunt Cataplaſmata, illa poteſt recipere decoctum* Menthæ *cum* Fœniculo, *vel* Chærefolio, *& cum linteis inſtar fomenti applicare mammis, pro impedienda, & tollenda lactis coagulatione.* Ettmull.

PULEGIUM LATIFOLIUM. *C. B. P. 222.*

Vid. Icon. 9. Tab. XXXI.

PUlegium *dicitur, quod ejus flos recens incenſus pullices interficiat: vel ut auctor eſt* Pena, *quod pulmonum pituitam craſſam farctam extundat.*

PUlegium latifolium. *C. B. P. 222. Pulegium. J. B. 3. 256. Dod. p. 256. Pulegium vulgare. Park. Mentha aquatica, ſeu Pulegium vulgare. T. 189.* Importuno reptatu quamcunque terram attigerit è *caulium* quadratorum, dodrantalium geniculis, demiſſis fibris radicatum luxuriat, longe lateque ſubjectum ſolum opacans. *Foliorum* ex articulis ſubrotundorum, & præcedentium foliis minorum, odore cum ſuavitate gravi, ſapore fervido exoritur. Quadripartitorum *florum* (quorum pars ſuperior galeam referens, integra, quæ in *Menthis* diviſa eſt) *verticilli* purpuraſcentes, brevibus intervallis, longa ſpicataque ſerie caules, & ramus coronant, ſubjecta utique foliorum conjugatione una. *Creſcit locis cultis, & incultis, humidis, ac campeſtribus. Floret Julio, & Auguſto.*

Vires, & Uſus.

Calef. & ſicc. 3. Saporis ſubacris, & ſubamari, partium tenuium, atten. incid. aper. reſolv. Uſus præcip. in menſibus ciendis, fluore albo, fœtu ejiciendo; confert Epaticis, ac pulmoniacis: nauſeam, ac tormina ventris diſcutit, calculum, ac urinam pellit. Ictero, ac Hydropi medetur. Extrinſecus prodeſt capiti, ſomnum arcet, vertiginem diſcutit, doloribus arthriticis convenit, dentes abſtergit, pruritum cutis curat &c. Schrod.

VERBENA VULGARIS. *J. B. 3. 443.*

Vid. Icon 10. Tab. XXXI.

VErbena *quaſi* Herbena, *id eſt* Herba bona; *nam inter herbas à* D. Jo. Feſto *collectas apud* Italos *connumeratur*, Herba Sacra *vocatur, quia ea in* Sacris *utebantur Antiqui.* Verbena *etiam dicitur, à verendis aris: hac* Jovis *menſa verritur, domus purgantur luſtraturque. Vid.* Plin. *l. 22. c. 2., & l. 25. c. 9.*

VErbena vulgaris. *J. B. 3. 443. Verbena communis, & Sacra recta, Adv. Lob. Herba Sacra. Ang. Verbena communis, cæruleo flore. C. B. P. 269. Verbenacea recta. Dod. p. 150. Hierobotana mas. Brunf.* E *radice* minimo digito tenuiore, fibroſa, ſubamara, plures emergunt *caules* cubitales, & altiores, quadrati, ſolidi, brevi lanugine ſubhirſuti, & ſubinde purpuraſcentes, ramoſi. *Folia* in caulibus per intervalla ex adverſo bina, brevi itidem, & vix conſpicua lanugine utrinque obſita, rugoſa, profunde laciniata, diviſura quodammodo foliorum *Quercus*, infimis duabus inciſuris profundioribus, colore ſupra, quam infra ſaturatius vireſcenti. Ex alis foliorum, & in ſummitate caulis *flores* in longas *ſpicas* digeſti, ex pallidis purpuraſcentes, exigui, quinquepartiti, è *calyce* diviſo, in ala folioli perexigui ſeſſili exeunt. Singulis autem *floſculis* ſuccedunt in calyce quatuor *ſemina* longiuſcula, ſimul juncta, ut in *Verticillatis*. Duo ſuperiora floſculi cujuſque ſegmenta *galeæ* vicem obtinent. *Locis incultis, ſaxoſis, & compitis reperitur; menſibus Junio, Julio, & Auguſto floret.*

Temperamentum, & Vires.

Calida eſt, & facultate magis diſiccante, quam abſtergente prædita. Intenſiſſimos capitis dolores mitigat, & tollit; quod felici ſucceſſu expertus eſt Foreſtus, *ſacculum* Verbenæ *contuſæ collo ægrotantis appendendo. Nec minus valet contuſa, & cum linteis duplicatis fronti, & temporibus alligata. Coronam ex* Verbena *confici, & capiti patientis imponi præcepit* Archigenes, *eandemque aliis modo præparatam adhibuit.* Radicum, *ut &* foliorum *decoctum dentium dolores ſedat, mobiles firmat, & oris ulceribus medetur. Defluvium capillorum prohibet: hæc eadem præſtat* aqua *diſtillata.* Herba *eſt ulceribus quibuſcunque claudendis conveniens. Adverſus ſerpentum, & canis rabidi morſus pollet. In torminibus ventris, & dyſenteria exhibetur. Podagra laborantis juvat. Partum facilitat auctore* Schrodero; *cui non aſſentitur* Ettmullerus, *quum ſæpe noverit mulierculas aquam* Verbenæ *cum ſucceſſu uſurpare ad præcavendum abortum. Ad omnem abortum præſervandum ex* Vegetabilibus *commendatur primario* Verbena. *Idem in praxi p. 596. Quoad cæteras facultates, eſt ophthalmica, thorica, hepatica, ſplenetica, febrifuga, vulneraria, & lithontriptica.*

DISTRI-

DISTRIBUTIO XV.

PLANTÆ GYMNOTETRASPERMÆ ASPERIFOLIÆ.

Borrago hortenſis; Bugloſſum vulgare, majus; Anchuſa puniceis floribus; Anchuſa lutea, major; Lithoſpermum majus, erectum; Heliotropium majus Dioſcoridis; Cynogloſſum majus, vulgare; Pulmonaria vulgaris, maculoſo folio; Echium vulgare; & Symphytum, *ſive* Conſolida major.

BORRAGO HORTENSIS. *M. H.* 3. 437.
Vid. Icon. 1 *Tab. XXXII.*

BOrrago *ab omnibus fere* Botanicis *hoc nomine inſignitur*. Borrago *quaſi* Bovago, *quia* folium *propter aſperitatem linguam bovis imitatur. Vel aliis* Borrago *appellatur, quaſi* Corago, *quod* cordis *affectibus opituletur, & flos inter* cordialia *medicamenta reponatur*.

BOrrago hortenſis. *M. H.* 3. 437. *Ger. Borrago floribus cæruleis. J. B.* 3. 574 *Bugloſſum latifolium, Borrago, flore cæruleo. C. B. P.* 256. *Bugloſſum, ſive Borrago. Matth.* 1186. *Borrago. Trag. Fuchſ. Lon. Dod.* Planta algoris impatiens, *foliis* ſe erigit palmaribus, obtuſis, hiſpiditate aſperis, venoſis, viridibus, in *caule* ſucculento, cubitali, ramoſo, hirſuto, diverſo ortu ſitis. *Flores* faſtigiatim in ſummitate caulis locantur, & duplici ſerie quiſque pediculo proprio unciali adhæret, patulus, cæruleus, integer in fundo, in quinque ſegmenta acuta ſtellatim diviſus. Ejus umbilicus pyramidali ſpecie, è quinque *ſtaminulis* fuſcis compoſitus, acuminatur, *Calyx* in floris dorſo quinquefidus, apertus eſt, à quo flos citò decidit. Hinc *ſemina* rugoſa, ex oblongis rotunda, quaterna, fuſca, *ungue* candido ſuccedunt; quibus marceſcentibus, *radix* mollis, pollicaris, viſcida, alba, perit. *In Hortis oleraceis frequens reperitur. Floret menſe Junio, Julio, Auguſto, uſque in Septemb.*

Temperamentum, & Vires.

Admodum temperate calida eſt Borrago, *nec multum humectat. Inter primarias cordiales recenſetur, & in præſcriptionibus Medicis cordialibus compoſitis non raro adjicitur. Spiritus vitales recreat; cordis tremori, & palpitationi ſuccurrit; humores bilioſos corrigit; triſtitiam pellit; & melancholicis plurimum juvat. Veterum exemplo in vinum conjicitur ad hilaritatem augendam; quidam etiam in hunc finem* flores *acetariis inſpergunt. Auctoritate* Jo. Bauh. *febricitantibus convenit* Borrago. Aqua deſtillata, *&* flores Saccharo conditi *in omnibus febribus utiles.* Conſervam florum Borraginis *olim arcanum inter mulieres ad menſes proritandos, parvi facit* Sim. Paul., *nec niſi ex accidenti menſes movere concedit. Illam tamen omnino comprobare videtur* Ettmul. *dicendo, quòd* Conſerva florum Borraginis *ſingulariter commendatur contra ſupreſſionem menſium ad drachm. unam tempore matutino in Vino albo, & ſi addantur grana aliquot Nucis muſchatæ, erit eo certior, & efficacior.*

BUGLOSSUM VULGARE, MAJUS. *J. B.* 3. 578.
Vid. Icon. 2. *Tab. XXXII.*

BUgloſſum, Gr. Βέγλωσσον, *i. e.* Lingua bovis, *eo quod* folia bubulas *imitentur* linguas, *& aſperitate, & figura.*

BUgloſſum vulgare, majus. *J. B.* 3. 578. *Bugloſſum anguſtifolium, majus, flore cæruleo. C. B. P.* 256. *Bugloſſum Italicum, flore cæruleo. Eyſt. Anchuſa, Alcibiadion. Dod. p.* 629. *Bugloſſum, perenne, majus, ſativum. M. H.* 3. 438. *Radice* nititur prolixa, foris nigricante, perenni, intus alba, dulci, ad edendum, & medendum nata. Caput in *folia* excreſcit pedalis longitudinis, palmique fere latitudinis, alba, hirſutie aſpera, mucronata, ad margines æqualia, in terram ſtrata. *Caules* oriuntur bicubitales, & altiores, ſuperne brachiati, hiſpidi, in faſtigiis longo, & aſſiduo ordine exhibentes *floſculos*, primum purpuraſcentes, & poſtmodum in elegantem cæruleum colorem abeuntes, tubuloſos, pentapetaloides, ſeu oris in quinque partes obtuſas diviſos, *umbone* villoſo in medio eminente. *Semina* in *vaſculo* quinquefido, aſpero, quaterna, rugoſa, *Tritici* ampliora, ex nigris, fuſca, mucronata, ſequuntur. *In Hortis noſtris frequens alitur, quibus per totam Æſtatem floret.*

Temperamentum, & Vires.

Bugloſſum *ejuſdem eſt temperaturæ, & earundem virium quibus &* Borrago. *Similiter* flores *imprimis; deinde* folia, *&* radices *in uſus veniunt; item* flores *in Officinis, ſicut* Borraginis, *inter quatuor notiſſimorum Cordialium flores reponuntur.* Bugloſſum *hypochondriacis, & melancholicis affectibus adverſatur, & ea præſtat omnia quæ* Borrago *ſupra memorata.*

ANCHUSA PUNICEIS FLORIBUS. *C. B. P.* 255.
Vid. Icon. 3. *Tab. XXXII.*

ANchuſa Dioſc. *l* 4 *c.* 23. καὶ τὸ ἄγχειν, *quod vim* ſuffocatoriam *habeat, dicta videtur; conſtringit enim fauces, &* ſuffocat.

ANchuſa puniceis floribus. *C. B. P.* 255. *Anchuſa Monſpeliana. J. B.* 3. 584 *Anchuſæ alterum genus, Onochites dictum. Cluſ. H.* 175 *Bugloſſum radice rubrà, ſivè Anchuſa, vulgatior, floribus cæruleis. T.* 134. *Bugloſſum perenne, minus, puniceis floribus. M. H.* 3. 438. Craſſam longamque habet *radicem*, lignoſam, rubram, roſeo colore tingentem; *caules* dodrantales hirtos, per quos *folia Echii* ſimilia, rigidis *pilis* obſita, unciam unam aut alteram longa ſparguntur. *Flores* extremis hærent, ramulis conferti, purpuraſcentes, longiuſculi, oris *Bugloſſi* in modum quinquefidis; quos *ſemen* ſequitur ſublongum, cinereum, parvum. *In vinetis, & ſabuloſis, aridiſque collibus &c. Menſibus Martio, & Aprili floret.*

Vires.

Folia *in Vino pota ſiſtunt alvum.* Dioſcorid.

ANCHUSA LUTEA, MAJOR. *C. B. P.* 255.
Vid. Icon. 4. *Tab. XXXII.*

ANchuſa lutea, major. *C. B. P* 255. *M. H* 3. 442. *Anchuſa lutea. Adv. Lob J. B.* 3. 583 *Anchuſa flore exalbido. Cluſ. Hiſt.* 165. Numeroſa huic ſunt *folia* palmaris longitudinis, valde anguſta, & pungente lanugine hirſuta: è quorum medio *caulis* aſſurgit pedalis, craſſiuſculus, firmus, hirtus, in multos ramos diviſus, in quibus breviora multò hiſpidàque *folia*. Extremis ramis è vaginulis hirſutis, & aſperis prodeunt *flores Symphyti majoris* floribus quodammodo ſimiles, albi

aut palleſcentes, in angulos quinque diviſi. Iis vero diſcuſſis *ſemen* in vaginulis conſpicitur *Viperino* capiti ſimile, aut *Echii* ſeminis forma, ſed glabrum. *Radix* digitalis, nigra cute contexta, qua ſublatâ, omnino rubet, & elegantiſſimo colore inficitur. *Reperitur in aridis ſicciſque locis; & floret Majo.*

Vires.

Anchuſa *veterum* (*non minus*, *quam* Echium) *ex vino data*, *dæmorſis à ſerpentibus opitulatur*, & radici *vis vera alexipharmaca tribuitur*. *Recentiorum nonnulli*, *inquit* Dodonæus, *butyrum recens inſulſum cum* Anchuſæ radice *addito Vino*, *donec ruborem contraxerit*, *coquunt*, *quod butyrum rubrum appellant*, & *non modo ex alto delapſis exhibent*, *verum ad exanthematum facilem eruptionem prodeſſe ferunt*, *ſi cum calente cerviſa mox propinetur*. Moriſ.

LITHOSPERMUM MAJUS, ERECTUM. C.B.P.258.
Vid. Icon. 5 *Tab. XXXII.*

Lithoſpermum Gr. Λιθόσπερμον *à ſeminis duritie*, *quaſi* ſemen lapideum, *ſeu* lapidea *duritie præditum*, *dicitur*. Milium Solis, *pro* Milio Soler (*in Monte* Soler *copioſe naſcente*) *in Officinis dicitur*, *quia* ſemina *lucida*, *dura*, Milii *pene ſimilia ſunt*.

Lithoſpermum majus, erectum. *C. B. P.* 258. *Lithoſpermum*, *ſive Milium Solis*. *J. B.* 3. 590. *Lithoſpermum minus*. *Dod. p.* 83 *Legitimum*. *Cluſ. Milium Soler Mauritanis*. *Lithoſpermum erectum*, *vulgare*, *majus*, *flore ochruleuco*. *M. H.* 3. 446. *Radix* nigricans, craſſiuſcula, in fibras deſinens, alte deſcendit; unde *caules* eriguntur cubitales, & bipedales, recti, duri, & ſub aſperi, à media parte in *alas* plures tenues diviſi, & *foliis* digiti fere longitudinis, latiore baſi, in mucronem abeuntibus, nigricantibus, aſperiuſculis, inordinatim onuſti. *Flores* è ramulorum ſinubus exeuntes ſingulares ſunt, exigui in quinque ſegmenta ſubrotunda diviſi, pallidi, aut albidoviridiluteo colore tincti, ſuccedentibus *ſeminibus* quaternis, nudis, duritie lapidea, ſplendentibus, ex albis cinereis aut *Margaritæ* coloris, lævitatis eximiæ. *Caules* exſiccati, lignoſi, foliis decidentibus, per totam hyemem durant, ex eademque radice quotannis reſurgunt. *Locis incultis*, & *montoſis agriſque ſiccioribus*, *occurrit*. *Majo*, & *Junio menſibus floret*, *ſemenque Autumno perficitur*.

Temperamentum, & Vires.

Semen Lithoſpermi *in uſus ſervatur*, *quod calidæ*, & *ſiccæ qualitatis particeps eſt*. *Cujuſnam ſit qualitatis in dubium revocat* Sim. Paul. *cum* Hoffmanno; *ſed de temperamento aut qualitate non tanti eſt controverſia*. *Prodeſt calculoſis*, *renes*, & *vias urinarias abſtergendo*; *materiamque mucoſam cum arenulis expellendo*. *Calculum ipſum quoque comminuere*, & *expellere creditur*. *Urinæ difficultati ſubmovendæ confert*; *nam quæ lithontriptica ſunt*, *revera ſunt diuretica*. *Cum lacte muliebri potum ad partus difficiles commendat* Matthiolus.

HELIOTROPIUM MAJUS, DIOSCORIDIS. C.B.P.253.
Vid. Icon. 6. *Tab XXXII.*

Heliotropium, *quaſi ab* ἥλιος *ſol*, & τρέπω *verto*, *quod cum ſole vertatur*, *ut quidam volunt*. Plinius *l.* 22. *cap.* 21.

Heliotropium majus, Dioſcoridis. *C. B. P.* 253. *Heliotropium majus*, *flore albo*. *J. B.* 3. 604. *Heliotropium*. *Dod. p.* 70. *Heliotropium majus*. *Cluſ. H.* 46. *Lob. Park. Ger. Heliotropium Herba cancri major*. *Lon.* Planta eſt dodrantalis, & major, interdum minor, ratione loci, *radice* ſimplici lignoſa prædita. *Caulis* medulla fungoſa plenus, foris ex viridi incanus, tomentoſus, multis *alis* concavus. *Folia* ad ramulorum exortus, & per ipſos ramos diſpoſita, *Ocymi* foliis ſimilia, ex rotundis oblonga, nervoſa, cauli concoloria, hirſuta ſunt. *Flores* ramoſi, albi, *foliolis* lanuginoſis obſiti; cæterum racemus ille ſpicatus cacumen in ſe *Scorpionis caudæ* inſtar contorquet. *Semina* ſuccedunt triangula, brevia, cinerea, quaterna juncta, acuminibus coeuntibus globoſum *capitulum* efficientia. *Naſcitur in aſperis*. *Floret Æſtate*, & *Autumno*.

Vires, & Uſus.

Decoctum *pituitam bilemque per alvum extrahit*, *impoſitum*, *vel ex vino potum*; *ictis à Scorpionibus prodeſt*. Semen *carnis excreſcentias reprimit*; *verrucas penſiles tollit*; *menſes*, & *fœtus ducit*. Dioſcorid., & Lobel.

CYNOGLOSSUM MAJUS, VULGARE. C. B. P. 257.
Vid. Icon. 7. *Tab. XXXII.*

Cynogloſſum *dicitur à vocibus* Græcis κύων κυνὸς Canis, & γλῶσσα, *Lingua*.

Cynogloſſum majus, vulgare. *C. B. P.* 257. *M. H.* 3. 448. *Cynogloſſum Officinarum*. *Lon. Cynogloſſum vulgare*, *J. B.* 3. 598. *Eyſt. Matth. Lob. Cluſ. Hiſt. Cynogloſſum*. *Dod. p.* 54. *Cynogloſſa vulgaris*, *major*. *Col. p.* 1. 169. *Folia* profert lata, longa, majoris *Bugloſſi* ritu, villoſa tamen, tactu mollia, & exili lanugine pubeſcentia, effigie *linguæ caninæ* æmula, atque è glaucis virentia, fœtorem murium, aut catulorum non obſcure prodentia. Secundo anno ſine pediculis, in caule pluſquam cubitali, ea ſparguntur, ramoſo, & tereti, exornato faſtigiatim *floribus* obſolete puniceis, purpuraſcentibus *Bugloſſi* florum magnitudine, *è calicibus* quinque partitis exeuntibus; quibus ſingulis ſuccedunt quaterna *ſemina* depreſſa, ſubrotunda, lappacea, decuſſatim ſimul nuda cohærentia, & *ſtylum* prominentem cingentia, pertinaci adhæſu veſtibus ſe implicantia. *Radix* extus nigreſcit, ſata craſſa, longa, ac ſubtus multis fibris gracileſcit. *Seminibus* matureſcentibus, radix perit. *Incultis*, & *deſertis locis*, *ad ſemitas*, & *vias publicas*, *lætiore ſolo*, *frequens reperitur*. *Junio*, & *Julio menſibus floret*.

Vires, & Uſus.

Refrig., & *ſicc.* 2. *incraſſ. lenit*, *obſtruit*. *Uſus in ſiſtendo fluxu alvi*, *in gonorrhœa*, *ac catarrhis incraſſandis*. *Verùm quia in numero herbarum eſt*, *quæ ob narcoſin virulentam ſuſpectæ ſunt*, *rariſſimè à practicis adhibetur*. Schrod. Ex rad. Cynogloſs. Hyoſcyam. Opio &c. *componuntur Pilulæ ad acres fluxiones incraſſandas*, *ad catarrhum*, *tuſſim difficilem ſiſtendam*, & *ſomnum conciliandum*. *Verum doſis narcoticorum in Pilulis de* Cynogloſſo *exhibita*, *tria vel quatuor grana non excedit*. Moriſ. *Quidam* Dioſcoridem *ſecuti*, radicem *ad uſus internos ſecure commendant*, *doſi aut quantitate non aſſignata*, *quam tamen non magnam eſſe oportet*. Radix *externe inflammationibus*, & *ambuſtis medetur*, *ad hæmorrhoides*, *fiſtulas*, *ulcera cancroſa ſananda*, *utilis eſt*; *ſtrumas*, & *tumores ſcrophuloſos reſolvit*. *Ad ſcrophulam tollendam* radicem *collo ſuſpendi*, & *antequam exaruerit penitus*, *renovari præcipit Cl.* Mayernius.

PULMONARIA VULGARIS, MACULOSO FOLIO.
Cluſ. H. 159. *Vid. Icon* 8. *Tab. XXXII.*

Pulmonaria maculoſa *dicitur à* maculis *albicantibus*, *ad inſtar* macularum pulmonis, *quæ in* foliis *ut plurimum albæ*, & *latæ conſpiciuntur*; & *quod* pulmonum *affectibus medeatur*.

Pulmonaria vulgaris, maculoſo folio. *Cluſ. H.* 159. *Symphytum maculoſum*, *ſive Pulmonaria*, *latifolia*. *C. B. P.* 259. *Pulmonaria Italorum*, *ad Bugloſſum accedens*. *J. B.* 3. 595. E ſummitate *radicis* digiti craſſitudinem æquantis, fibris carnoſis affixæ, emergunt *folia* plurima humi ſparſa, palmaria, ſubrotunda, in mucronem deſinentia, petiolis longis inſidentia, aſpera, viridia, *maculis* albis in ſuperficie conſperſa. *Caules* dodrantem longi, foliis anguſtioribus ſeſſilibus, abſque ordine onuſti, *flores* plurimos in thyrſo congregatos, tubuloſos, margine quinquifidos, ſuſtinent, primo rubentes, & deinde in cæruleum colorem abeuntes; quibus dehiſcentibus, *ſemina* quaterna, obrotunda, tumida, lucida, nigricantia, in *calycibus* brevibus craſſiuſculis contenta, ſuccedunt. *In ſylvis*, *ac collibus umbroſis ſponte naſcitur*. *In Hortis frequens reperitur*, *ubi primo Vere floret*.

Temperamentum, & Vires.

Refr., & *ſicc. conſolidant*, *conglutinant* (*al. calef.*) *Uſus præcipuus in affectibus pulmonum*, *phthiſi*, *expui-*

tione

tione ſanguinis. *Extrinſecus in vulneribus*. Schrod. *Eſt autem illa temperaturæ calidæ*, *& humidæ*. *Mundata in Vino decocta*, *& pota exulcerationibus pulmonis*, *& vitiis thoracis expurgandis prodeſt*: *ac omnis generis vulneribus*, *rupturis*, *& confractionibus oſſium*, *quotidiana id atteſtante experientiâ*, *commodiſſima eſt*. *Sic ſolent Chirurgi Emplaſtris ſuis adjungere*. Florum *in Vino rubro decoctum ad urinam cruentam* bibitur: Radicis pulvis *cum* Ovi albo *applicatus immodicas hæmorrhoides ſedat*. *Scribit* Chabr.

ECHIUM VULGARE. *C.B. P.* 254.
Vid. Icon. 9 *Tab. XXXII.*

ECHium *dicitur à voce* Græca, ἔχις, Vipera, *non tantum propter ſeminis formam*, *ſed quod* Vipereis *morſibus auxiliari exiſtimetur*.

ECHium vulgare. *C B. P.* 254. *Echium*. *Dod. p.* 631. *Matth. Lugd. Bugloſſum agreſte*. *Lob. Lycopſis Cordi*. *Folia* à radice exeunt oblonga, non admodum lata, hirſuta aſpera, & veluti exiguis *ſpinis* horrida, humi radiatim procumbentia. Inter hæc medius aſſurgit *caulis* teres, & rectus, folioſus, non minus quam folia aſper adnatis multis appendicibus, *ſpicas* longas conſtituentibus, extrema parte reflexis, *& caudæ Viperinæ* ad inſtar incurvatis: quæ præter exigua folia, *floſculos* proferunt cavos, ex anguſto principio lato, & hiante expanſos, quorum ſuperior pars ſupra inferiorem longe eminet, initio è rubris purpureos, inde cæruleos, *ſtaminibus* aliquot purpureis mediis. Iſtis *ſemina* ſuccedunt quaterna, anguloſa, acuminata. *Radix* prolixa, teres, locis apricis ſubinde foris rubeſcit, atque ubi floruerit, ſeminaque ad maturitatem perduxerit, perit. *Secus vias*, *& ſemitas*, *necnon agrorum margines*, *ac ipſis deſertis agris provenit*. *Locis etiam apricis*, *& muris gaudet*. *Tota Æſtate floriferum eſt*; *Semen interea maturatur*.

Vires, & Uſus.

Semen *cum Vino potum*, *ex ſententia* Dioſc., *& veterum non modo demorſis à Viperis*, *vel Serpentibus auxiliatur*, *ſed etiam hoc alexiterio præmunitos ab ictibus illæſos ſervat*. *Idem quoque perficiunt* Radix, *&* folia *eodem modo ſumpta è* corticibus radicum, *medulla dempta*, *butyrum rubrum paratur*, *quod contra caſum*, *contuſionem*, *tuſſem contumacem*, *tam propinatum*, *quàm illitum impenſe prodeſt*. Sim. Paul.

SYMPHYTUM, *ſive* CONSOLIDA MAJOR. *C.B. P.* 259.
Vid. Icon. 5. *Tab. XXXII.*

COnſolida major, *à* conſolidandis *vulneribus dicta*) Symphiti (κατὰ τὸ συμφύω *conglutino*, *coaleſcere facio*, *à conglutinandi facultate nomen obtinuit*.

SYmphytum, *ſive* Conſolida major *C B. P.* 259. *Symphytum magnum J. B.* 3 593 *Dod. p.* 134. *Fuchſ. Symphytum majus vulg Park Conſolida major. Brunf. Cam. Ger.* *Radicibus* nititur craſſis multifidis, foris nigricantibus, intus *ſucco* glutinoſo gravidis, à quibus eduntur *folia*, *Bulgoſſo* majori proxima, ſed latiora, hirſuta, ſubaſpera, atrovirentia, abſque pediculis *cauli* inhærentia anguloſo, ſtriato, bicubitali, & in brachia dirempto. In horum ſummitatibus *flores* viſuntur tenues, oblongi, cylindracei; concavi, nutantes, ſuperius quinquepartitim modice diviſi, nunc coloris albidi, interdum lutei palleſcentis, nunc purpurei nigricantis, nunc hilariore purpura nitentis, & quandoque rubri. Floribus ſingulis *ſemina* tumida, ſubrotunda, lævia, & lucida, quaterna ſuccedunt. *Floret Junio*, *& Julio menſibus*. *Littoribus ac ripis*, *paluſtribus*, *& humectis*, *graminoſiſque hortis gaudet*.

Temperamentum, & Vires.

Mediocriter calidum, *& ſiccum exiſtimatur*, *licet mucilagine abundet*, *præſertim* radix, *quæ multo frequentius in uſus venit*. *Antiquitus obſervatum eſt*, *carnes fruſtulatim conciſas*, *& una cum*Symphyti radicibus *coctas in unam maſſam coaleſcere*; *quod fit viſcoſæ illius mucilaginis vi*, *quam radicibus ineſſe diximus*. *Eſt autem* Symphytum (radix *ejus præcipue*) *vulneribus conglutinandis idoneum*, *ſive ſint externa vel interna*; *nervis*, *& tendinibus quocunque modo læſis firmandis conducit*; *multum laudatur in oſſium fracturis conſolidandis*; *in herniis etiam recentibus uſus eſt frequentiſſimi*, *& eximiæ virtutis*. *Internè ſalſos & tenues humores ad pulmones delatos inſpiſſat*, *& citra vaſculorum rupturas blande educit*; *eroſis etiam prodeſt*, *ſcreatumque ſanguinis prohibet*. *In potionibus vulnerariis*, *ad partium internarum læſiones ſæpe propinatur*. *Dyſenteria laborantibus prodeſt*. *Ad menſes nimios cohibendos* radix *commendatur*, *cum Sacchato aut Melle condita*, *item* flores *in* conſerva. Flores *in Vino rubro coctos*, *bis in die ſumptos*, *in cruenta urina optimos eſſe confirmat* Camerarius. Radix *quoque cum albudine Ovi applicata ſedat immodicas hæmorrhoides*; *ecchymomata*, *& ſugillationes tollit*. Decoctum radicis *cum dimidio rad.* Sigilii Salom. *certiſſimum eſt remedium in ſugillationibus oculorum tollendis*. Ettmul. *in prax.*

DISTRIBUTIO XVI.

PLANTAE GYMNOTETRASPERMAE TETRAPETALAE.

Potamogeton rotundifolium; Potamogeton perfoliatum; & Potamogeton foliis anguſtis, ſplendentibus.

POTAMOGETON ROTUNDIFOLIUM. *C. B. P.* 193.
Vid. Icon 1. *Tab. XXXIII.*

POtamogeton *à vocibus* Græcis ποταμὸς, Fluvius, *&* γείτων. *Nomen enim* (*ut ait* Dioſcordies *lib.* 4. *cap.* 101) *ex eo inditum eſt*, *quod in paludibus*, *& aquoſis locis naſcatur*.

POtamogeton rotundifolium. *C. B. P.* 193. *Potamogeton rotundiori folio*. *J. B.* 3. 776 *Potamogeton ſpicata Tab. Caulem* namque rotundum habet, geniculis interceptum, è quibus pediculi exeunt foliis *Betæ*, aut *Plantaginis* veſtiti, paululum ſupra aquam eminentibus: *flores* in ſummo caulium faſtigio ſpicatos *Biſtortæ* aut *Perſicariæ* inſtar profert; ac ſubinde *ſemen* lucidum, tumidum, ex nigro ſplendens. *Naſcitur in lacuſtribus*, *ſtagnantibus*, *aquoſiſque locis*. *Floret Julio menſe*.

POTAMOGETON PERFOLIATUM. *Raj. Sin.* 61.
Vid. Icon. 2. *Tab. XXXIII.*

POtamogeton perfoliatum. *Raj. Sin.* 61. *Potamogeton foliis latis*, *ſplendentibus*. *C. B. P.* 193. *Potamogeton altera*, *Dodonæi*. *J. B.* 3. 778. *Potamogeton tertia*. *Dod. p.* 582. *Ger.* Hæc tenuibus, ac teretibus *cauliculis* luxuriat, in alas ſubinde diſtributis: *folia* huic ſunt lata oblonga, acuminata, multo quam priore minora: è ſinu ramulorum, ac foliorum pediculi ſubinde prodeunt, in quorum ſingulis cernitur *ſpica* brevis, *floſ-*

culos proferens candicantes, pentapetalos, intus muſcoſos; ac deinde *ſemina* tumida, rotunda, veluti *Aphaces*; *radix* fibroſa fundo adheret. *Tota hæc ſub undis naſcitur eminente tantummodo cacumine; ſed in aquis haud profundis, ac dulcibus, quæ tamen maritimo æſtu attolluntur. Junio, ac Julio ſpicæ florentes conſpiciuntur.*

POTAMOGETON FOLIIS ANGUSTIS, SPLENDENTIBUS *M. H 2. 587 Vid. Icon. 3. Tab. XXXIII.*

POtamogeton foliis anguſtis, ſplendentibus. *M. H.* 2. 587. Hæc eſt major ſpecies, albicantibus, & articulatis *radicibus* ſecundum aquæ fundum repit, à quibus (exiguis fibris deorſum emiſſis) *cauliculi* aſſurgunt tenues, oblongi, geniculis intercepti; inferius parvis, ſuperius autem majoribus, & longioribus, anguſtis *foliis* adnatis, quorum medius nervus eſt durus, ſubinde ſtili alicujus inſtar folii faſtigium ſuperans eminet: *flores* in craſſa *ſpica* ſubrubent. *Sub aquis vero herba hæc una cum foliis ſuis conditur, ſolæ ſpicæ ſupereminet. Naſcitur in lacuſtribus, & aquoſis locis.*

Temperamentum, & Vires.

Potamogeton, *inquit* Galenus, *aſtringit, & refrigerat ſimiliter Polygono, ſed aſſentia ejus craſſior, quam Polygoni.* Dioſcorides *refrigerare, & aſtringere ſimiliter ait, & utile pruriginibus, & malis depaſcentibus vetuſtiſque ulceribus eſſe.* Plinius *ex vino dyſentericis, & cœliacis mederi ſcribit, uſumque eſſe in foliis.*

DISTRIBUTIO XVII.

PLANTAE MONANGIOSPERMAE.

Primula veris umbellata, odorata, pratenſis; Primula veris pallido flore, humilis; Auricula Urſi, flore luteo; Auricula Urſi Myconi, piloſa, cærulea; Numularia lutea, major; Anagallis phœniceo flore; Gentiana major, lutea; Trifolium fibrinum; Leontopetalon; Alſine vulgaris, *ſive* Morſus gallinæ; Saponaria vulgaris; Beenalbum Officinarum; Myoſotis arvenſis, ſubhirſuta, flore majore; Lychinis arvenſis, glabra, flore majore; Lychnis arvenſis, glabra, flore minore; Ros ſolis; folio ſubrotundo; Caryophyllus hortenſis, ſimplex, flore majore; & Portulaca latifolia, ſativa.

PRIMULA VERIS UMBELLATA, ODORATA, PRATENSIS. *Boerh. 1. 199. Vid. Icon. 4. Tab. XXXIII.*

PRimulæ Veris, *quod* primo Vere *floreant*, Dioſcoridis *l. 4. c. 104.* φλομιδὲς, *&* Plinii *l. 25. c. 10.* Phlomides *cenſentur. Aliis vero* Plinii *l. 25. c. 4., & l. 26. c. 11.* Dodecatheon, *cui ſunt folia ſeptem* Lactucis *ſimillima à lutea radice exeuntia. Verum apud* Plinium *l. 25. c. 10. Alterum genus* Aliſmatis *in Sylvis nigrius majoribus foliis videtur.* Verbaſculum *dicitur, quòd folia aſpera hirſuta* Verbaſci *inſtar habeat.* Primula Veris, *quod exeunte* Hyeme, *& primo ineunte* Vere *floreat.*

PRimula Veris umbellata, odorata, pratenſis. *Boerh. 1. 199. Flor 2. 86 Primula Veris, flavo flore, elatior. Cluſ. H. 301. Primula Veris, odorata, flore luteo, ſimplici. J. B. 3. 495. Primula Veris major, floribus luteis, odoratis. Dod. p 147. Primula Vera pratenſis, odorata, lutea. Ad. Lob. Ger. Verbaſculum pratenſe, odoratum. C. B. P. 241. Herba paralyſis, vulgaris. Trag. Folia* promit lata, rotundis tamen longiora, rugoſa, aſpera *Betonicæ* foliorum inſtar, quibus tamen majora ſunt, & dilutius multo virentia, per margines nonnihil aut exiguum ſerrata: aſſurgit è medio *cauliculus* tenuis, nudus, ſemipede, aut aliquando dodrante non altior, in cujus cacumine plurimi *pediculi* oriuntur ſuſtinentes ſinguli ſingulos *floſculos* ſaturate luteſcentes, odoratos frequenter, deorſum nutantes, quibus ſingulis deciduis ſingulæ ſuccedunt *capſulæ*, oblongæ involucro, ſeu *calyce* foliaceo cinctæ: in medio capſularum plurima apparent *ſemina*, ſubruffa matura, cingentia *ſtilum* nutritivum; *radix* fibroſa in diverſa ſpargitur. *In locis humidioribus non tamen omnino riguis cignitur: reperitur quandoque in Campis apertis, & patentibus. Floret Martio, & Aprili.*

PRIMULA VERIS PALLIDO FLORE, HUMILIS. *Cluſ. H. 302. Vid. Icon. 5. Tab. XXXIII.*

PRimula veris pallido flore, humilis. *Cluſ. H. 302. Primula veris ſylveſtris, flore pallido. Eyſt. Verbaſculum ſylveſtre, majus, ſingulari flore. C. B. P. 241. Herba paralyſis. Cæſ. 261. Verbaſculum ſylveſtre majus, ſingularibus floribus, ſingularibus cauliculis inſidentibus. M. H. 2. 555. Primula veris minor. Dod. Primula Sylvarum. Ad. Lob. Lugd.* Hæc *Primula ſylveſtris* minor *foliis* primam refert, ſed tamen ſunt multo minora: *pediculi* tenues, plurimi, ſingulares in mediis foliis attolluntur, breves, vix palmi altitudine; in quorum ſingulorum faſtigiis *floſculi* ſinguli apparent quinis petalis ad medium cordatis, ſeu deliquium patientibus donati, pallide lutei, priorum quoad formam floribus ſimiles: pericarpium, & *capſulæ*, ipſaque *ſemina* itidem ſimilia; *radix* etiam ſimiles in fibras dividitur. *Creſcit in campeſtribus, ac ſylvis. Floret Aprili.*

Temperamentum, & Vires.

Apud recentiores Primulæ Veris odoratæ, *&* Sylveſtris, *ſive* humilis *trita* folia *imponuntur efficaciter doloribus articulorum.* Radicum decocto *veſicæ, renumque obſtructiones ſolvunt.* Jus herbæ *propinatur, & illinitur adverſus rupta, luxata, & liventia. Quod vero hæc eadem poſſint, temperamentum eorundem palam docet: parum enim adſtringunt ſi guſtaveris: amara, & modice acria ſunt, ut hoc nomine deſiccandi, & detergendi facultatem, quam illis* Galenus *adſcribit, habere nemo dubitare debeat. Noſtri etiam temporis* Herbarii *calida, & ſicca eſſe ſtatuunt. Et mulieres formæ, & pulchritudini coloris faciei ſtudentes,* ſucco *illorum è* floribus *expreſſo faciem illinunt, quod maculas, rugaſque, & alia ejuſdem vitia mirifice detergat.* Folia *guſtu non ingrato, in olere placentulis, & acetariis: ſuntque admodum utilia capiti, nervis, & humorum ex decubitu putredini, aut inflammationibus, eoque vulneraria habetur. Eſſe* Primulas Veris *facultate reſiccantes, ſed exiguum, aut nihil calidas prodidit* Dodonæus. *Adhibentur & in Apoplexia, paralyſi, & articulorum doloribus.* Aqua florum, *&* Conſerva *anodyna, & hypnotica ſunt Medicamenta.* Decoctum radicum Primulæ vulgaris *in ſero lactis, aut Zythogala, aliove idoneo vehiculo ſumptum ſingulare eſt, & præſtantiſſimum, ut perhibent, remedium ad vertiginem.* Flores *ergo* Primulæ veris odoratæ conſervæ *forma paralyticis conveniunt.* Matthiolus *ſtillatitiam* aquam *totius* plantæ *fronti illitam capitis dolores mulcere aſſerit.*

AURI-

AURICULA URSI, FLORE LUTEO. *J. B.* 3. 499.
Vid. Icon. 6 Tab. XXXIII.

AUricula Urſi *à forma foliorum dicitur; an* ἄλισμα, *ſive* δαμασώνιον *foliis Plantaginis, ſed anguſtioribus, & in terram convexis &c.* Dioſc. *l.* 3 *c.* 169. Et Plinii *l.* 25 *c.* 10. Sanicula *à* Sanandis *vulneribus.*

AUricula Urſi, flore luteo. *J. B.* 3. 499 *Sanicula Alpina, lutea. C. B. P.* 242. *Sanicula, ſive Auricula Urſi. Matth. Dod. Caſt. Aliſma, ſive Damaſonium Dioſcoridis. Col. Phyt.* 18. *Auricula Urſi floribus luteis. Cam. Tab. Eyſt. Auricula Urſi* propter connexionem, & affinitatem in fine ultimo ad *Primulam Veris* pertinet, *folia* lata, è virore albicantia, ejus foliis reſponderent niſi lævia eſſent abſque rugis, & carnoſa, glabra, atque omnino craſſiora. Huic pediculis eſt tenuis, teres, qui è mediis foliis effertur, & *floſculos* in faſtigio caulis profert plures ſimul junctos ex eodem centro, *caulis* ſcilicet ſummo orientes, *Primulæ Veris* pratenſis ſimiles, quinis petalis conſtantes, in medio diliquium patientibus, luteos ut plurimum, albos, aliquando purpureos, aut dilute rubentes: floribus ſingulis ſingulæ ſuccedunt *capſulæ* ſubrotundæ, *calycibus* quinquefoliatis brevibus inſidentes; in quibus ſingulis plurima nutriuntur *ſemina* circa *ſtilum* nutritivum: *radix* pluribus, craſſis, oblongis fibris firmatur. *In petroſis, & præruptis Alpium jugis. Vere, unà cum aliis* Primulis Veris *floret.*

Temperamentum, & Vires.

Frigida & ſicca eſt, & aſtringit, teſte Matthiolo, & Dodonæo, *ſi quotidie in potu* folia *infuſa bibantur ad vulnera conglutinanda aliquot diebus continuis pota conducunt, potionibus addita aut per ſe coëta.* Columna Auriculæ Urſi *vires* Primulæ Veris *viribus, cui valde eſt affinis fine ultimo, &* Aliſmatis *adſcribit; Venatoreſque referente* Cluſio, *ejus* Radice *frequentiſſimè utuntur, ad roborandum caput, ne vertigine in præcipitiis tentetur.*

AURICULA URSI MYCONI, PILOSA, CAERULEA. *Chabr.* 493. *Vid. Icon.* 7. *Tab. XXXIII*

AUricula Urſi Myconi, piloſa, cærulea. *Chab.* 493. *Lugd. Sanicula Alpina villoſa, foliis Borraginis, C. B. P. Radices* multas emittit fere capillaceas, fuſcas, petris hærentes, guſtu adſtringentes. Circa eas *folia* per humum repunt, *Borraginis* foliis quadrantenus ſimilia, in ambitu nonnihil laciniata, aſpera, rugoſa, craſſa, piloſa. Ex foliorum medio duo aut tres *cauliculi* emergunt, rotundi, dodrantales, hirſuti, ſolidi, ſucoſi purpuraſcentes: in quorum faſtigiis *flores* ſunt cærulei, ex quinque foliis ſubrotundis compoſiti, cum *ſtaminibus* luteis. *Naſcitur in umbroſis humidis montanis locis.*

Temperamentum, & Vires.

Aqua *ex* Sanicula Montana, *ſeu* Auricula Urſi Myconi *per vitreum organum diſtillata ad frangendum calculum, ſive veſica, ſive in renibus valde efficax eſt, id quod* Myconus *vir bonus, & doctus ſe experientia reperiſſe aſſerit. Eadem* Aquâ Hiſpani *adverſus tuſſim utuntur: quam ob cauſam plantam hanc* Yerva tuſſera *nuncupant; alii à foliorum copia* Peluda *vocant.*

NUMULARIA LUTEA, MAJOR. *C. B. P.* 309.
Vid. Icon. 8. *Tab. XXXIII.*

NUmularia *à foliis numi ſpeciem referentibus ſic dicta; aliis* Centummorbia *à mirifica in* vulneribus *medendis facultate. Aliis* Hirundinaria, *quod* Hirundinis *inſtar paſſim terræ affixa hærat.* Centimorbia, *vel* Centumorbia *à mirifica facultate, & efficacia, quâ adverſus plurimos morbos, plurimaque ulcera, pollet.*

NUmularia lutea, major. *C. B. P.* 309. *Numularia, ſive Centimorbia. J. B.* 3. 370. *Numularia. Trag. Fuch. Dod. Ad. Lob. Lugd. Tab. Ger. Eyſt. Lyſimachia humifuſa, folio rotundiore, flore luteo. T.* 141. Longis tenuibus *viticulis*, anguloſis proſerpit hæc *Numularia major*, quorum geniculis ex brevioribus intervallis *folia* bina, è regione appoſita naſcuntur, *Anagallidis* rotundiora, & nonnihil criſpa, guſtu vehementer citra modum ſiccante adſtringenteque; ex quorum alis *flores* plerumque bini, rarius terni, *Anagallidis* lutæ florum inſtar, ſed rotundiores, eodemque colore præditi, ſapore autem adſtringente, quinis petalis conſtantes, quos vice *calycis* totidem viridantia foliola ſuſtinent: *capitulum*, & *ſemen Anagallidis luteæ* habet. *Juxta ſcrobes, & fluenta aliaque rigua loca provenit, ſubinde, & in humidis reperitur Sylvis, Pratis, & foſſis. A Majo menſe uſque in multam AEſtatem floret.*

Temperamentum, & Vires.

Secundi aut tertii ordinis exſiccantium eſſe herbam *ſapor ejus guſtu admodum aſtringens oſtendit: eſt vero, & ſimul modice refrigerans: & hinc* flores, & folia *trita, & impoſita, vulnera, & quævis ulcera glutinare valent: eadem cum Vino ſumpta dyſenterias, ventris imbecillitates fluxuſque, ac humiditates ſanat. Conducunt & ad ſanguinis rejectiones, profluvia muliebria, & ad omnia interaneorum vulnera, & ulcera, potiſſimum pulmonum. Vinum, in quo* herbæ *hujus* folia *decocta, ulceribus ſumme confert, ſi hoc laventur, & abſtergantur:* folia *cataplaſmatis ritu illita ulcera putredinoſa juvant, authore* Fuſchio. *Sed &* ſuccus *quoque* foliorum, & herba *ipſa illita recentia glutinat. Præcipuam ejus vim eſſe dixit* Matthiolus, *adverſa puerorum enterocelas, cum illita, tum pulvere hauſta.*

ANAGALLIS PHOENICEO FLORE. *C. B. P.* 252.
Vid. Icon. 9. *Tab. XXXIII.*

Aναγαλλὶς Dioſcoridi *l.* 2. *c.* 209. Anagallida *aliqui* Corchorum *vocant*, Plinio *l.* 25 *c.* 13. *Genera duo.* Dioſcor., & Plin. flore *tamen diſtantia: quæ* cæruleo *eſt flore* fœmina: *quæ* phœniceo, mas *iiſdem dicitur.*

ANagallis phœniceo flore. *C. B. P.* 252. *Anagallis, phœnicea, mas. J. B.* 3. 369 *Anagallis mas. Dod. p.* 32. *Ger. Anagallis floribus phœniceis, obſolete purpureis, & carneis. Park. Cauliculi* ejus triangulares aliquando, ſed frequentius quadrangulares, qui non attoluntur, ſed per terram ſparſi jacent: quibus pauca parvulaque *folia* acuminata, non toto ambitu rotunda, ſuperna virent, averſa vero exiguis nigricantibus punctulis notantur: *flores* in tenuibus pediculis, oblongis, è ſinubus inter folia caules exeuntibus, aut puniceo colore rubentes, aut obſolete purpurei, aut albi cæruleive, pentapetali: quibus ſingulis ſuccedunt *capſulæ* ſingulæ, rotundæ inſtar ſeminis *Coriandri*, quæ bifariam maturæ, & exſiccatæ tranſverſim horizontaliter ſecantur; atque in ſingulis plurima *ſemina* matura, ſubruffa, continentur cingentia ſtilum nutritivum, rotundum: *radix* tenuibus fibris conſtat. *In arvis juxta ſemitas, & in Hortis, ac Vineis non raro utraque cum mas, tum fœmina prodit, frequentius tamen flore rubente. Tota AEſtate, potiſſimum tamen Auguſto menſe florem fert.* Anagallis flore cæruleo. *C. B. P.* 252. *M. H.* 2. 569. *Anagallis fœmina. Dod. p.* 32. *Trag. Fuch. Tur. Lugd. Ger.* Ab Anagallide phœniceo flore neutiquam effigie diverſa, ſed duntaxat colore.

Temperamentum, & Vires.

Habet Anagallis *deſiccandi vim citra mordacitatem, nonnihil quoque coloris, & quandam trahendi facultatem, adeo ut infixa corpori extrahat, author* Galenus. Dioſcorides *ait, utramque* Anagallidem *marem ſcilicet, &* fœminam *mitigandi vim habere, inflammationes arcere, adactos corpori aculeos extrahere, & nomas cohibere,* ſuccum *item caput gargariſatum purgare, naribus infuſum dentium dolores lenire, ſi adverſam nare injiciatur: retuſæ oculorum aciei auxiliari, & argema cum Melle purgare: contra viperarum morſus inſervire; jecinoris ac renum vitia reprimere, ſi ex vino bibatur. Quædam mulier* Lutetiæ Aqua è phœnicea Anagallide *diſtillata multos ſuffuſione laborantes curavit. Poteſt autem diſtillari, teſte* Holerio, *cum Melle. Verum* ſuccus *cum Melle permiſtus, & inſtillatus id efficacius præſtaret, nam* Aquæ *diſtillatæ nihil fere aliud ſunt, quam inſipidum phlegma, parumque aut nihil de viribus plantarum unde extrahuntur, in ſe continent.*

GENTIANA MAJOR, LUTEA. *C. B. P.* 187.
Vid. Icon. 10. *Tab. XXXIII.*

GEntiana *dicitur ab inventore* Gentio Illyriorum *Rege, qui primus in bello ejus vires reperit adverſus peſtem; ideo* Peſtifuga *etiam nominatur.*

Gen-

GEntiana major, lutea. C. B. P. 187. Gentiana veterum, Cluſ. major. H. 311. Matth. Lob. Gentiana vulgaris major, Ellebori albi folio. J. B 3. 520. Foliis viret latis, longis, tribus aut quinque nervis diſtinctis, veluti Plantaginis vulgaris, ſed majoribus, glabris, & lucidis. Scapi inter hæc ſurgunt alti, ſimplices, indiviſi, inanes, læves, geniculati, bicubitales, & altiores, foliis è ſingulis binis ſenſim immunitis; circumambientibus coronæ modo ſuperiorem partem ex intervallis floribus colore luteo, è ſenis anguſtis petalis radiantis ſtellæ inſtar explicatis. Hi autem è calycibus exeunt oblongis; in quibus ſemen læve, latum, tenue, quale eſt Leucoii, colore ſubruffo ſordens. Radix prolixa, craſſa, multifida, intus flaveſcens, ſapore inſigniter amaro, luteei, & buxei coloris eſt. Locis gaudet umbroſis: in Montibus naſcitur. Floret AEſtate, & Autunno ſemen perficit.

Temperamentum, & Vires.

Calef., & ſicc. 2. Alexipharmaca eſt, aperit, attenuat. Uſus præcipui in peſte, aliiſque venenatis affectibus, in obſtructione Epatis, Lienis &c. Et hinc in hydrope, tum in ſuffocatione Uteri, in imbecillitate ventriculi, lumbris, in febribus, in morſu Canis rabidi &c. Extrinſecus adhibetur creberrimè in vulneribus, ac fonticulis mundificandis, renovandis &c. in morſu Canis rabidi, veneno arcendo (cum Theriaca *impoſita)* Schrod. *Contra febres intermittentes inter auxilia efficaciſſima habetur, viribus* Chinæ Chinæ, *ſeu* Cort. Peruv. *vix cedens, ſi fides* Ettmulero, *qui non ſemel hujus* Rad. *ut* Chinæ Chinæ *ſuccedaneam commendavit. Ille vero* Corticis pulverem *non ultra drachmam unam, vel alteram præſcribit; Sed nec plus quidem* radicis Gentianæ. *Stomacho gratiſſima eſt, & appetitum dejectum reſtituit; corporis univerſi cachexiam corrigit.*

TRIFOLIUM FIBRINUM. *Dod. p. 780.*
Vid. Icon. 1. Tab. XXXIV.

TRifolium, *à terno foliorum numero.*

TRifolium fibrinum. Dod. p. 780. Trifolium paluſtre, majus, rotundiore folio. C. B. P. 327. J. B. 2. 389. Trifolium paludoſum. Ger. 1194. Park. 1212. Trifolium fibrinum, paluſtre. Caſt. Tab. Menyanthes paluſtre Theophraſti 4. Hiſt. 11. Menyanthes paluſtre, latifolium, & triphyllum. T. 117. Acopa Dioſcoridis. M. H. 3 604. Folia trifoliata latiſſima, fabacea ſunt: Flores ei menſe Majo in thyrſum diſpoſiti albi, pentapetaloides, intus filamentis criſpatis ornati exeunt. Capſulæ ſeminales ſubrotundæ, in duas partes aperiuntur, abſque membrana diſterminante, ſed ad latera nutriuntur ſemina glabra, ſubrotunda, nigreſcentia, Milio majora, quæ menſe Julio matureſcunt. Aquis, & paludibus gaudet.

Temperamentum, & Vires.

Antiſcorbutica hæc planta eſt inſignis: adverſus morbos articulares, hydropicos affectus, alioſque plurimos miræ eſt efficaciæ: de quibus plura lege apud Sim. Paul., *&* Ephem. German. *An. 4. 5. 12. &c.*

LEONTOPETALON. *Dod. p. 69.*
Vid. Icon. 2. Tab. XXXIV.

LEontopetalon *à vocibus* Græcis λεων, λέοντος, & πέταλον folium, *quaſi dicas* folium Leoninum. Λεοντπέταλον Dioſc. *l. 3. c. 110.*

LEontopetalon. Dod. p. 69. Eyſt. Genſn. Hort. Lugd. Park. Ger. C. B. P. 324. J. B. 3. 489. M. H. 2. 285. Leontopetalon foliis coſtæ ramoſæ innaſcentibus. T. C. 49. Radix rotunda pugnum implet tuberibus multis, inæqualis, cortice cinereo, pulpa virente ex luteo, ſapore amaro: huic pediculi exeunt pedales, trifariam diviſi, quorum ſingulæ diviſiones bina, aut terna gerunt folia fere rotunda, alia integra, laciniata, & veluti criſpa, colore ex glauco flaveſcente, venoſa: flores in uncialibus pediculis, oblongis foliis interjectis, in caulibus ſpicatim congeſti, lutei Ranunculi florum magnitudine, quinque ſtriatis longis conſtant apicibus luteolis umbilicum circumſtantibus: quibus marceſcentibus progrediuntur pediculi ad palmarem longitudinem, in extremo ſriculum venoſum Halicacabi inſtar ſuſtinentes: Semen nigrum Cannæ Indicæ ſemine perſimile. In Hortis reperitur; Flores hyeme profert.

Temperamentum, & Vires.

Leontopetalon, *authore* Galeno, *digerendi, excalefaciendi, & exſiccandi facultatem in tertio ordine poſſidet.* Radix, *inquit* Dioſcorides, *in Vino ſumpta demorſis à Serpentibus auxiliatur, citiſſime dolorem ſopiens. Miſcetur enematis Iſchiadicorum.*

ALSINE VULGARIS, *ſive* MORSUS GALLINAE.
J. B. 3. 363. Vid. Icon. 3. Tab. XXXIV.

ALſine *à voce* Græca ἄλσος Lucus. Alſine *enim, ut ait* Dioſcorides *lib. 4. cap. 87., quòd opacis, nemoroſiſque locis gaudet.*

ALſine vulgaris, ſive Morſus Gallinæ. J. B. 3. 363. Alſine media. C B. P. 250. M. H. 2. 550. Hippia minor. Cord. Hiſt. Radiculis eſt capillaribus, humi ſtriatis, tenellis, hirſutis, ſubrubentibus, geniculatis viticulis. Folia Anagallidis, ſubhirſuta, ex geniculis ſimiliter adverſa guſtu fatuo. Floſculi candidi, ſtellati minores. Semen papaverinum, ruffum. Lucos, & humentia etiam amat. Sed in Hortis inter olera, & in vineis etiam enaſcitur; floretque ad mediam uſque AEſtatem.

Temperamentum, & Vires.

Alſine, Morſus Gallinæ *dicta, ut inquit* Tragus, *refrigerantem, & humectantem, quemadmodum* Portulaca, *obtinet facultatem.* Aqua *diſtillata eaſdem habet vires, ſed & hoc illi experientia tribuit, quod iis, qui diuturnis morbis, & magnitudine ægritudinum conſumpti ſunt, viribuſque deficiunt, & macreſcunt, utiliſſima ſit, vel per ſe, vel in Vino pota. Eadem infantibus in ſummis caloribus, & ægritudinibus exhiberi debet, nam non ſolum internas inflammationes reſtinguit, ſed & impedit, qui accedere poſſunt morbos, ut ſpaſmum.* Herba *ipſa* Succus, *&* Aqua *diſtillata non ſecus atque* Portulacæ, *ac* Sedi *vulneribus calidis, ac ulceribus utiliſſima ſunt impoſita, illita, & ſi ex illis colluantur.* Ex ſucco *unguenta refrigerantia confici poſſunt, inflammationibus jecoris aliorumque vulnerum commodiſſima, non minus, quam* Populeon. Folia *decocta una cum* foliis Althææ, *addito pulvere* Fænugræci *aut* Lini *ſi contundantur, & fiat Cataplaſma, auſert inflammationes in quacunque corporis parte, ſi calide applicetur. Apoſtemata ad ſuppurationem perducit, atque inflammationes diſcutit antequam ad ſuppurationem provenerint.* Folia Alſines *decocta in* Aceto, *&* Sale *valent contra pruritum membrorum, ſi iiſdem abluantur. Eſt enim frigida, & humida aqueæ eſſentiæ, quare citra reſtrictionem refrigerans, ut* Galenus *ait, oculorum inflammationibus cum Polenta, autore* Dioſcoride *imponitur:* Succus *aurium doloribus (ex cauſa videlicet calida) infunditur. Aviculæ caveis incluſæ, cum eſcam faſtidiunt, hac* herba *recreantur, unde* Paſſerina *à quibuſdam dicitur.*

SAPONARIA VULGARIS. *J. B. 3. 346.*
Vid. Icon 4. Tab. XXXIV.

SAponaria *dicta, quod* Saponis *vicem præbeat ad pannos purgandos: quibuſdam* Struthium Dioſcoridis *l. 2. c. 193.*

SAponaria vulgaris. J. B. 3. 346. Park. Saponaria, major, lævis. C. B P. 206. Saponaria. Dod. p. 179. Trag. Ad. Lob. Cæſ. Tab. Cam. Ger. Lychnis ſylveſtris, quæ Saponaria vulgò. T. 336. Lychnis, Saponaria dicta, major, vulgaris, ſimplex. M. H 2. 547. Saponaria major. Lugd. Struthium, Fuch. Caules ſunt glabri, tenues, rotundi, geniculati, cubitales aut altiores: folia lata, venoſa Plantaginis latifoliæ, Gentianæ cruciatæ potius ſimillima, ſed tamen minora, è ſingulis geniculis bina ut plurimum, & præſertim radicibus viciniora, deorſum reflexa: flores in ſummo cauliculorum, & circa ſuperiora genicula multi, odorati, calore alias pulchro roſeo rubentes, alias dilute purpuraſcentes, aut candidi, qui ex teretibus, & oblongis calycibus exeunt, ex quinque petalis commiſſi, in quorum medio exigua quædam ſtamina: radices craſſæ, longæ, oblique ſerpentes, quibus fibræ quædam adhærent, Veratri nigri radicibus ſimiles. Creſcit paſſim juxta rivulos, & vias. Floret Majo.

Tem-

Temperamentum, & Vires.

Calidam, & ſiccam eſſe temperie teſtatur Dodonæus, *facultate autem abſtergendi non exigua præditam. Preſſu, inquit* Schvvenckfeldius, *nitroſum extergentemque emittit ſuccum, unde vi pollet abſterſoria adeo etiam pituitam è capite eliciat, ac ſternutamenta moveat, tantâ violentiâ ut partum mortuum excutiat. Ruſtica gens* pulvere *aſcarides puerorum expellit. Abſtergit ſcabiem, & omnes cutis fæditates. Maculas untoſas veſtimentorum tollit, ſi cum* Saponaria herba *laventur.*

BEEN ALBUM OFFICINARUM. *J. B.* 3. 356. *Vid. Icon.* 5. *Tab. XXXIV.*

BEen album, *ſive* Lychnis *ſylveſtris perennis. Vulgò* Been album *nominant ad differentiam alterius, quod rubrum cognominatur, idque* Valeriana marina rubra *dicitur.*

BEen album Officinarum. *J. B.* 3. 356. *Lychnis ſylveſtris, quæ Been album vulgò. C. B. P.* 205. *Been album, ſive polemonium. Dod. p.* 172. *Lychnis ſylveſtris, flore albo. Eyſt. Melandryνum Plinii, quorundam. Cluſ. H.* 293. *Papaver ſpumeum. Lob. obſ.* 184. *Lychnis ſylveſtris, perennis, quæ Been album vulgo. M. H.* 2. 535. *Polemonia. Cæſ. Been album. Geſn. Hor. Ger. Lugd. Thal. Cauliculi* huic complures ſunt, tenues, teretes, & geniculati, atque ab ſingulis articulis *folia* bina oblonga, latiuſcula, acuminata, *Polygoni* fere ſimilia, è regione ſibi invicem oppoſita, lævia ſeu glabra ut plurimum, quandoque hirſuta, ex albido virentia *floſculi* albidi ex oblongis erumpentes *calycibus* tenui molliqué membranæ velatis, plures ſimul cohærentes, deorſum nutant: *capſulæ* ſubrotundæ quinis denticulis recurvis, aliquando rectis; in faſtigio ornatæ; in quibus *ſemen* nigrum continetur; *radix* alba, & ſatis prolixa, ſed tenuis. *Pluribus per* Galliam, Italiam, Germaniam, Angliam, *& pæne ubique terrarum reperitur locis; in herboſis, & lætis collibus frequenter exit. Æſtate floret, Junio nempe menſe in Auguſtum uſque, quo tempore ſemina perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Cæterùm quamvis Been albi *vulgò dicti facultates incompertas crediderit* Dodonæus: *Id tamen commendat* Tragus *ad fomenta, & balnea ſudatoria, quibus induratos nervos emollire annitimur.* Succus, *authore* Schvvenckfeldio, *ophtalmiam calidam tollit, & dolores oculorum mulcet.* Semen *pituitam purgat, & Comitalibus datur: atque etiam ægris neſcientibus ſuppoſitum Criſim moliri creditur.*

MYOSOTIS ARVENSIS, SUBHIRSUTA, FLORE MAJORE. *T.* 245. *Vid. Icon.* 6. *Tab. XXXIV.*

MYoſotis *à vocibus* Græc. μῦς Mus, *&* ὦτα Auris; *quaſi diceris* auriculam muris.

MYoſotis arvenſis, ſubhirſuta, flore majore. *T.* 245. *Lychnis caulibus ad genicula foliolis. M. H.* 2. 546. *Caryophyllus arvenſis, hirſutus, flore majore. C. B. P.* 210. *Auricula muris pulchra, flore albo. J. B.* 3. 360. *Holoſtium Caryophillæum. Tab.* 233. *Radice* conſtat tenui, vario reptatu vagante, fibrarumque è geniculis demiſſarum ope, rurſus terram apprehendente: *caules* autem teretes, geniculati, in ramulorum faſtigiis *flores* habent amænos, lacteos, quinis petalis in modo aliquo abſque unica diviſura inciſis compoſitos, quos totidem ad baſim viridantia foliola ſuſtinent, in medio vero petalorum *ſtamina*, & *ſtylus* colore luteo cernuntur: *folia* ad genicula ſuperiora bina fere ſemper ſibi invicem oppoſita, interdum plura, hirſuta, ſemuncia longiora ex latiore baſi ſine pediculo, ſenſim in acumen deſinentia. *In Sylvis, Arvis, Pratis, & Parietinis. Floret Majo, & Junio.*

Temperamentum, & Vires.

Siccæ eſt naturæ in caliditate temperata, affectibus cordis medentur flores, *maximeque caduco morbo ſuccurrunt. Nonnulli* Conſervam *parant, alii è* floribus Aquam *diſtillent, quam infantibus epilepſia correptis propinant. Extrinſecus ad paralyſim, & reſolutionem nervorum extollitur. Vide* Jo. Bauh. Chaber.

LYCHNIS ARVENSIS, GLABRA, FLORE MAJORE. *M. H.* 2. 456. *Vid. Icon* 7. *Tab. XXXIV.*

A Τχνίς, *id eſt,* Lucernula Dioſcordi *l.* 3. *c.* 114, *&* 115 Lychnis *à* Caryophyllo *differt calyce ſimplici, ad exortum non ſquamato, ſemine reniformi, vel angulato, tum & coronâ, quæ medium florem occupare ſolet.* Caryophyllus *autem calyce veluti gemino donatur, & ſemine foliaceo, ſed coronâ caret.*

LYchnis arvenſis, glabra, flore majore. *M. H.* 2. 456. *Caryophyllus arvenſis, glaber, flore majore. C. B. P.* 210. *Gramen Fuchſii, ſive Leucanthemum. J. B.* 3. 361. *Alſine pratenſis, gramineo folio, ampliore. T.* 243. *Gramen Leucanthemum Lugd. Dod. Ger. Holoſtium Dioſcoridis, vel* κοττιόν *Æginetæ. Adv. Lob. Holoſtium. Ruellii. Gramen floridum, majus. Tabern. Cauliculos* gerit à radicibus repentibus multos tenues, teretes crebro geniculatos, facile in terram, niſi prope naſcentibus fruticibus fulciantur, procumbentes: *folia* ex ſingulis geniculis bina, contra ſe poſita, anguſta, mucronata, oblonga, duriuſcula, gramineis tamen breviora: *floſculi* è ſummis caulibus erumpunt plurimi, albi, pentapetali, ad medium ſingulis petalis bifidis, & ſuis propriis pediculis inſidentes, *Leucoii* floribus minores, qui ſunt tantùm tetrapetali, floribus ſingulis pereuntibus ſuccedunt *folliculi* oblongi, in quibus *ſemen* parvum, *Milii* ſemini ſimile; *radices* ſunt tenues, & geniculatæ, plurimas fibras in terram demittentes. *Secus ſcrobes, agrorum margines, & aggeres, locis fruticoſis, & opacis crebro reperitur. Floret Majo, & Junio menſibus, & non raro ſerius quoque.*

LYCHNIS ARVENSIS, GLABRA, FLORE MINORE. *M. H.* 2. 546. *Vid. Icon.* 8. *Tab. XXXIV.*

LYchnis arvenſis, glabra, flore minore. *M. H.* 2. 546. *Caryophyllus arvenſis, glaber, flore minore. C. B. P.* 210. *Gramini Fuchſii Leucanthemo affinis, & ſimilis herba. J. B.* 3. 361 *Holoſtii Ruelii diverſitas. Lob Ic. Gramen floridum minus Tab Gramen Leucanthemum alterum. Ger.* Serius hoc floret priore, tenuioribus, quadratis viticulis; *floſculis* ex longis pediculis lacteis, pentapetalis, prioris aut antecedentis floribus multo minoribus, & ad medium bifidis, *apiculis* rutilantibus; *capitula* ſuccedunt, floribus minoribus minora etiam: *folia* pariter minora, repanda, bina è regione ſingulis caulium geniculis adnaſcentia: *radix* ſicut prioris fibroſa, repens itidem. *Provenit paſſim ſecus agrorum margines, & ſcrobes, cum priore vulgariter cernitur, abundat etiam in Sepibus. Floret etiam tardius priore.*

Temperamentum, & Vires.

Lychnis arvenſis, glabra, flore majore, & minore, *refrigerandi, ſiccandi vi pollet,* quare inflammationibus oculorum *adhibetur contuſum, & Emplaſtri loco impoſitum. Idem* ſuccus *præſtat, ſi lintea in eo madefiant, & applicentur. Alii ad dictas oculorum inflammationes aquam è floribus diſtillant.* Moriſ.

ROS SOLIS, FOLIO SUBROTUNDO. *C. B. P.* 357. *Vid Icon.* 9 *Tab. XXXIV.*

ROrem folis *appellarunt à* guttis roris, *quibus aſpergitur.*

ROs ſolis, folio ſubrotundo. *C B. P.* 357. *Ger.* 1556. *Park.* 1052. *M. H.* 3. 620 *Rorida, ſive Ros ſolis, major. Lob.* 811. *Ros ſolis foliis circinatæ rutunditatis. J. B.* 3. 761. *Rorella, ſeu Ros ſolis Eyſt. Roſa ſolis vulgo. Folia* parva, rotunda, rubeſcentia, cava ſunt, quorum *pediculi* à radice ſtrata, radiatim provenientes, manubriola cochlearium quodammodo referunt; è qua cavitate pili rubeſcentes exeunt, tubuloſi, è quibus guttulæ viſcidæ cujuſdam materiæ lucidæ, tempore maxime æſtuante potiſſimùm exeunt. *Flores* verſus unam partem ut plurimum ſpectantes, ex pluribus petalis albeſcentibus conſtructi, raro expanſi conſpiciuntur; quos *vaſcula ſemiuncialia,* oblonga, *ſemina* tenuia, acuta, nigricantia continentia excipiunt. *Exit locis deſertis, & arenoſis, ſed apricis, & riguis. Floret Majo, & Junio: colligendus autem* Ros *ſereniſſimâ cæli conſtitutione.*

Tem-

Temperamentum, Vires, & Uſus.

Dodonæus facit calid., & ſicc. 4. unde internum ejus uſum vetat: verum enim verò, ſunt qui è contra magni fiunt, maximopereque commendat ad Phthiſim (quia calidiſſimo etiam tempore ſudat) ad peſtem, ad vulnera (in potu &c.) ad Epilepſiam arcendam, & præcavendam. Extrinſecus promovere dicitur partum in puerperio ſedare (abdomini impoſita) odontalgiam ſedare (in ore dentata) affectum mitigare maniacum (collo appenſa) curare quartanam: pulſibus 6. horis applicata, ac dein hor. 6. aquæ impoſita: viciſſim pulſibus applicata, idque multoties (10. 12. cieſ.) Foreſt. lib. 16. 58. Novi qui infuſam Rorellæ in Aqua vitæ factam, pro cordiali uſitato habet. Succus dicitur humiditas, quæ inſtar ſudoris diebus quoque calidiſſimis, imò in majori copia, quàm aliàs, herbæ adhæret, atque concutiendo in patellam ſuppoſitam colligitur. Confortat cor; Epar ac ventriculum: capitis dolorem à cauſa calida ſedat, peſtem præcavet, ac curat. Extrinſecus adhibetur in affectibus oculorum, dolore, ſcil. inflammatione &c. teſte Scrod.

CARYOPHYLLUS HORTENSIS, SIMPLEX, FLORE MAJORE. C. B. P. 208.
Vid. Icon. 10. Tab. XXXIV.

Caryophyllus, ab odore Caryophyllorum aromaticorum: Aliis eſt Vetonica, ſive Betonica altera. Aliis Herba Tunica; quibuſdam Iphium Theoph. 6. Hiſt. 2., & 7.

Caryophyllus hortenſis, ſimplex, flore majore. C. B. P. 208 M. H. 2. 561. Caryophyllæi flos ſimplex. Dod p. 174. Caryophyllus ſimplici flore Svvert. 18. n. 7. Caryophyllus ſylveſtris. major, vulgatior. Lob. Ic. 440. Caryophyllus ſimplex, hortenſis. Eyſt Betonica coronaria, ſive Caryophyllus, flore ſimplici ſativus. J. B. 3. 325. Betonica altilis, coronaria Tunica. Fuchſ. Ex Caryophyllis autem tam plenis, quam ſimplicibus, plerique foliis ſunt è ſingulis geniculis binis, anguſtis; nonnulli ternis, & brevioribus magiſque exiguis; omnes verò duris, per extremum acuminatis, cæſio quaſi, ſive glauco colore. Caulibus verò lævibus, teretibus, cubitalibus, geniculatis, nodoſis; in quorum faſtigiis longiuſculis ſpectantur calyces teretes, quibus dehiſcentibus apparent varia florum genera. Semen in vaſculis oblongis parvum, nigrum, latum. Radices fibroſæ, & ſimplices. In Hortis colitur; Floret Junio, & Julio.

Temperamentum, & Vires.

Temperatura media præditos Caryophylleos flores voluit Tragus; ſunt qui ex rubris Conſervas, ut vocant, conficiunt, quemadmodum ex Roſæ, Bugloſæ, Violæ, floribus Conſervæ Saccharo condiri conſueverunt. Ejuſmodi Confectio imbellicitati cordis, præſertim in ardentibus febribus apprime conducit: Alii Aceto imponunt flores rubros Caryophyllorum, quod jucundo odore commendant: hoc Acetum doloribus capitis olfactu, & illitu temporibus opitulatur. Flore Caryophylli campeſtris, qui natura cæteris calidiores exiſtunt, diſtillantur, ea Aqua ſingulari experimento ad pellendum calculum menſura duum, aut trium cochlearium bibitur, calida ſiccaque facultate pollere hos flores perhibet etiam Matthiolus, & ſane indicio poteſt eſſe odoris fragrantia, & ſaporis amarulentia quædam. Qui purpureo colore nitent, præſtant ad omnes cordis affectus, vertiginem, apoplexiam, paralyſin, & convulſionem, ex Betonicæ, aut Amaraci decocto poti. Adverſantur Saccharo non ſolum ad prædicta omnia utiles, ſed etiam adverſus venena, venenoſorumque Animalium ictus. Dantur contra peſtilentiæ contagia. Succus valentiùs operatur ex universa planta expreſſus, hauſtus enim quatuor unciarum pondere, ubi morſus invaſerit, liberat. Præſtant ſylveſtres quoque ad omnia, ad quæ ſativas præſtare diximus, verum longe remiſſius operantur. Fuchſius ſylveſtris ſuccum calculo atterendo, ac educendo, nec non comitiali morbo laborantibus à recentioribus utilem credi reliquit. Præſtant, inquit Schvvenckfeldius, purpureo nitentes colore Caryophyllos aromaticos redolentes: corroborant ventriculum, cerebrum, cor & jecur, unde commendantur ad omnes prædictorum affectus, antidotiſque inſeruntur. Succus haud inferior eo, qui è granis tinctoris Kermes dictis colligitur, in cordis affectibus, palpitatione, lypothimia, in capitis malis, vertigine, apoplexia, paralyſi, & convulſione, cephalalgia &c., atque ventriculi imbecillitate, cardialgia &c. præſtantiſſimum remedium. Commodiſſimè etiam in febribus malignis propinatur. Acetum florum Caryophyllorum oxyrrhodanis utiliter permiſcetur. Qui plura deſiderat de Caryophylleorum florum viribus, & uſu, legat Tabernæmontanum, Schrod. Jo Bauh. Chabr. Conſulat etiam Sim. Paul. quadripartiti ſui operis &c.

PORTULACA LATIFOLIA, SATIVA. C. B. P. 288.
Vid. Icon. 11. Tab. XXXIV.

Portulaca Ψυχπκὴν. Dioſcoridi l. 2. c. 150.

Portulaca latifolia, ſativa. C. B. P. 288. Portulaca hortenſis, latifolia. J. B. 3. 678. Portulaca ſativa. Dod. p. 661. Park. Portulaca hortenſis. Trag. Fuch. Geſn. Portulaca latioribus foliis. Cæſ. Caules non raro dodrantales, pedales nonnunquam, & in ſolo fertili longiores, teretes, craſſi, ſubrubentes, ſucculenti læves, reſplendentes, per terram ſtriati, in alas quaſdam diſtribuuntur: folia uncialis, & ſeſquiuncialis longitudinis, latiuſcula, craſſa, pinguia, ſucculenta, glabra, virentia, interdum in hortis flava, à tergo albidiora: floſculi minuti, pallidè lutei, pentapetali ad annexum foliorum cum caulibus gignuntur, exiguis aut parvis pediculis innitentes: ſuccedente capitulo exiguo, oblongo, grano Hordei paulo majore, per medium tranſverſim horizontaliter ſecto, herbacei ac virentis coloris; in cujus gremio circa ſtilum nutritivum capſulæ ſuperiore parte deciduâ, conſpiciuntur plurima ſemina, puſilla, nigra; radix fibras habet ſatis craſſas. Creſcit locis Arenoſis, & Sabuloſis; Floret Junio.

Temperamentum, & Vires.

Portulaca vim habet, ut author eſt Dioſcorides, aſtrictoriam Ανδράχνη. συπτικὴν, refrigeratoriam, Lob. Impoſita cum Polentâ, cum capitis, tum oculorum doloribus, ac cæteris quoque inflammationibus, itemque ſtomachi ardoribus, & eryſipelatis, ac veſicæ denique cruciatibus auxilio eſt. Succus condenſatus cum gummi Tragachanthæ, & Arabico pulveriſatis, & in pilulas redactus plurimum confert in urina cruenta. Pro cibo porro ſumpta dentium ſtuporem, & ſtomachi, ac inteſtinorum æſtuationem fluxionemque demulcet. Eroſione tentatos renes, & veſicam adjuvat, ac veneris impetus exſolvit; ſimili effectu prodeſt ejus ſuccus epotus, etiam in febribus efficax: valet & diu multumque cocta contra teretes lumbricos, cruentam etiam excreationem, ac dyſenteriam: itemque ad hæmorrhoidas, & ſanguinis eruptiones, nec non adverſus Sepis morſus, oculorum medicamentis utiliter admiſcetur, ac inteſtinorum fluxione laborantibus, eroſive vulvis infunditur; quin & ad capitis dolores ab æſtu ortos cum roſaceo aut ſimplici Oleo irrigatur, emitentes quoque in capite papulas cum Vino exterit. Vulneribus denique, quæ ad ſyderationem ſpectant, cum Polenta imponitur. Jo. Bauth. & Dodon.

Tab. XXVII. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. XXXII. XXXIII. XXXIV.



Tab. XXVII.
1. Lavandula latifolia. C.B.P. 216.
2. Lavandula anguſtif. C.B.P. 216.
3. Stœchas purpurea. C.B.P. 216.
4. Stachys fœtida ſepium flagellis reptatricibus. M.H. 3. 382.
5. Stachys paluſtris, fœtida. C.B.P. 236.
6. Betonica vulgaris, purpurea. J. B. 3. 301.
7. Tymus vulgaris, folio tenuiore. C.B.P. 219.
Eq. Morandi Inven. del. et ſculp.





Tab. XXVIII.
1. Serpillũ vulg. min. C.B.P. 220.
2. Maſtichina. Boerh. 1.156.
3. Marubium album, vulg. C.B.P. 230.
4. Lamiumiũ purpur. vel alb. non fœtens, fol. oblongo. C.B.P. 231.
5. Clinopod. Orig. ſim. C.B.P. 225.
6. Hyßopus vulgaris. Dod. p. 287.
7. Satureja ſativa. J.B. 3. 272.
Eq. Morandi f.
8. Horminum, Sclarea dictum. C.B.P. 238.
9. Salvia major. Dod. p. 279.


Tab. XXIX.
1. Meliſsa hortenſis. C.B.P. 229.
2. Brunella major, folio non diſsecto. C.B.P. 260.
3. Ocymum vulgatius. C.B.P. 226.
4.
4. Sideritis vul hirſuta, erecta. C.B.P. 233.
5.
5. Hedera ter reſt. vulgaris. C.B.P. 306.
6.
7.
8.
6. Cataria major, vulgaris. T. 202.
Eq. J.B. Morandi fec.
7. Ballote. Tournef. 185.
8. Calamintha vulg. vel Off. Germ. C. B.P. 228.


Tab. XXX.
1. Acinos, ſive Ocymum ſylveſtre. M.H. 3.404.
2. Majorana vulgaris. C.B.P. 224.
3. Dictamnus Creticus. C.B.P. 222.
4. Origanum ſylveſt. vulgare. M.H. 3.359.
5. Origanum Creticū. C.B.P. 223.
6. Origanum Heracleoticum, cunila gallinacea Plinii. C.B.P. 223.
7. Roſmarinus hortenſis, anguſtiore fol. C.B.P. 217.
8. Cardiaca. J.B. 3. 320.
Eques J. B. Morandi Inv. del. et ſculp.


Tab. XXXI.
1. Chamœdrys minor, repens. C.B.P. 248.
2. Marum Syriacum, vel Creticum. Boerh. 1. 182.
3. Chamœpitys lutea, vul aris, ſive folio trifido. C.B.P. 249.
4.
4. Scordium. C.B.P. 247.
5.
5. Polium montanum, luteum. C.B.P. 220.
6.
6. Bugula vulg. ſylv. cœrulea. M.H. 3. 395.
7.
7. Mentha rotundifolia criſpa, ſpicata. C.B.P. 227.
8.
9.
10.
8. Mentha horten. verticillata, Ocymi odore. C.B.P. 227.
9. Pulegium latifolium. C.B.P. 222.
10. Verbena vulgaris. J.B. 3. 443.
Eques Morandi Inv. et fecit.


Tab. XXXII.
1. Borrago hortenſis. M.H.3.437.
2. Bugloſsum vulg. maj. J.B.3.578.
3. Anchuſa puniceis floribus. C.B.P.255.
4. Anchuſa lutea, major. C.B.P.255.
5. Lithoſpermum maj. erectum. C.B.P.258.
6. Heliotropiũ maj. Dioſc. C.B.P.253.
7. Cynogloſsũ majus, vulg. C.B.P.257.
8. Pulmonaria vulgaris, maculoſo folio. Cluſ. H.159.
9. Echium vulgare. C.B.P.254.
10. Symphytum, ſive Conſolida major. C.B.P.259.
Eques J. B. Morandi fec.


Tab. XXXIII.
1. Potamogeton rotundifolium. C.B.P. 193.
2. Potamogeton perfoliatum. Raj. Sin. 61.
3. Potamogeton foliis anguſtis, ſplendentibus. M.H. 2. 587.
4. Primula Ver. pratenſis. umbellata, odorata, Boerh. 1. 199.
5. Primula Veris pallido flore, humilis. Cluſ. Hiſt. 302.
6. Auricula Urſi flore luteo. J.B. 3. 499.
7. Auricula Urſi piloſa, cærulea. Myconi, Chabr. 493.
Eq. Morandi Fec.
8. Nummularia lutea, major. C.B.P. 309.
9. Anagallis phœniceo flore. C.B.P. 252.
10. Gentiana major, lutea. C.B.P. 187.


Tab. XXXIV.
1. Trifolium fibrinum. Dod. p. 780.
2. Leontopetalon. Dod. p. 69.
3. Alſine vulg. ſive Morſus gallinæ J.B. 3. 363.
4. Saponaria vulg. J.B. 3. 346.
5.
5. Beën album Off. J.B. 3. 356.
6.
6. Myoſotis arvenſis, ſubhirſuta, etc. T. 245.
7.
7. Lychnis arven. glabra, flo. majore. M. H. 2. 546.
8.
9.
10.
11.
8. Lychnis arven. glab. flo. min. M.H. 2. 546.
Equ. Morandi fecit.
9. Ros ſolis, folio ſubrotundo. C.B.P. 357.
10. Caryophyllus hortenſis, &c. C.B.P. 208.
11. Portulaca ſativa, latif. C.B.P. 288.

DISTRIBUTIO XVIII.

PLANTAE DIANGIAE POLYSPERMAE.

Salicaria vulgaris, purpurea, foliis oblongis; Saxifraga rotundifolia, alba; Saxifraga verna, annua, humilior; Centaurium minus; Centaurium luteum, puſillum; Veronica mas, ſupina, & vulgatiſſima; Veronica aquatica, major, folio ſubrotundo; *ſive* Becabunga; Verbaſcum mas, latifolium, luteum; Digitalis purpurea, folio aſpero; Gratiola; Hyoſcyamus vulgaris, *vel* niger; Hyoſcyamus albus; Nicotiana major, latifolia; Nicotiana major, anguſtifolia; Linaria vulgaris, lutea, flore majore; Antirrhinum vulgare; Scrophularia nodoſa, fœtida; Pedicularis pratenſis lutea, *vel* Criſta galli; Euphraſia Officinarum; Acanthus ſativus; & Orobanche flore majore.

SALICARIA VULGARIS, PURPUREA, FOLIIS OBLONGIS. *T.* 253. *Vid. Icon.* 1. *Tab. XXXV.*

SAlicaria *à* Salice, *quòd in* Salicis *naſcatur.*

SAlicaria vulgaris, purpurea, foliis oblongis. *T.* 253. *Lyſimachia, ſpicata, purpurea, fortè Plinii. C. B. P.* 246. *Lyſimachia purpurea, quibuſdam ſpicata. J. B.* 2. 902. *Pſeudo-lyſimachium purpureum, alterum. Dod. p.* 86 *Lyſimachia altera. Eyſt. Blattaria rubra, ſpicata, major, glabra, communis folio acuto. M. H.* 2. 490. *Lyſimachia purpurea communis major. Cluſ. Folia* bina, glabra, aliquando terna, rarius quaterna, caulem ambiunt. *Caules* promit rectos, bicubitales fere, quadrangulares, articulatos; folia, inquam, è ſingulis geniculis bina, glabra, ex adverſo locata, oblonga, acuminata, ad *Lyſimachiæ* veræ luteæ folia ſatis accedentia: *Floſculi* ſuperiùs caulem ad ſemipedalem longitudinem verticillatim ambientes cernuntur, & ſummum caulis veſtiunt, integri in fundo, quinquefariam ut plurimum, nonnunquam ſifariam in margine profunde ſatis diviſi, colore eleganti rubentes: *Semen* haud quaquam in ſilvis quadripartitis, lanigeris, *Lyſimachiæ* ſiliquoſæ modo; ſed in thecis oblongiuſculis bipalmaribus, *Blattariæ* formâ, & ritu, duobus loculamentis diſtinctis, hinc inde; *radix* craſſa, dura, foris nigricans. *Planta hæc durabilis eſt naturæ, & locis exit aquoſis, juxta ripas fluminum, & in aliis perinde humidis. Floret Julio, & Auguſto; Autumno ſemina in capſulis biſulcis perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Cæterùm ut ex Dioſcordis, Plinii, & Galeni *monumentis habemus, adſtringentem qualitatem habet, ob quam vulnera glutinat, & ſanguinis è naribus eruptiones ſiſtit, ſi nares eâ obturentur, aliaſque omnes ſanguinis eruptiones cobibet. Quin & pota, & per clyſterem infuſa, dyſenterias rejectiones, & fluxum muliebrem ſanat. Acerrimum nidorem ſuffita reddit, adeò ut, & ſerpentes abigat, & muſcas enecet.*

SAXIFRAGA ROTUNDIFOLIA, ALBA. *C. B. P.* 339. *Vid. Icon.* 2. *Tab. XXXV.*

SAxifraga, *quaſi* Planta frangens ſaxa, *vel quòd è* fiſſuris rupium erumpat. *Vel quod* calculum frangere *exiſtimatur.*

SAxifraga rotundifolia, alba. *C. B. P.* 339. *T.* 252. *Saxifraga alba radice granuloſâ. J. B.* 3. 706. *Saxifraga alba. Dod. p.* 306. *Saxifraga alba, tuberoſa radice. Cluſ. H.* 308 *Sedum bicorne, album, rotundifolium, erectuum, radice granuloſâ. M. H.* 3. 479. *Saxifraga alba chelidonides. Adv. Lob. Folia* fert è petiolis piloſis, rotunda, plurima, humi jacentia, in extremitatibus inciſa, ac veluti criſtata, mollia, *Hederæ terreſtri* ſimilia, minora tamen, & pallidius virentia. *Caules* rotundos, villoſos, & quodammodo viſcoſos, pedales & ſeſquipebales, ramoſos in ſummitate *flores* albos, ſatis amplos, rotundis petalis quinis conſtructos gerentes profert. *Radicem* habet fuſcam, multis *fibris* ſtipatam, ex quibus pendent quaſi *granula* quædam, qualia *Chelidonii minoris*, rotunda, aut *ſemini Coriandri* paria, paullo majora, fuſca, & obſcura, acria, & amara. *In Montoſis pratis, & paſcuis herbidis, & arenoſo ſolo, non infrequens occurrit. Menſibus Aprili, & Majo floret.*

Temperamentum, & Vires.

Calefac., & ſicc. evidentiſſimè (3) *diuretica eſt, aperit. Uſus præcip. in ſabulo, ac calculo Renum, ac Veſicæ atterendo, & expellendo, tum & in mucilagine eorundem attenuanda: in menſibus obſtructis. Extrinſecus in Balneis diureticis.* Schrod. *Huic inſtituto* folia, radices, *ac earundem* grana *inſerviunt.*

SAXIFRAGA VERNA, ANNUA, HUMILIOR. *T.* 252. *Vid. Icon.* 3. *Tab. XXXV.*

SAxifraga verna, annua, humilior. *T.* 152. *Sedum tridactybites, tectorum. C. B. P.* 285. *M. H.* 3. 479. *Tridactylites tectorum, flore albo. J. B.* 3. 762. *Paronychia altera. Dod. p.* 112. *Paronychia rutaceo folio, Ger. Adv. Lob. Paronychia foliis inciſis, Park. Cauliculo* aſſurgit palmari, tenui, rubente, in varias *alas* diſtributo. *Foliola* ima, & prima, oblonga ſunt, & integra, ſtatim trifida, & nonnunquam quinquefida, craſſiuſcula; carnoſa, & modice hirſuta, ut extremitates foliorum *Rutæ* quadantenus referant, ſeſſilia, ſine ordine locata; ſuprema, ramuſculis adnata, ſimplicia cernuntur, quodammodo viſcida, & molli hirſutie pubeſcentia, ſicut & tota planta. E ſummis ramulis *flores* albi pentapetali, parvi, exeunt; qui *in vaſcula ſeminalia bicornia* tranſmutantur. E *ſeminibus* exiguis deciduis, quotannis reſurgunt plantæ novellæ, Hyemis injurias deſpicientes. *In muris, & ædificiorum tegumentis, & imbricamentis, vernali tempore ſatis frequenter proveniens. Majo menſe floret.*

Vires, & Uſus.

Ex commendatione Cl. D. Boyle *haud incelebre evaſit in ſcrophulis curandis remedium.* Herba *vel in tenui cerviſia infuſa, vel ex* decocto *bibitur. Extrinſecus* herba *quoque decocta ipſis tumoribus ſolet imponi.*

CENTAURIUM MINUS. *C. B. P.* 278. *Vid. Icon.* 4. *Tab. XXXV.*

CEntaurium minus, *quod* κενταύριον τὸ μικρὸν λιμναῖον, *quoniam loca* rigua *amet* Dioſcordi *l.* 3. *c.* 9. Fel terræ *propter amaritudinem ſummam dictum.*

CEntaurium minus. *C. B. P.* 278. *Dod. p.* 336. *Trag. Fuchſ. Tab. Centaurarium minus, flore purpureo. J. B.* 3. 353. *Centaurium minus, rubrum. M. H.* 2. 566. *Centaurium parvum. Adv. Lob. Ger. Centaurium minus vulgare. Park. Centaurium minus, Fel terræ, Eyſt. Cauliculo* aſſurgit anguloſo, dodrantem aut pedem alto: *folio Hyperici Perforata* dicti formâ, & magnitu-

gnitudine: *Flores* in ſummis *virgulis* è puniceo colore in purpuram rubent, *Lychnidis ſativæ* floribus minores, qui interdiu, & exorto ſole patent, ſub veſperam vero recluduntur: hos *capſulæ* ſequuntur exiguæ, oblongæ, grano *Tritici* ſimiles, in quibus ſingulis *ſemina* minutiſſima continentur: *radix* ſubeſt dura, parva, nullius uſus, poſt ſemina maturata. *Loca amat herboſa, aratro non proſciſſa, aliquantulum, ſed non omnino, rigua. Julio, ac Auguſto unà cum floribus, & capſulis ſeminalibus legitur.*

Temperamentum, & Vires.

Herba *contuſa, & impoſita, vulnera glutinat, vetera ulcera purgat, & ad cicatricem perducit. Decocta eadem, & pota, bilem, humoreſque craſſos per alvum ducit.* Decoctum *ipſius iſchiadicis convenientiſſime affunditur, trahit enim ſanguinem, doloremque levat.* Succus *ejus ad oculorum medicamenta perquam utilis eſt, quippe qui è pupillis caliginem offuſam una cum melle diſcutiat. Vulvæ ſubditus, menſes, & partus extrahit; peculiariter vero nervorum vitiis epotus prodeſt.* Galenus *ob ingentes miraſque ejus facultates de ipſius viribus librum integrum conſcripſit, ejuſque lib. 7. quoque ſimplicium meminit, ſit inquiens,* Centaurii minoris radix *plane inefficax eſt, ſed* caulis *extremus, &* folia, *quæ illi inhærent, &* flores *utiliſſima ſunt. Vincit in iis qualitas amara, paululum habens aſtrictionis, atque ob ejuſmodi temperamentum admodum exſiccatorium eſt medicamen, expers mordacitatis &c. Habent autem hujus* Centaurii minoris, *inquit* Dodonæus, *cauliculi ſuperiores,* folia, flores, *vincentem qualitatem amaram, & temperaturam calidam, & ſiccam ordine ſecundo. Hepatis, & fellis, nec non lienis obſtructiones decocta in Aqua, & epota aperiunt: regio morbo medentur, diuturnis ac prorogatis febribus auxiliantur, ventris tæneas, & lumbricos interimunt: in ſumma abſtergunt, expurgant, craſſitiem humorum attenuant, & quicquid amara poſſunt, inſigniter præſtant; per alvum tamen expurgationem ullam facere obſervare non potuit* Dodonæus, *quamobrem nullam* Centaurio minori *commovendæ, aut expurgandæ alvi vim, aut potentiam adeſſe exiſtimat experientia doctus prædictus Author, non obſtante authoritate* Dioſcoridis, *&* Galeni, *qui, ut ſupra dictum, aſſerunt bilem, & craſſa per alvum ducere. Vide cæteras facultates apud* Jo. Bauh., Sim. Paul., Johannes Poſthius *&c.*

CENTAURIUM LUTEUM PUSILLUM. *C. B. P. 278.* *Vid. Icon. 5 Tab. XXXV.*

CEntaurium luteum, puſillum. *C. B. P. 278. Centaurium luteum, novum. Col. Part. 2. 78. M. H. 2. 566. T. 123.* Dodrantalis eſt planta hæc: *radice* perquam exigua lignoſa, pallente: *foliis* in imo ſtratis ab initio, ut in congeneribus *vulgatis* flore purpureo, ſed minoribus, *cauli* anguloſo binis oblongis foliolis è regione per intervalla hærentibus, ut in *vulgari*, ſed duplo minoribus, *Rutæ* proximis: in ſummo vero *flores* binos fert aut unicum, longis calycibus pro baſi inſidentes, pentapetalos, colore luteo. Majo menſe hiantes, *ſemine* exili minuto.

Vires.

Exhibent pulveris Centaurii lutei *tertio quoque die drach. 1. addito* ſemine Carvi, Aniſi, *in Vino albo, contra Hydropem, icterum, lienis obſtructiones. Teſte* Moriſ.

VERONICA MAS, SUPINA, ET VULGATISSIMA. *C. B. P. 246. Vid. Icon. 6. Tab. XXXV.*

VEronica *apud recentiores herba eſt celebratiſſima,* Græcis, & Latinis *ſcriptoribus forte incognita, quamvis* Dodonæus *velit eſſe* Betonicam Pauli *l. 7.* Cæſalpinus *vero* Myoſotidem Dioſcoridis *l. 2. c. 214.*

VEronica mas, ſupina, & vulgatiſſima. *C. B. P. 246. Veronica, vulgatior, folio rotundiore. J. B. 3. 282. Veronica mas, ſerpens. Dod. p. 40. Veronica ſpicata terreſtris, perennis, mas, ſupina, vulgaris, foliis ſerratis. M. H. 2. 316. Veronica ſupina, vulgaris, foliis ſerratis. Ibid. 2. 318. Veronica mas, vulgaris, ſupina, Park. Teucrium, ſive Veronica mas, Trag. Veronica vulgaris, ſupina, Cluſ. Hiſt. Veronica vera, & major. Ger.* Hæc eſt *caulibus* dodrantalibus, aut longioribus procumbentibus, ſeu per terram ſtratis; *folia* ejus latiuſcula, *Chamædryos repentis* majora, candidioraque, ſecundùm margines paululum ſerrata, quæ exigua lanugine pubeſcunt: in ſuperioribus ramulis oriuntur *floſculi* tetrapetali, dilute cærulei, pediculis curtis ordine, ſpicatim tamen, digeſti: quibus ſingulis decidentibus ſuccedunt *ſiliculæ* cordiformes, ſepto membranaceo intermedio ſeparante duplicem ordinem *ſeminum* parvorum, rotundorum, & nigreſcentium: *radix* tenuis huc illuc divaricatur, ſicut & prioris rectæ radix. *Provenit in locis apricis, ſabuloſis, ac arenoſis, non raro juxta tumulos, ac aggeres, & agrorum ſepimenta; quandoque in pratis campeſtribus, ſylvis, quandoque & in ſaxoſis reperitur. Floret per totam Æſtatem, & ſemina perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Veronica terreſtris perennis *caloris, & ſiccitatis cum amaritudine eſt particeps, ac tuſſi incipienti hydropi, indurato lieni, ſtranguriæ, viſcerum obſtructionibus, cacochymiæ, virginum fœdis coloribus conferre tradunt* Tragus, Lobelius, *&* Dodonæus. Tragus Veronicam *totâ ſuâ ſubſtantiâ amaram eſſe ait, eaſdemque cum* Betonia, *&* Chamædre *facultates obtinere; atque* Teucrium *Vino maceratum, & diſtillatum mirabili; & efficaciſſima vi adverſus aëris peſtilentem intemperiem, & quaſvis peſtilentes febres pollere; ad eadem etiam commendat* herbam *in Vino decoctam:* Teucrium, *inquit, præterea vitiis lienis opitulatur, lienem ipſum potenter abſumit per aliquot dies ex ordine potum.* Aqua Teucrii *ſtillatitia per aliquot dies binis unciis pota vertigini auxiliatur, lentam incidit pituitam, ſanguinem purgat, ſtomachum excalefacit, meatus jecoris aperit, pulmonis, & lienis vitia emendat, venas purgat, thoracis craſſos humores diſcutit, nec non matricem, & veſicam emundat ſordibus, ſudorem, & venenum expellit, regiumque ſimiliter morbum, & calculum renum, & ſi quæ aliæ ſint corporis totius peſtilentes affectiones, curat. Pecoribus tuſſientibus Paſtores* herbam *in* pulverem *redactam cum ſale exhibent.* Folia *in Aceto vel tuſa, vel cocta, per aliquot dies impoſita induratum lienem diſcutiunt, & abſumunt. Uncia Vitrioli in pulverem, ac in* Aqua Teucrii *liquata, collutione putrida ulcera, lichenas, ſerpigines, papulaſque, & alias quaſvis ſcabies purgat, & ſanat. Idem* ſuccus herbæ *præſtat, vel per ſe, vel cum Alumine, & ut paucis omnia concludat* Tragus, Teucrium, *ſeu* Veronicam *non ſolum hominibus, ſed & Jumentis ad internas, & externas affectiones utiliſſimum remedium prædicat.* Fuchſius *ex amaritudine quadam, & vehementi aſtrictione, quam in guſtu præ ſe fert, calidam, & ſiccam eſſe* Veronicam *conjicit. Mirifice ad cruenta vulnera, & ulcera ſananda conferre, ſcabiei denique, & omnibus cutis vitiis mederi ait. Vide* Tragum *de cæteris ejus virtutibus.* Crato *trium Imperatorum* Archiater Veronicæ *extracto contra peſtem multum tribuebat.* Veronica *illa eſt optima, quæ ad radices* Quercuum *creſcit. Colligitur ad uſum Julio.*

VERONICA AQUATICA, MAJOR, FOLIO SUBROTUNDO. *M. H. 2. 323.* BECABUNGA. *Ger.* *Vid. Icon. 7. Tab. XXXV.*

BEcabunga *nominatur* Germanica *appellatione, à voce* Germanica Bachbungen, Bunghen, *&* Vvaſſerbungen, *mutata in vocem* Becabunge Galli *nominant, unde &* Berula Latine *dicitur.* Marcellus *tamen* Berulam *dici refert, quam* Græci *καρδαμίνην vocant.*

VEronica aquatica, major, folio ſubrotundo. *M. H. 2. 323. T. 145. Anagallis, ſive Becabunga. Ger. Dod. Anagallis aquatica, ſive Becabunga Germanorum, Adv. Lob. Lugd. Anagallis, ſive Becabunga folio rotundiore, flore cæruleo, quorundam Berula, ſive Anagallis aquatica. Tab. Caules* habet pingues, rotundos, cavos, qui in nonnullas alas ſuperiore parte dividuntur: *Folia* ex ſingulis geniculis è regione adnaſcuntur craſſa, lævia, pinguia, ſubrotunda, aliquando crenata, aliquando non crenata in margine, coloris obſcure viridis: *flores* in cauliculorum ſummis alis fert cæruleos, ſeu violaceos potius, tetrapetalos, cum pluribus *ſtaminulis* dilutius violaceis, quibus evaneſcentibus ſubveniunt *capſulæ* cordiformes, bifidæ, ſeu ſepto medio ſeparatæ; *radix* ſubeſt candida, longe repens, ex ſingulis ejuſdem geniculis fibras demittens plurimas, ex quarum concurſu plurimi attolluntur caules. *Provenit in reſidibus aquis circa fontes, rivorum, ac fluviorum margines. Junio, Julio, ac Auguſto flores, & conſequenter Capſulas cordiformes, longis ſatis pediculis innixas profert.*

Tem-

Temperamentum, & Vires.

Calefac. moderatè humectat. Uſus præcip. in ſcorbuto: urinam, calculum renum, & veſicæ inſigniter expellit, menſes ciet, fœtum mortuum injicit. Extrinſecus opitulatur phlegmoni, & Eryſipelati (hæmorrhoïdibus cæcis doloris, & condylomatibus,) maculas faciei abſtergit (cum furfure.) Vulneribus medetur (cum Sal. com., & tela aranearum impoſ. ulceribus tibiarum ſcorbuticis.) Schrod. *Cum Aceto, & Butyro toſta* Becabunga, *ac calida impoſita, & ſubinde renovata, tumoribus quibuſvis, & ſacris ignibus prodeſt: apud veteranorios in magno eſt uſu, eâ nempe in diſcutiendis tumoribus, & ſanandâ equorum ſcabie, aliiſque id genus affectibus curandis utuntur, teſte* Trago: *tota guſtu eſt* Naſturtii *odore non ingrato. Vide cætera apud* Sim. Paul. *in Opere quadripartito, pag. 216. Claſſis tertiæ.*

VERBASCUM MAS, LATIFOLIUM, LUTEUM.
C. B. P. 239. Vid. Icon 8. Tab. XXXV.

VErbaſcum, *ſeu potius* Barbaſcum *dici volunt à* canitie *illa, ſeu* barba pubeſcente, *qua folia* Verbaſci *vulgaris obduci ſolent.* Verbaſcum φλόμος Dioſcoridi *l. 4 c. 104.* à φλέγω uro, *quaſi* φλόγος flamma, *quia hujus pro elychniis uſus eſt.*

VErbaſcum mas, latifolium, luteum. *C. B. P.* 239. *Verbaſcum vulgare, flore luteo, magno, folio maximo. J. B. 3. App.* 871 *Verbaſcum latius. Dod.* 143. *Verbaſcum, foliis incanis, mas, latifolium, floribus luteis, arctè cauli adhærentibus, ſine foliis anguſtis inter flores emanantibus. M. H.* 2. 485. *Verbaſcum latifolium, mas. Eyſt. Verbaſcum mas, & Candela regia. Lob. Tapſus barbatus. Ger. Verbaſcum album vulgare, ſive Tapſus barbatus communis. Park. Verbaſcum* hoc vulgare, ad tres, vel aliquando quatuor cubitos excreſcit, & ex *radice* alba, craſſa ſatis, multas fibras à ſe emittente, *caulem* itidem craſſum, ſingularem, rectum, nunc incurvum profert, nunc multis alis brachiatum, lanuginoſum, incanumque: *folia* quodammodo *Enulæ*, longa, lata, mollia, incana, ſeu incana lanugine pubeſcentia tota, nullo aut brevi pediculo donata, majora, & inferiora per terram ſparſa, ſuperiora cauli adnata minora, quæ omnia pro ætate variant, quædam tomentoſa, alia rugoſiora, alia magis pulverulenta: *Caules* ut dictum, modo ſingulares, modo plures brachiati; *flores* integri in fundo, & quinquefariam in margine diviſi, longo thyrſo plures arcte, & quaſi ſimul juncti, lutei, odore obſcuro, non ingrato, in medio apices quinque, duo glabri, lutei, reliqui albidi, lanuginoſi: floribus inferiore ſpicæ parte cadere incipientibus ſuccedunt *capſulæ* pyramidales, mucronatæ, paululum itidem hirſutæ, bifidæ, ſepto medio diviſæ, membranâ ſeparante, imò nutriente, duplicem ſeriem *ſeminum*, hinc unam, illinc alteram, minutorum, ſubfuſcum, papaverino ſemini parium. *Frequentiſſime reperitur juxta agrorum, arvorumque margines, aggeres, ſcrobes, aliiſque in locis non cultis. A Julio menſe in Autumnum uſque florens reperitur.*

Temperamentum, & Vires.

Recentiores mollium lanuginoſorum Verbaſci foliorum *decocto prominentes cum dolore hæmorrhoidas utiliter fovent, nam & dolorem ſopiunt, & ipſas hæmorrhoidas reſiccando reſolvunt:* flores lutei *capillos luteos tingere poſſe putantur; eoſdem cum exiguo Oleo in fimo aliquot diebus maceratos, donec videlicet exſoluti fuerint, ad hæmorrhoidum dolores poſteriores commendant.* Verbaſci *decoctum tollit oculorum ardorem, ſi eo abluantur;* Aqua *ſtillatitia in eos injecta lacrymantes exſiccat.* Dioſcorides *in alvi profluvio utiliter cum Vino rubro dari, decoctumque ruptis, convulſis, & tuſſi veteri auxiliari, dentium itidem dolores mitigare refert.*

DIGITALIS PURPUREA, FOLIO ASPERO.
C. B. P. 243. Vid. Icon. 9. Tab. XXXV.

DIgitalis *à ſimilitudine floris cum* Digitali, *quo mulieres inter conſuendum digitos munire ſolent.*

DIgitalis purpurea, folio aſpero. *C. B. P.* 243. *M. H.* 2. 478. *Digitalis purpurea. J. B.* 2. 812. *Dod. p.* 169. *Digitalis flore rubro. Eyſt. Digitalis vulgaris. Park.* Vulgatiſſima eſt hæc *Digitalis*, quæ purpurei floris eſt, nunc ſaturatioris, nunc dilutioris: cui *folia* ſunt longa, lata ſuperne viridia, inferne incana, per ambitum crenata, aſpera, *Verbaſci* foliis quodammodo ſimilia, minora tamen minuſque lanuginoſa: *Caulis* rectus, rotundus, bicubitalis aliquando in fertili ſolo, à medio ſurſum versùs compluribus *floribus* gravidus, non orbiculatim, aut alternatim, ſed ab uno caulis latere caulem cingentibus, ſupra invicem, aut ut ajunt ἐπ' ἀλλήλων diſpoſitis, deorſum versùs dependentibus, forma oblongis, cavis, nigris in fundo, dactylothecis propemodum ſimilibus, calathi aut digitalis Sartorii munimenti effigie, colore foris coccineo, excepta inferiore parte, quæ propter nonnullam ad miſtam albedinem carneo eſt dilute colore, intus vero ſimiliter purpureo, inferiore parte (quæ & pilis longis obſita eſt) verſicolore, albis maculis intercurſantibus: floris fundo interius, & penitus adnaſcuntur *ſtamina* alba aut purpuraſcentia, contorta, quæ apices didymos croceos, guttatos, ſuſtinent; *ſtilus* tenuis, purpuraſcens ex hirſuti, oblongique pericarpii mucrone protenditur: cui poſtea incluſum continetur *ſemen* minutum, in binis *capſulis* adhuc viridibus ſimul junctis, membrana media intercedente, & duplicem ſeriem ſeminum minutorum, ſubrufforum, diſtinguente: *radix* plurimis conſtat tenuibus fibris. *Spontè variis locis provenit, & in Hortis colitur.*

Temperamentum, & Vires.

Amara eſt Digitalis herba, *ac proinde calida, & ſicca, menſes movet, vulnera ſanat, cathartica, & emetica eſt; & ferè omnia poteſt, quæ Gentiana.* Lobel, *&* Chabr. Somerſeti Angliæ *ruſtica turba hujus* decocto *febricitantibus purgationes, & interdum ſuperpurgationes, & vomitiones humidioribus alvo molitur, inquit* Moriſ.

GRATIOLA. *J. B. 3. 434.*
Vid. Icon. 1. Tab. XXXVI.

GRatiola. *J. B.* 3. 434. *Dod. p.* 362. *Ad Lob. Lugd. Tab. Ger. Matth. Gratiola centaureoïdes. C. B. P.* 279. *Gratiola flore albo, & Gratia Dei Eyſt. Digitalis minima, Gratiola dicta. M. H.* 2. 479. *Cauliculos* promit hæc plurimos, dodrantales, & quadrangulares, frequentiaque circa hos *folia* anguſta, oblonga, longa, *Hyſſopi* vulgaris ſimilia, ſed glabra, cujus & ipſa *herba* effigiem, & formam refert, niſi quod non ut illa erigatur, ſed aliquatenus humi procumbat: *flores* in tenuibus pediculis oblongi è foliorum alis exeunt e dilute purpureo albidi, integri in fundo, quinquefariam in margine diviſi, *Digitalium* florum æmuli; quibus evanidis ſuccedunt *capſulæ* binatim arcte ſub invicem, adhuc virides, adhærentes, interceſſu membranæ mediæ, ſeu ſepimenti dirimentis duplicem ſeriem *ſeminum* minutorum; *radices* frequenter geniculatæ, *Graminis canini* modo ſerpunt, & à nodis fibras multas dimittunt. *Creſcit in Campeſtribus, & Pratis. Floret Julio, & Auguſto.*

Temperamentum, & Vires.

Excalefacit, ſiccat, incidit, attenuat, aperit, dejicit, abſtergit, alvum vehementer purgat, atque tam recens, quàm ſicca ſumpta, macerata, vel decocta, bilem, & pituitam, tum per ſuperiorem, tum per inferiorem ventrem, potenter educit, ventris lumbricos pellit, putredinibus adverſatur, jecur, & lienem ab obſtructionibus liberat, vulneribus, coxendicis doloribus, & chronicis febribus medetur. Eſtque, ut amariſſima, ita etiam valde calefactoria, & exſiccans. Doſis maceratæ, & infuſæ, aut leviter decoctæ eſt unica 1. ad duas, vel plures. Folia *impoſita conſolidant, & glutinant recentia vulnera. Paſſim in robuſtis corporibus à practicis hujus ſeculi commendari* Gratiolam *reperietis, præſertim ad movendas hydropicorum aquas. Eſt vero calida, & ſicca temperie, tam violenter purgat* ἀνὼ καὶ κατὼ, *ut* Helleboro *comparari poſſit; quidam* Tithymalo, *ſeu* Eſulæ *comparant: ſed omnino ab hujuſmodi medicamentis mochlicis, & violentis abſtinendum ſuaderem, quandoquidem benigniora ſatis, & ſufficienter nobis ſuppetunt. Vide* Moriſ. Chabr. Bovium, *&* Jo. Bauh.

HYOSCYAMUS VULGARIS, *vel* NIGER. *C. B. P.* 169.
Vid. Icon. 2. Tab. XXXVI.

HYoſcyamus *dicitur à vocibus* Græcis ὗς ſus, & Κύαμος, Faba; *quaſi diceres* Fabam ſuillam Τοσκυαμος Dioſcoridi *l. 4. c. 69. vide* AElianus, *&* Plinius *l. 25. c. 4.*

HYoſcyamus vulgaris, *vel niger*. *C. B. P.* 169. *M. H.* 2. 494. *Nyoſcyamus vulgaris*. *J. B.* 3. 627. *Eyſt. Hyoſcyamus niger*. *Dod. p.* 450. *Ad. Lob. Ger. Hyoſcyamus niger*, *vulgaris*. *Cluſ. H. Apollinaris*, *Cord. in Dioſcor. Dens Caballinus*, *Cæſ. Altercum*, *& Herba Apollinaris*, *Cam. Faba Suilla*. E *radice* albicante craſſa, & parum fibroſa provenit *caulis* craſſus, ramoſus, cubito procerior, villoſus, quem impari ſitu veſtiunt oblonga, pinguia, & quadantenus lanuginoſa *folia*, marginibus laciniata, & diviſuram *Pedis Anſerini*, ſeu *Atriplicis* latifoliæ referentia: ſummum ejus faſtigium contractum, ſe explicans inter folia, tam in caule, quam adnatis lateralibus ſeriatim promit *flores* circa *umbilicum* purpuraſcentes, è flavo pallidos, & variis obſolete purpuraſcentium nervulorum reflexibus, & gyris obſitos, fœtidi, ac viroſi, non minus quam tota planta, odoris; hos emarcidos excipiunt *Balauſtii* forma *vaſcula*, ſeu calathi oblongi, teretes, ventricoſi, ſuperne (pro ratione petalorum florum, quæ ſunt quinque) in quinque lacinias cuſpidatus rigentes dirempti, & operculo rotundo, duriuſculo occluſi, quod maturitate tandem exſiccatum, & diſſolutum *ſemina* effundit *Papaverum* ſeminum colore, depreſſa, exigua, copioſa, ſepto medio diſterminante plurima prædicta ſemina hinc inde. *Paſſim in neglectis ruderatis*, *& ſirmetis prope villas reperitur*. *Floret Junio*, *& Julio*.

HYOSCYAMUS ALBUS. *J. B.* 3. 627.
Vid. Icon. 3. *Tab. XXXVI.*

HYoſcyamus albus. *J. B.* 3. 627. *Dod. Matth. Ad. Lob. Lugd. Ger. Eyſt. Hyoſcyamus albus*, *major*, *vel tertius* Dioſcoridis, *& quartus* Plinii. *C. B. P.* 169. Hic facie germana cum *Hyoſcyamo vulgari* cognitionem prodit, *foliis* licet latioribus ſit, & rotundioribus, tactuque oleaginoſis, mollioribus, hirſutis, & viridibus; *flores* pari formâ, & ſitu oriuntur, minores, & pallore albeſcentes: *ſeminum* quoque calyculi reſpondent, ſed citra rigentes cuſpides; ſunt autem in albis granula pauciora, depreſſa, ſcabra, ſeminibus prædicto magis palleſcentia; ex quibus celeri ortu, eodem quo ſatus eſt anno, ſeſe perficit, & ſemeſtris, aut ſeptimeſtris eſt vitæ. *Creſcit incultus*: *floret Junio*, *& Julio*. *Semen perficit durante Autumno*.

Teperamentum, & Vires.

Hyoſcyamus albus *omnibus ſuis particulis refrigerat*, *dolores omnes ſedans*: *adverſus acres*, *calidaſque defluctiones oculorum*, *aliarumque partium proficit*. *Sanguinis eruptiones*, *& muliebria compeſcit profluvia*: *ad teſtium*, *aliarumque partium inflammationes adhibetur*. *Profunt ſubinde ſi ſola imponantur* folia, *quandoque eodem Cataplaſmatis permiſcentur*. *Eſt &* Seminis *ſolius nonnunquam uſus*: *additur vero & antidotis dolorem ſopientibus*: radix *commanſa*, *aut in Aceto decocta dentium dolores finire poteſt*. *Breviter* Hyoſcyamus *ſimilem* Opio, *ac* Myconio *facultatem habet*: *imminet quoque*, *& ab ipſo*, *quod ab illis*, *periculum*. *Teſtatur* Dioſcorides, folia *in Olere ſumpta mentis emotionem facere*. Plinius *etiam* foliis *mentem corrumpi ait*, *ſi infuſio*, *in qua plura*, *quam quatuor delituêre*, *bibatur*; *mitior autem habetur candidior*, *quem Medici*, *inquit* Dioſcorides, *recepêre*, *deinde* Luteus, Niger *ut deterrimus improbatur*. Galenus *etiam* Nigrum *inſaniam*, *ac ſoporem adferre affirmat*, *huncque* flavum, *ſive* luteum *propinquam obtinere facultatem*; *fugiendum utrumque ut inutilem*, *& venenoſum*: Candidum *vero ad ſanationes maxime idoneum eſſe*. Pictones *ad* Andegavenſes Hyoſcyamum *adverſum pruriginem plurimum commendant*, *indeque Vernaculo ſermone* l'Herbe aux tignes *vocant*. *Siccæ enim* herbæ *citinos carbonibus inſpergere ſolent*, *fumumque exhalantem manibus excipere*, *ac eo frigore contractas prurigines tolli aſſerunt*. *Vide cætera apud* Jo. Bauh. Sim. Paul. pag. 347. 348., *&* 349. *Satius*, *inquit*, *eſt omni* Hyoſcyamo *abſtinere*, *quam cum periculo vitæ ægri cujuſvis obvii*, *legitimum*, *ſcilicet* ALBUM, *non eligere &c.*

NICOTIANA MAJOR, LATIFOLIA. *C. B. P.* 169.
Vid. Icon. 4. *Tab. XXXVI.*

NIcotiana à Johanne Nicotio Regis Galliæ Conſiliario *dicta*, *cujus opera anno* 1560 Gallis *innotuit*, *quam* Ulyſſipone, *dum legati munere fungeretur*, *à* Belga *è* Florida Inſula *reduce allatam accepit*. Tabacum *ab ejus nominis Inſula dicitur*, *teſte* Monardo.

NIcotiana major, latifolia. *C. B. P.* 169. *M. H.* 2. 492. *Nicotiana major*, *ſive Tabacum majus*. *J. B.* 3. 629. *Nyoſcyamus Peruvianus*. *Dod. p.* 452. *Nicotiana major*, *Tab. Tabacum latifolium*, *Cam. Eyſt. Petum latifolium*, *Cluſ. ad Monard. Sana ſancta Indorum*, *Ad. Lob. Ger. Tornobonia*, *quia a Tornobono miſſa*. *Cæſ. Herbam S. Crucis*, *quia a Cardinali de S. Cruce*, *Romanæ Eccleſiæ Nuncio*. *Caules* ad tres, vel plures cubitos non raro attolluntur, ramis nonnullis brachiati, qui *foliis* nonnullis etiam conveſtiuntur latis, oblongis, acuminatis, majoribus, quam lutei *Hyoſcyami*, mucronatis, *Oxylapathi* fere ſimilibus, latioribus, mollioribus tamen, & dilute virentibus tenuiterque hirſutis, quæ quandoque cauli ſic adhærent, ut ipſum amplecti videantur, alias è pediculo non exiguo prominent, viſcoſa ut melle illita videantur cum caulis tum folia; *flores* oblongiore formâ, intus concavi, integri in fundo, ſed longiores, tubi inſtar, in margine patentiores, quam *Hyoſcyami* lutei, in ambitu, ſeu margine quinquangulares, colore dilute aliquando dilutius rubello, & margine propemodum albicantes: *vaſcula* bicapſularia, ſepto medio diſcriminante duplicem ordinem *ſeminum* minutorum, numeroſorum, ſeminibus *Papaveris* multo minorum. *Naſcitur autem* Tabacum *in pleriſque* Indiæ *locis*: *& eſt hodie apud* Europæos *ſatis vulgare*. *Floret Junio*, *& Julio*.

NICOTIANA MAJOR, ANGUSTIFOLIA. *C. B. P.* 170.
Vid. Icon. 5. *Tab. XXXVI.*

NIcotiana major, anguſtifolia. *C. B. P.* 170. *M. H.* 2. 491. *Eyſt. Nicotiana*, *ſive Trabacum*, *folio anguſtiore*. *J. B.* 3. 630. *Hyoſcyami Peruviani altera Ic. Dod. p.* 452. *Petum anguſtifolium*, *Cluſ. ad Monard. Tabacum*, *ſive Herba ſancta minor*. *Lob.* Humiliore *caulis*, & *foliorum* habitu anguſtiore differt à priore. Hujus ſecundæ folia plerumque in acutiorem mucronem abeunt, & *pediculo* cauli annectuntur: *florum* quoque proventu locupletiore, eorumque colore intenſiore gaudet. Vulgus *Herbariorum* huic *fœminæ*, ut *Nicotianæ* latifoliæ majoris *maris* titulum aſſignat.

Temperamentum, & Vires.

Nicotiana *calida*, *& ſicca eſt*, *& quidem ſecundo ordine ex ſententia* Nicolai Monardis. *Adeſt ei narcotica*, *ſeu ſtupefaciens vis*, *tum & per alvum purgatoria*, *nec non*, *ut* Monardes, *ſcribit alexipharmaca quædam*; *ſoporem inducit*, *mentem emovet*, *& ſimilem ebrietati conſtitutionem adfert*, *vel ſolo fumo accepto*, *ut teſtatur* Andreas Thevetus, *cum ſit calida*, *& ſicca* Nicotiana *in ſecundo gradu*: *itaque calefacit*, *reſolvit*, *mundificat*, *& aliquantulum aſtringit*, *ut ex ſequentibus qualitates judicare licebit*; *confert enim ad cephalalgiam*, *hemicraniam*, *tetanum*, *dentium dolores*, *pectoris vitia*, *lienis*, *& jecoris obſtructiones*, *cruditates ventriculi*, *ventris tineas*, *nephritides*, *ſuffocationes uteri*, *articulorum dolores*, *perniones*, *venena*, *polypum*, *podagram*, *impetigines*, *capitis ſcabiem*, *aſthma*, *famem*, *ſitim*, *recreationem*, *& alia innumera*, *ut diffuſius docetur apud* Johannem Bauhinum *pag.* 262. 263., *&* 264. *Plura qui volet de Viribus* Tabaci, *ſeu* Nicotianæ, *petat ex* Raphaelis *Thorii hymno de* Tabaco, *&* Michaelis Neandri *Tabacologia*. *De abuſu* Tabaci, *conſulat Commentarium* Sim. Paul.

LINARIA VULGARIS, LUTEA, FLORE MAJORE.
C. B. P. 212. *Vid. Icon* 6. *Tab. XXXVI.*

LInaria à Lini *foliorum ſimilitudine appellarunt*. *Oſyris foliis eſt* Lini *initio nigris*, *dein rubeſcentibus &c.* Dioſcoridi *l.* 4. *c.* 143., *&* Plin. *l.* 27. *c.* 12.

LInaria vulgaris, lutea, flore majore. *C. B. P.* 212. *Linaria lutea*, *vulgaris*. *J. B.* 3. 456. *Linaria prima*. *Dod. p.* 183. *Linaria vulgaris*, *Eyſt.* Priuſquam flores hæc *Linaria* vulgaris producat, adeò *Tithymalum cypariſſum*, aut potius *Eſulam* mentitur, ut niſi lac deeſſet, à *Tithymalo* difficile admodum eſſet diſcernere, tanta eſt harum duarum in *foliis* ſimilitudo: at *flores* in Thyrſum ſuperiorem congeſti *Linariæ* ritu primo intuitu ab errore illo prohibent; & qui hujus in poſteriore parte *caudam*, ſive *corniculum*, calcarve, *Conſolidæ regiæ* inſtar, rictumque anteriore parte (qui & *Antirrhino*, & *Linariæ* in genere communis eſt) obſervaverit, facile diſcernet à *Tithymalo*: floribus hujus evanidis ſuccedit *theca* bicapſularis, rotun-

rotunda, ſepto medio diſtinguente duplicem ſeriem *ſeminum* compreſſorum, nigrorum: *radix* lignoſa, dura, alba, varias hinc inde fibras emittens; ac ſuo reptatu in hortis odioſa: ſapor hujus amaricat. *Creſcit locis incultis, & cultis juxta ſepes. Floret Junio, Julio, ac Auguſto.*

Temperamentum, & Vires.

Aqua Linariæ *cum drachmis duabus* corticis Ebuli *in pulverem redacti ſumpta urinam potenter ciet, quare hydropicis in medicamentum exhibendum eſt.* Herba *ipſa vino decocta, ac pota morbum regium diſcutit, item & jecur liberat ab obſtructionibus.* Succus Linariæ *maculas, & vitia faciei emendat. Imo, inquit* Lobelius, *ingenti commodo hydropicis propinatur: quin & ſunt qui* decoctum Linariæ *contra icterum commendant, ut eo laborantes jejuni illius hauſtulum bibant: adeo ingenti commodo hydropicis propinatur, ut ſi quæ* herba *urinas pellit,* Linaria *ea eſt, unde* κατ' Ἰξοχὼ Urinaria *dicitur. Extrinſecus imponitur abdomini in ſtranguria, ano in hæmorrhoidum dolore.* Schrod.

ANTIRRHINUM VULGARE. *J. B.* 3. 462.
Vid. Icon. 1. *Tab. XXXVII.*

Ἀντίῤῥινον καὶ Ἀνάῤῥινον Dioſcoridi *l* 4. *c.* 133. *dictum, quod fructu ſit* Vituli *narium ſimili.* Theophraſto 9. *Hiſt.* 21. Ἀντῤῥίζον, *fructum tanquam* Nares Vituli *parit.* Plin. *l.* 25 *c.* 10. Antirrhinum, *ſive* Anarrhion, *ſive* Lychnis agria.

ANtirrhinum vulgare. *J. B.* 3. 462. *Antirrhinum. Dod. p.* 182 *Ad. Lob. Antirrhinum majus longiore folio. M H.* 2. 505. *Antirrhinum majus. Cam. Antirrhinum, majus, alterum, folio longiore. C. B. P.* 211. *Os Leonis. Cæſ.* (*cui & caput canis, & caput vituli*) *Tab. Caules* ſunt rotundi, glabri, ramoſi, & fragiles: *Folia* multa, ut plurimùm longa, & acuminata, *Linariæ* ſimilia, ſed majora, ſubinde breviora latioraque; *flores* ſecundùm caules in ſuperiore parte inordinatim digeſti, formâ oblongi, integri in fundo, anteriore parte latiores, dum concluſi, ut naſcuntur, permanent, ranæ ori quodammodo ſimiles, & aperti hiantes Leonis rictum æmulantes, colore roſeo rubentes, aut candidi, vel candido dilute purpuraſcentes, non raro etiam ſublutei, ei videlicet, cui folia latiora, & breviora; quos deinde *capitulum* ſequitur oblongum ſemiunciale, ſuperiore parte anguſtius, & tribus foraminibus narium vituli, aut canini capitis ſimilitudine; in quibus continetur hinc inde ſurſum, & deorſum versùs *ſemen* multiplex parvum, fuſcum aut ſubnigrum, rugoſum: aliquando è *radicibus* non magnis fibræ dependent. *Creſcit locis ſabuloſis, & in Hortis colitur. Floret Majo, & Junio.*

Vires.

Rari uſus in Medicina, nec adhibetur niſi à mulierculis contra ſpectra, incantationes, veneficia &c. idque tam præſervandi, quàm curandi fine utrique ſatisfacit appenſione, fumatione, ſuppoſitione, oppoſitione, balneatione, vide Carrichter *in Herbario.* (*Scorpionibus contrarium dicitur.*) Schrod.

SCROPHULARIA NODOSA, FOETIDA. *C.B.P.* 235.
Vid. Icon. 2 *Tab. XXXVII*

SCrophularia *à radice* nodoſa, *& ab effectu, quod ad* Scrophulas *prodeſſe credatur, nomen accepit.*

SCrophularia nodoſa, fœtida. *C. B. P.* 235. *Scrophularia, vulgaris, & major. J. B.* 3. 421. *Scrophularia. Dod. p.* 50 *Scropularia radice nodoſa, fœtida. M. H.* 2. 482. *Scrophularia major. Brunf. Ad. Lob. Cæſ. Lugd. Tab. Ger. Scrophularia minor. Janſon. in Ger. Scrophularia Matth.* Quadrangularibus, ac ſubinde cubito altioribus aſſurgit *caulibus*, colore obſcure purpureo nigricantibus, interiùs vacuis: *folia* ab uno veluti geniculo ſemper bina, ex adverſo poſita, lata, acuminata, per margines crenata, *Urticæ majoris* ſimilia, ſed majora, nigriora, haudquaquam tactu urentia, ſive pungentia: *floſculi* in ſummo alarum parvuli colore obſcure purpurei, formâ exiguas *caſſidas* ſatis exprimentes; *ſemina* in rotundis, ſed tamen acuminatis, bifidis *capſulis* (ſepto medio membranaceo ſatis ſpiſſo dividente duplicem illam ſeriem *ſeminum* minutorum) continentes; *radix* albida, nodoſa, tubercula plurima profert, obliqua ut plurimùm; ſingulis annis idcirco progerminans. *Creſcit in locis umbroſis, juxta ſepes, ac in Cœmiteriis. Floret Junio, ac Julio.*

Temperamentum, & Vires.

Calef., & ſicc. digerit, incidit, ſaporis amari. Uſus præcip. in ſtrumis, ſeu ſcrophulis, ficis, & mariſcis ani (*unde & nomen accepit,*) *in cancroſis, ac ſimilibus ſerpentinis ulceribus, malignaque ſcabie. Extrinſecus in tumoribus renitentibus, maligniſque molliendis. E. g ſcrophulis, & ſimil.* Schrod. Folia *abſterſoria vi prædita, ad prava, & fœtida ulcera plurimùm prodeſſe ferunt: cum Melle* ſuccus *horum* decoctus *curat ulcera contuſa, ſi mane, & ſero continuis diebus contrita, & ſuper focum calefacta* folia *iiſdem imponantur.* Vulgaris nodoſa *ad duros glandularum tumores, quos* Græci χοιράδες, Latini *ſtrumas, vulgo ſcrophulas appellant, & ad hæmorrhoidum cum dolore tumores prodeſſe fertur: alii* radicem nodoſam *cum* Butyro *inſulſo contuſam, loco haud inſolato, ſed humenti, ad dies quindecim reponunt, mox lento igne decoquunt, percolatum obſervant, quo ſtrumas, & hæmorrhoidas illinant, non abſque ſucceſſu. Dici non poteſt, inquit* Tragus, *quantopere* Unguentum *ex* ſucco Scrophulariæ *paratum adversùs ſcabiem maligniſſimam, Lepræ ſimilem, commendetur.*

PEDICULARIS PRATENSIS, LUTEA, *vel* CRISTA GALLI. *C. B. P.* 163. *Vid. Icon.* 3 *Tab. XXXVII.*

PEdicularis *dicitur, eo quod à pecoribus devorata,* pediculorum *ingentem copiam procreet. Alii enecare* pediculos *dicunt.* Criſta galli, *&* Alectorolophus, *ob florum congeriem, & denſæ Galli gallinacei criſtæ in modum faſtigiatam, quibuſdam dici videtur.*

PEdicularis pratenſis, lutea, *vel* Criſta galli. *C. B. P.* 163 *Pedicularis lutea, Tab. Criſta galli, fæmina. J. B.* 3. 437 *Criſta galli. Dod. p.* 556. *Lob. Dod. Cæſ. Alectorolophus. Ang.* E *radicula* tenui annua, *caulis* erectus, quadratus, pedalis, in ramulos quoſdam diviſus exſurgit; quos adverſo ſitu poſita bina ſemper ambiunt *folia*, ſine pediculo, ad exortum latiuſcula, ſenſim in mucronem deſinentia, unciam præterpropter longa, altiùs crenata, *Galli Criſtam* æmulantia. E foliorum *alis*, in ſupremis caulibus, *flores* una cum folliculo compreſſo, & quaſi inflato, prominent pallide lutei, galeati, labio ſaturatiore luteo colore tincto præditi, *Utriculi* foliacei modice protuberantes, margine dentati, *ſemina* compreſſa, rotunda, pallida, membraneo margine circumcincta, continent. Poſt ſemina decidua *vaſcula* ante fœniſecam vento agitante crepitant. *Paſſim in arvis provenit, ut & in ſiccioribus pratis, totaque AEſtate floret.*

PEdicularis pratenſis, lutea, erectior, calyce floris hirſuto. *T.* 172. *Pedicularis pratenſis elatior majoribus foliis. M. H.* 3 426. *Criſta galli mas. J. B.* 3. 436. Antecedenti ſimilis eſt, altior vero attollitur. *Folia* latiora; *flores* ampliores, magis albeſcentes; & *utriculi vaſcula* ſeminalia occulantes, hirſuti ſunt. *Cum vulgari reperitur.*

Temperamentum, & Vires.

Frigida, & ſicca eſt; creditur ad fiſtulas, & ſinuoſa ulcera utilis eſſe; necnon menſes, & aliunde profluventem ſanguinem, in Vino auſtero decocta, potaque ſiſtere. At propter viroſam facultatem, Jo. Bauh. *uſus internos improbat, & condemnat.*

EUPHRASIA OFFICINARUM. *C. B. P.* 233.
Vid. Icon 4 *Tab. XXXVII.*

EUphraſia, *quæ &* Euphroſyne, Gr. Εὐφρασία, *&* Εὐφροσύνη ἀπὸ τῦ εὐφραίνειν, i. e. *exhilarando nomen obtinuit; quia planta hæc mentem, & ſpiritus exhilarat. Et quia Oculus ſpiritibus maxime abundat; idcirco* Euphraſia *à nonnullis* Ocularia *appellitatur, utpote quæ ad oculi vitia amovenda apprime utilis ſit.*

EUphraſia Officinarum. *C. B. P.* 233. *M. H.* 3. 430. *Euphraſia. J. B.* 3. 432. *Dod. p.* 54. *Euphraſia, ſeu Euphrogia ramoſa pratenſis flore albo. Eyſt. Euphraſia* vul-

vulgaris Park. Ophthalmica, ſive Ocularia. Cord. Radice tenui fibrata ſuffulcitur *caulis*, ſtatim à radice in alios ſe dividens, dodrantalis, & ſpithameæ altitudinis, tenuis, frequenter purpuraſcens, geminis per intervalla, contrario ſitu correſpondentibus, *foliis* parvis ſubrotundis, ſeſſilibus, venoſis, ambitu dentatis, & ſubtus hirſutis, veſtitus. *Flores* ſummis cauliculis naſcuntur, *Ocymi* pene conformes, (*labris* vero diſſectis) coloris exalbidi, ſtriis purpuraſcentibus eleganter depicti, & umbilico aureo in medietate notati. Iſtis dehiſcentibus, in *calycis* medio quadripartiti erigitur *vaſculum ſeminale*, coniforme, bivalve, binis loculamentis diviſum, *ſeminibus* plurimis exiguis, oblongiuſculis, albeſcentibus, repletum; e quibus deciduis anno ſuccedente renaſcitur. *In Pratis ſiccioribus, & paſcuis montoſis, frequens occurrit: Menſibus Junio, Julio, & Auguſto flores profert, & Autumno ſemen perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Euphraſia *calida eſt. & ſicca temperie, ſed prædominatur in ea qualitas ſicca. Maxime commendatur ob virtutes ophthalmicas: morbis enim omnibus oculorum pituitoſis amovendis confert ejus uſus internus, & externus: unde quovis modo adhibita viſum conſervat, acuit, ejuſque potentiam debilitatam reſtituit.* Scrod., & Moriſ. Arnoldus Villonovanus *tempore vindemiæ muſto* Euphraſiam *indidit; & poſt ſolitam fermentationem Vinum nactus eſt egregium adverſus oculorum hebetudinem, quod & ſenibus prodeſt.*

ACANTHUS SATIVUS. *Dod p. 719.*
Vid. Icon 5. Tab. XXXVII.

ACanthus, Græcis Ἄκανθος, *quaſi* ſpinis horrens, *ſic à ſylveſtri ſpecie dicitur.* Acanthus mollis, *ſeu* Branca Urſina, *quaſi brachium urſinum, à ſimilitudine, quam ejus folia habent cum anterioribus* Urſorum *pedibus, nuncupatur.* Marmoracia *quoque dicitur ſativa, quòd ejus folia cum coronularum, & labiorum curvitate exteriùs reflexa* Marmoreis Columnarum Corinthiacarum Capitulis *inſculpebantur: quam confictionem* Callimaco Lithoglypho *inſigni* Corinthiaco, *primo inventori,* Catatechno *cognominato*, Vitruvius *tribuit; qui à corbe in ſarcophagum Virginis collocato, & tegula cooperto, loco quo accidentaliter ſuccrevit* Acanthus; *cujus folia emergentia, in orbemque circumnaſcentia Opifex peracutus obſervans, & foliorum fiſſuris, & flexura delectatus, ſenſum accepit, & in Columnarum ornamenta, hodie noſtris oculis oblata, amplificavit, poſteriſque imitanda propoſuit.*

ACanthus ſativus *Dod. p 719 Lob. 477. Ger. 814. Park. 992. Lugd 1443 Acanthus ſativus, vel mollis Virgilii C B. P 283 Carduus Acanthus, ſive Branca urſina. J. B. 3 75 Acanthus lævis Eyſt. Marmoracia dicta. Folia* humi fuſa, profundè laciniata, mollia, intenſo virore ſplendentia, piloſa. Inter hæc ſurgit *caulis* duûm triumve pedum, rectus, qui à medio ad ſummum uſque faſtigium thyrſum gerit *florum* candidorum: *ſemen* in oblongis continetur pericarpiis. *Radix* longè latèque vagatur, foris nigra, intus alba. *Creſcit paſſim in locis humidioribus. Floret Majo.*

Temperamentum, & Vires.

Eſt è 5 herbis emollientibus, calef. ſicc., & aperit. Uſus potiſſimùm externus eſt in clyſteribus, aliiſque paregoricis quarumcunque formularum, & ut plurimum in Cataplaſmatis. Schrod.

OROBANCHE FLORE MAJORE. *J. B. 2. 780.*
Vid. Icon. 6 Tab. XXXVII.

ORobanche *quaſi* Orobi *angina à vocibus* Græcis Ὄροβον ἄγχει; *quo* Orobum, & Viciam *cæteraque legumina, inter quæ naſcitur, ſtrangulare exiſtimetur.*

ORobanche flore majore *J. B 2. 780. Orobanche major, Caryophyllum olens C. B. P 87. M. H. 3. 502. Orobanche. Eyſt Orobanche, ſive Rapum Geniſtæ, Ger. Limodorum, ſive Orobanche. Dod. p 552. Herba Tauri vel Vaccæ, Amat. Rapum Geniſtæ, ſive Hippoſpartium ἄφυλλον floribus galeatis Tragorchidis, Adv. Lob. Radix* pollicem craſſa, ſubrotunda, exteriùs ſquamoſa, frequenter *Geniſtæ* radicibus adhæret. *Caulem* emittit pedalem, & cubitalem, ſingularem, erectum, hirſutum, concavum, & carnoſum, ex luteo fuſcum, ſatis craſſum; in quo non tam *folia*, quàm foliorum rudimenta, anguſta, (ſeu linguulæ celerrimæ marceſcentes, raræ) ſingula ſingulis floribus ſubjiciuntur. *Flores* in thyrſo diſponuntur, *Orchitum* more, ſed ex longioribus intervallis, magni, quaſi galeati, impenſe hirſuti, colore obſoleto pallido, rictum effigiantes; è quo prominent apices nigricantes *ſtaminum* albidorum. *Labrum* autem, quod demittunt, in tres lacinias eſt diviſum, ipſeque floris fundus melleo ſucco viſcido madet. *Cauliculi* ſuccedunt ex rotundis oblongi, quibus *ſemen* pallidum, exiguum, & pulverulentum reconditur. *Solo gaudet glareoſo, quali & Geniſta, & locis ſylvoſis; nonnunquam tamen inter ſegetes, lociſque ſoli expoſitis invenitur.*

Vires, & Uſus.

Reſiccatæ, & tritæ pulverem *ex tepido Vino hauſtum, præſens eſſe ad coli dolores remedium*, Belgæ *prædicant.* Cluſ. Herba *condita, aut ejus* Syrupus *ad ſplenicos, & hypochondriacos affectus, uſus eſt eximii:* Unguentum *ex eodem cum Axungia ad tumores duros, & ſchirroſos molliendos adhibetur. Ita* D. Rajus *ex obſervatione* D. Boyyle.

DISTRIBUTIO XIX.

PLANTAE TRIANGIAE POLYSPERMAE.

Hypericum vulgare; Parnaſia paluſtris, & vulgaris; Viola Martia, purpurea; Viola tricolor, hortenſis, repens; Naſturtium Indicum; Convolvulus maritimus, *ſive* Soldanella vulgaris; Convolvulus Syriacus, *ſive* Scammonea Syriaca; Convolvulus Americanus, Mechoacan dictus; Convolvulus major, *ſive* Smilax lævis; Campanula radice eſculenta, flore cæruleo; Campanula major, vulgatior, aſperior, foliis Urticæ; Campanula hortenſis, *ſive* Medium; Rapunculus ſpicatus; Reſeda vulgaris; & Luteola herba, Salicis folio.

HYPERICUM VULGARE. *C B. P. 279.*
Vid. Icon. 1. Tab. XXXVIII.

HYpericon, *quod alii* Chamæpitin, *alii* Corion *appellant*, Perforata *vulgo*, *quòd folia ſoli objecta innumeris foraminibus ſcatere videatur: hinc & poroſa quibuſdam dicitur*. Υπερικον οἱ δὲ Ανδρόσαιμον, οἱ δὲ Κόριον οἱ δὲ Χαμαιπιτιν, *quoniam ſemen odore plenam reſinam imitatur*. Dioſcoridi *l. 3. c. 171.*, & Plinio *l. 26. c. 8.*

HYpericum vulgare. *C B P. 279 Hypericum vulgare, ſive Perforata, caule rotundo, foliis glabris. J. B 3. 381. Hypericum, Dod. p. 76. Hypericum Officinarum. Boerh. 1. 241* Ex *radice* fibroſa, multifariam diviſa, buxeo cortice intecta, *virgulæ* ſurgunt complures, rigidæ, lignoſæ, rotundæ, ſubrubentes, in ramos diviſæ cubitum unum, vel ampliùs altæ: *folia Majoranæ* glabra, vel *Centaurii minoris Lobelii*, nervis per longum excurrentibus donata innumeris foraminibus ſoli objecta pertuſa eſſe videntur; ſapore ſicco, & aſtringente, cum aliqua amaritudine: *flores* in extremis ramis copioſi, lutei, ex quinque radiatis petalis compoſiti, *ſtaminulis* multis cum *apicibus* concoloribus præditi; quibus ſingulis ſuccedunt *capſulæ* triplices ſibiinvicem ſtrictè junctæ, in quarum ſingulis *ſemina*, parva, ex nigro ruffa, pinguia; ſingulæ ſeparatæ, & exſiccari incipientes granum *Hordei* magnitudinæ æquant, ſapore reſinoſo, amaro, & ingrato, teſte *Lobelio*, atque tam flores, quam capſulæ ſemine gravidæ, ſanguineum ſuccum reddunt. *Naſcitur paſſim ſecus ſepimenta hortorum, & margines agrorum ſilvarumque, ac non raro in locis herboſis, ſubinde etiam humentioribus. Junio, Julio, Auguſtoque menſibus floret.*

Temperamentum, & Vires.

Flores, & ſemina Hyperici *cocta*, *potius infuſa*, *pota urinam provocant, atque calculoſis proſunt*: folia *contuſa ambuſtis, vulneribus, atque tetris ulceribus impoſita medentur*. Folia, flores & ſemina *contuſa parum, atque Oleo infuſa, ſolique ad aliquot ſeptimanas expoſita, facta poſtea colatura atque expreſſione, ſi denuo injiciatur in Oleum eadem quantitas, & ſoli exponatur ad aliquod tempus, Oleum ſanguinei coloris facit, quod ad præcipuum eſt remedium vulneribus, quacunque corporis parte infligantur, imo etiamſi corpus penetrent: nervis punctis idem Oleum tutiſſimum præſidium ſimul, & remedium. Si bibatur vinum, in quo* ſemina, flores, & folia *ſint infuſa, pellit tertianas, & quartanas, teſte* Dioſcoride. Semina *infuſa vino per quadraginta dies curant ſciaticam, eodem teſte*. Tinctura florum Hyperici *egregium eſt medicamentum in mania intro ſumptum*. Galenus. Hypericum *calefacere, ſiccare, tenuique eſſe eſſentia, itemque ulcera ſanare docet*. Oleum Hyperici *hoc modo fit ut* Moriſ. *Rec. Vini lib. duas, Olei Olivarum, Olei Terebinthi lib. duas, in quibus infunde* Foliorum, & Seminis Hyperici *contuſorum mediocriter, q. ſ. quæ indantur in amqullam, aut aliud vas vitreum ſatis amplum, omnium capax exponatur ſoli per octo, aut decem dies, deinde coquantur in eodem vaſe, quod imponitur accubo, in cujus fundo injicitur ſtramen, cui vas innitatur, durante ebullitione vaſe bene clauſo, poſtea facta colatura, & expreſſione renovantur* folia, flores, & ſemina Hyerici *ad eandem doſin; ſine additione Vini. Hoc* Balſamum *verum* Peruvianum *æquat, atque vulnera, & ulcera citius curat* Balſamo Peruviano. *Aliter Recipe* ſummitatem Hyperici *& Olei communis, ſingulorum libr. duas, Myrrhæ, & Gummi Elemi, ana. unc. duas, Terebinthinæ unc. quatuor, Aloes unc. unam, Thuris, & Maſtiches, ana. unc. ſem. infundantur, bulliantque in diplomate S. A. fit* Balſamum *optimum iiſdem conducens morbis, quibus prius.*

PARNASSIA PALUSTRIS, ET VULGARIS. *T. 246.*
Vid. Icon. 2. Tab. XXXVIII.

PArnaſia *à Monte* Parnaſſo, *in quo teſte* Dioſcorid *lib. 4. cap. 32.* Graminis *ſpecies naſcitur, quæ* Gramen Parnaſſi *vocatur.*

PArnaſia paluſtris, & vulgaris *T. 246. Gramen Parnaſſi, albo flore ſimplici C. B. P. 309 Gramen Parnaſſi Dodonæo, quibuſdam hepaticus flos J. B. 3 537 Gramen Parnaſſium. Dod. p. 564 Hepatica alba cordi. Pyrola rotundifolia paluſtris noſtras flore unico ampliore. M. H 3 505. Gramen Parnaſſi. Lob. Ger. Radicem* habet modice craſſam, fibratam, ex alba rubentem. Inde *folia* prodeunt ſatis frequentia, plana, pallide viridia, uncialis fere latitudinis, & ad *Violæ* formam accedentia, pediculis longis appenſa. *Caules* aſſurgunt erecti, anguloſi, ſpithamei, & pedales, individui, *folio* ut plurimum unico, eoque amplexicauli donati. Caulium unicuique *flos* unus inſidet, ſpecioſus, candidus, ex quinque *petalis* planis, totidemque aliis minoribus, ſtriatis, ſtaminulis circundatis, aliiſque ſtaminibus luteis, umbonem ambientibus, conflatus. Iſtis porro dehiſcentibus, *Umbo* capitulumve in conicam figuram intumeſcit, & per maturitatem in quatuor partes ſe dividit, & *ſemina* oblonga, exigua, fuſca, oſtendit. *In macris, putridiſque paluſtribus locis ſatis frequens occurrit. Julio, & Auguſto menſibus floret; ſemenque ſero Autumno perficit.*

Vires.

Hepar roborat, & ab obſtuctionibus liberat. Chabr.

VIOLA MARTIA, PURPUREA. *J. B. 3 542.*
Vid Icon. 3. Tab. XXXVIII.

VIola Ιον Dioſcoridi *lib. 4. c. 122. aliis* Ιον πορφυρῆν, Viola purpurea, *à floris colore*: Theoph. 1. *hiſt.* 15 Ιον, & 1. *Hiſt.* 21. Ιον μέλανχὶ μελάνιον; nigram Violam, *à flore colore nigricantis purpuræ, vocat* Plin. *l. 21. c. 6* Ex Violis, *quæ ſponte apricis, & macris locis proveniunt purpureæ, latiore folio ſtatim à radice carnoſo exeunt, ſolæque* Græco *nomine à cæteris diſcernuntur, appellata* Ia, *ut ab his janthina veſtis*. Ιον Græcis *vocatum in* Geoponicis Nicander *credidit*, Hermolao *referente, quod* Nymphæ *quædam* Joniæ, *florem eum* Jovi *primùm munere dederint*. Alii Ιον *volunt dici, quod cùm* Jupiter *puellam* Io *adamatam in* Vaccam *convertiſſet, terra florem hunc pabulo ejus produxerit, qui propter ipſam factus, ab ipſa nomen acceperat. Hinc* Latinè Viola, *quaſi* Vitula.

Viola

VIola Martia, purpurea. *J. B* 3 542. *Viola Martia, purpurea, flore ſimplici, odoro. C. B P.* 199. *Viola nigra, ſive purpurea. Dod. p.* 156. *Viola purpurea, Fuch. Matth. Lugd. Viola nigra. Cluſ. Hiſt. Radicibus* fibroſis, aliquando in plura capita diviſis, *folia* emittens ex rotundo nonnihil oblonga, ſerrata, longis pediculis appenſa, inter quæ *petioli* è radice quoque enati, ſinguli ſingulos ſuſtinentes *flores* ex cæruleo purpuraſcentes, odoris ſuaviſſimi, calcari donatos, è quinque petalis compoſitos; quibus evaneſcentibus ſubveniunt *capitula* rotunda in tres cellulas carinaſve dehiſcentia, *ſemine* albo, parvo, rotundo, ſeu oblongo plena. *Provenit in locis opacis juxta dumos, muros, agrorum hortorumque margines; pingui ſolo plurima frequenſque emicat. Floret ut plurimum Martio.*

Temperamentum, & Vires.

Violæ Martiæ flores, & folia *temperiem habent frigidam, & humidam* Flores *quidem omnibus inflammationibus internis, laterum potiſſimùm, & Pulmonis, utiles ſunt: pectoris, aſperæ arteriæ, nec non faucium aſperitates, & ſcabrities leniunt: jecinoris, renum, & veſicæ nimios calores reſtringunt: ardentem febrium ardorem mitigant: bilis acrimoniam obtundunt: Sitim arcent, & ſedant. Quod ex Violis fit* ἴρσατον, *ſive uti* Actuarius *nominat* σεράπιον, *ſi ex diluto decoquatur, in quo pluries recentes* flores *fuerint macerati, alvum lenit, & bilem per inferna educit trium, aut quatuor unciarum pondo ſumptum Fit ex* Violis *Oleum, quod refrigerandi humectandique potentia pollet; temporibus illitum, ſomnum clementer conciliat, quem calidis, aut ſicca temperies remoratur: cum Ovi luteo ſedis, & hæmorroidum dolores mulcet: additur quoque utiliſſime Cataplaſmatis refrigerantibus, & dolorem ſopientibus. Fit aut Oleum, in quo* flores Violarum *macerantur, aut ex immaturis Olivis* Græcis ὠμοτριβὲς ὀμφάκινον *nominant; aut ex Amygdalis dulcibus, uti* Meſves *ait. Sunt &* Violæ *ipſæ recentes frigidæ humentiſque oportet; aridæ enim jam deperdita humiditate, & minus refrigerant, & caliditatis nonnihil ad ptæ videntur. Recentiores aridas* Violas *medicamentis, quæ corroborare creduntur, utiliter admiſceri ſentiunt.* Folia Violarum *in Olere ſumpta refrigerant, humectant, alvumque leniunt: foris admota calidas omnes inflammationes mitigant cum per ſe, tum cum Polenta impoſita. Imponuntur, & æſtuando ſtomacho, & oculis,* Galeno *teſte:* Dioſcorides *ſedi etiam excidenti imponi ſcribit. Prodeſſe autem excidenti ſedi poſſunt, non uti aſtringens aliquod ſedem reprimens, ſed veluti molliens, & mal œſtion, qualia ſæpenumero prius admovenda, quàm reduci ea præſertim inflammata queat.* Plinius *quoque ait*, Violas *crapulam, & gravedines capitis levare impoſitis coronis olfactuve; diſcutere etiam anginas, ex* Aqua *potas. Id* purpureum *ex* Violis *comitialibus mederi maxime pueris in Aqua potum exiſtimatur:* Semen *Scorpionibus adverſari dicitur*, Moriſ. *Extrinſecus adhibetur* herba *crebrò in lotionibus, Cataplaſmatibus, Clyſteribus, & ſimilibus.* Seminis *uſus rarus eſt, iſque in obſtructione renum, ubi Emulſioni potiſſimùm inſervit, de qua nota, quòd plerumque vomitum, ac ſeceſſum moveat.* Schrod.

VIOLA TRICOLOR, HORTENSIS, REPENS.
C. B. P. 199. *Vid. Icon.* 4. *Tab. XXXVIII.*

VIola tricolor *à pleriſque* Jacea *nominatur. Aliis* Herba Trinitas *propter triplicem florum colorem dicitur.*

VIola tricolor, hortenſis, repens. *C B. P.* 199. *Jacea tricolor, ſive Trinitatis flos. J B.* 3. 547. *Flos Trinitatis. Eyſt. Viola flammea, Cæſ. Cauliculo* aſſurgit dodrantali, triangulo, & ſtriato, *foliis* per intervalla anguſtioribus *Viola* vulgari, magiſque ſerratis, aliis tenuioribus intermixtis; è quorum ſummo *cauliculus* exit *florem* ſuſtinens pentapetalum triplici colore diſtinctum; medio veluti flamma radiat flava, ad puniceum vergens, in ambitu albicat ſupernis partibus, folium infimum violaceum ſaturatius eſt, ideo flos aſpectu venuſtus eſt, at ſine odore. *Floret per totam Æſtatem, atque eodem tempore* ſemina *perficit ſubſulva in* capſulis *oblongis triangularibus. Colitur in Hortis, creſcit & in agris.*

Temperamentum, & Vires.

Calefac., & ſicc. ad gr. 3. *uſque, (aliis remiſſiùs) ſubamara, ac acris eſt; hinc abſtergit, penetrat, incidit, diſcutit, vulneraria eſt, ac ſudorifera. Uſus præcip. in aſtu (maximè infantum) domando, in ſcabie, ac pruritu, in mucilagine viſcoſa pulmonum, in uteri obſtructione. Extrinſecus itidem in pruritu, in abſtergendis vulneribus, in mucilagine pulmonum incidenda, in uteri obſtructione* (baln.) Schrod.

NASTURTIUM INDICUM. *Dod. p.* 397.
Vid Icon. 5 *Tab. XXXVIII.*

NAſturtium *ſatis apte dictum ob ſaporem*, Indicum *à loco natali, in quo ſponte provenit.*

NAſturtium Indicum. *Dod. p.* 397 *Eyſt Lob. Park. Naſturtium Peruvianum Myconi, Hernand.* 171. *Lugd. Naſturtium Indicum, majus. C B P* 306. *Naſturtium Indicum, folio peltato, ſcandens. J. B.* 2. 175. *Acriviola. Boerh.* 1 245. *Cardaminidum. T.* 244 *Viola Indica, ſcandens, Naſturtii ſapore, & odore. H L. Caulis* hujus eſt teres, tenuis, & longus, qui in ramulos plurimos dividitur graciles, ac proinde pedamentis, ac adminiculis, quibus fulciatur, indiget: *Folia* circa ramulos rotunda, tenuia, quibus pediculus biuncialis, & triuncialis ſubeſt veluti *Cotyledonis* folium ſuſtinens, cui figurâ admodum ſimile eſt, ſed tenuius, & tenerius, ac ſaturatius virens: *flos* eſt luteus cum amplo rictu in anteriore parte, & *calcari* ſatis longo donatur poſterius cum flore *Delphinii* aliquatenus figurâ, ſed eſt multo major, & longiore petiolo dependens: floribus ſingularibus flaveſcentibus, ſuccedunt terna *ſemina* arctè ſibi invicem juncta, aſpera, ſeu verrucoſa, quemadmodum cernere licet in *Chamelæa tricocco. Hujus ſemen ex* India Orientali *delatum, & in Hortis ſatum &c. floret per totam Æſtatem, atque Autumno ſemina ſua terna juncta, rugoſa gerit.*

Vires, & Uſus.

Flores *in expanſi collecti, & muriæ indi è Sale, & Aceto conſectæ, quemadmodum* Capparis *flores inexpanſi, optimum Acetarium hyemale conficiunt, ſcorbuticis curandis ſatis idoneum.* Moriſ. Naſturtium Indicum, ſeil. Peruvianum *viribus æquale eſt aliis:* Flores *in acetariis appetitum excitant.* Aqua *ad plagas oris adhibetur, & ulcera ſcorbutica.* Schrod.

CONVOLVULUS MARITIMUS, NOSTRAS, ROTUNDIFOLIUS. *M H.* 2. 11.
Vid Icon. 6. *Tab. XXXVIII.*

COnvolvulus *dicitur à* convolvendo, *quòd plurimæ ejus ſpecies ſe convolvant.*

COnvolvulus maritimus, noſtras, rotundifolius. *M. H* 2. 11. *Soldanella maritima, minor. C. B. P.* 295 *Braſſica marina, ſive Soldanella. J. B.* 2. 166. *Soldanella Dod. p* 395. *Soldanella marina. Eyſt. Soldanella vulgaris. Park.* Per terram enim ſuas ſpargit *Viticulas*, à quibus *folia* prodeunt ſubrotunda, latiora, quàm longiora, *Chelidonii minoris* foliis ſimilia, liquore lacteo manantia; pediculis longis innixa: *flos* magnus purpureus quadrantalis ferè, campanulatus, indiviſus: *ſemen* in *loculis* rotundis anguloſum, nigrum, & interdum album. *In Hortis fœliciſſimè provenit. Spontaneè verò paſſim ad Mare naſcitur. Æſtate floret, Autumno ſemen perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Eſt calida, & ſicca temperie, tertio etiam exceſſu, ſicuti eſt amara, ſalſilaginem cum acredine quadam guſtabilis ejus qualitas oſtendit. Alvum purgat, crudos, & aquoſos humores diſtrahit, Hydropicis cenſetur utilis, adverſatur tamen ventriculo, tortiones, & moleſtias adfert: plus incommodi, quam auxilii adfert. Ex Dioſcoride *tota* herba *ſtomacho incommoda eſt, acris maxime alvum ſolvit. Conveniunt cum eâ quidem ad acrimoniam obtundendam pingues carnes.*

CONVOLVULUS SYRIACUS, ET SCAMMONEA SYRIACA. *M. H.* 2. 11. *Vid. Icon.* 7. *Tab. XXXVIII.*

COnvolvulus Syriacus, & Scammonea Syriaca. *M. H.* 2. 11 *Scammonea Syriaca. C. B P.* 294. *Scammonea Syriaca, flore majore Convolvuli. J. B.* 2. 163.

163. *Scammoneum Syriacum Antiochenum*. *Lob. Ic.* 610. Tenues *viticulos* fert tricubitales, & multo altiores (ſecundum ſolum, cui committitur) aliquando ad altitudinem quinque cubitorum, modo habeat baculum, perticam, aliudve adminiculum vicinum, beneficio quorum ſeſe in altum attollere poſſit; *foliis* donatur triangulis, effigie *Sagittariæ* parvæ, id eſt ſunt acuminata ad baſim foliorum, *Smilacis lævis majoris* æmula: *flores* ſunt Campanulati ex candido palleſcentes, ſeu albo purpuraſcentes; *capſulas* ſeminales, & *ſemina*, cæterorum ſuæ familiæ inſtar, gerit: *Radicem* grandem *Raphano* ſimilem, & ſuccoſam habet, unde *ſuccus* effunditur, poſt exſciſſionem ejuſdem: Et excipitur in vaſis, aut tegulis ad hunc finem poſitis, qui *Scammonium* vocatur. *Solum amat pingue atque in* Syria *provenit uberrime. Apud nos habetur in cultioribus Hortis: floretque Majo, Junio, & Julio.* Optimum eſt, quod ex *Antiochia* affertur, dein *Armenium*, *Europæum* omnino pravum eſt.

Temperamentum, & Vires.

Scammonium, *ſive* Scammonea *expurgat valde humores bilioſos, acres, ſeroſos, adeoque creberrimi uſus eſt, non modò per ſe, ſed & cum aliis permiſtum &c.* Schrod. *Plura in* Dodon., Jo. Bauh., *&* Sim. Paul., *qui diffuſe de* Scammonii *viribus egere.*

CONVOLVULUS AMERICANUS, MECHOACAN DICTUS. *Raii. Hiſt.* 723. *Vid. Icon.* 1. *Tab. XXXIX.*

Convolvulus Americanus, Mechoacan dictus. *Raii. Hiſt.* 723. *Jeticucu, ſeu Radix Mechoacan. Marcg.* 41. *Edit.* 1648. *Bryonia Mechoacana, alba. C. B. P.* 297. Luſitanis *Batata de purga, alias Mechoacan*, Braſilianis *Iticucu* appellatur. Species eſt *Convolvuli*, ſeu *Smilacis*, nam *caulis* illius ſarmentoſus eſt longiſſime ſerpens, & ſcandens, multangularis, lentus, ruffus, atque etiam viridis. *Folia* ſuo proprio pediculo innituntur, unum digitum longa, figura cordis, ut vulgo pingitur, duabus ad latera auriculis, ad tactum tenera, unum, aut etiam plures digitos longa, ſaturate viridia, inferius nervis, & venulis tranſverſus conſpicua; nullum habent odorem præter herbaceum; caulis autem inciſus lacteum edit ſuccum. *Flores* fert *Convolvuli* magnitudine, & figura, pulcherrimos, albos, & pauco incarnato dilutos exterius, intus autem purpureos, menſe potiſſimum Julio; qui ubi deciderunt, ſuccedunt *ſemina*, *Piſi* pene magnitudine, fuſci coloris, verum haud rotunda, ſed quaſi duæ particulæ exſectæ eſſent, ita ut ferme triangularis ſint figuræ, quæ menſe Septembri colliguntur. Ejus *radix* pinguis, alboque *ſucco* turgens, gummoſa eſt atque inſipida: exterius obſcure cinerea, ſive fuſca, *reſinam* quandam recens fundit; interius eſt alba. Colligitur opportune circa menſem Octobrem: in taleolas circulares diſſecta, filoque tranſutim excepta reſervatur, & contra omnem externam vult defendi. *Paſſim in agris, & locis incultis proveniens, nullaque olitoris induſtria tracta exculta. Adeo per omnes Sylvas luxuriat, ut omnem terram pene impleat: Eadem plane eſt facies, & efficacia plantæ foliorum, & radicis, cujus* Mechoacan *in reliquis* Americæ *partibus.*

Temperamentum, & Vires.

Calida in primo, & ſicca in ſecundo gradu cenſetur: Blande, & citra noxam purgat: ſed quia agit in viſcidos potiſſimum, & craſſos humores, indiget vehiculo, & ſtimulo correctorii loco. Pulvis *ex Vino infuſo ſolo præſtat à drac. una ad duas, & ultra, &* Fœcula *illius, ut in Morborum obſervationibus ſupra oſtendi. Conditura, & Conſervæ, quæ plurimæ tam è* flore, *quam ipſa* radice *fiunt, non ſolum ſunt boni ſaporis, ſed blande laxant, atque aperiunt. Plura qui ſcire volet, conſulat* Monardem, Dodonæum, *atque alios.*

CONVOLVULUS MAJOR. *J. B.* 2. 154. *Vid. Icon.* 2. *Tab. XXXIX.*

Convolvulus major. *J. B.* 2. 154. *Convolvulus, major, albus. C. B. P.* 294 *Convolvulus vulgaris, major albus. M. H.* 2. 12. *Smilax lævis, major. Dod. p.* 392. *Convolvulus major, flore albo. H. L. Eyſt.* Viticuloſis, ſeu ſarmentoſis *cauliculis*, longis, ac tenuibus, ſurſum verſus, Arboribus, fruticibus, viciniſque adminiculis ſepibuſve obvolvitur, & circumligatur: *folio* eſt trianguloſo, in acutum mucronem deſinente in extremo, verſus pediculum binas auriculas etiam acutas habente: tota folii facies eſt hederacea, mollior lævigatiorque: *flores* è ſummis pediculorum exſiliunt candidi, ampli, copioſi, Campanulati, imo candidiſſimi, colore *Lilii candidi* valde æmuli: *radices* ſunt longæ, craſſioribus cirris ſimiles, intus candidiores, hac illac per obliquum intra terram, ſeu potius ſuperficie terræ tenus feruntur: *Capſulæ* ſeminales, *ſeminaque* ipſa cæterorum ſuæ familiæ æmula ſunt. *Naſcitur paſſim per fruteta, & ſepes, locaque amat culta. Floret Æſtate, ſemen Autumno profert.*

Temperamentum, & Vires.

Moderate eſt calida, ſicca verò in 2. *ordine. Reſolvit, maturat, tergit, aperit &c.* Chabr.

CAMPANULA RADICE ESCULENTA, FLORE CAERULEO. *T.* 111. *Vid. Icon.* 3. *Tab. XXXIX.*

Campanula *dicitur à forma floris adinſtar* Campanæ (*id eſt, florem habet integrum in fundo* Campanulæ *in modum, etiamſi quinquefariam in margine dividatur*), *&* Rapunculus, *à tuberoſitate radicis inſtar parvi* Rapi. Rapunculus *vulgo dicitur*, γογγύλη ἄγρια, Rapum ſylveſtre Dioſcoridi, *l.* 2. *c.* 135. Cervicaria *apud* Latinos, *&* τραχήλιον *apud* Græcos, *quia beroſitate radicis inſtar parvi* Rapi; *dicitur itidem, &* Uvularia.

Campanula radice eſculentâ, flore cæruleo. *T.* 111. *H. L. Rapunculus eſculentus. C. B. P.* 92. *M. H.* 2. 455. *Rapunculus vulgaris, campanulatus. J. B.* 2. 795. *Rapunculus. Matth. Cam. Dod. Rapuntium parvum. Ad. Lob.* (*cui, & pes Locuſtæ Avicennæ Cam. Radice* eſt tuberoſa, minimi digiti craſſitudine, *Napi* aut parvi *Rapi* ſimilitudine, alba, dulci; *folia* ex oblongo ad extremum rotunda, per terram ſparguntur, nonnihil hirſuta ſub exortum; ex horum medio *caulis* exoritur cubitalis, hirſutus itidem, canulatus, & lacteſcens, foliis veſtitibus acutioribus, pediculorum expertibus; *flores* formam nolæ imitantur, per oras quinquefariam diviſi, cærulei ut plurimum, nonnunquam candidi, quorum ſingulos excipiunt *vaſcula* oblonga, ternis conſtantia loculamentis, quorum unumquodque foramine in ſuperiore parte præditum cernitur, per quod excidit *ſemen* maturum in terram, minutum, ſubruffum, & lucidum. *Provenit paſſim in arvis non cultis, & collibus ſylvoſis pratiſque, atque inter ſegetes: quin etiam in Hortis colitur in uſum acetariorum Quadrageſimalium, ut radices grandiores evadant. Flores Majo, atque ſemina perficit Æſtate.*

Temperamentum, & Vires.

In caliditate, & frigiditate conſiſtit (*ait* Matthiolus *in Ep. Cam*) Radix, *non longe abeſt à temperatis, imo nec in aliis qualitatibus. Eſtur cruda* radix, *ac pariter cocta in Acetariis, quæ maxime guſtui placet, & appetentiam excitat. Creditur, quod* radix *elixa, & cum Pipere devorata lactis ubertatem in Nutricibus facit.* Radix *teſte* Lobelio, *candida, tenera Acetariis Vernæ Quadrageſimæ longe* Rapo, *aut* Raphano *delicatior.* Lactis *copiam augeri quidam Nutricibus elixâ* radice *ex Pipere ſumptâ exploratum habent.*

CAMPANULA MAJOR, VULGATIOR, ASPERIOR, FOLIIS URTICAE. *C. B. P.* 94. *Vid. Icon.* 4 *Tab. XXXIX.*

Campanula major, vulgatior, aſperior, foliis Urticæ. *C. B. P* 94. *Campanula major, & aſperior, folio Urticæ. J. B* 2. 805. *Cervicaria major. Dod. p.* 164. *Trachelium foliis Urticæ. Cluſ. Pan. vulgare eidem, Hiſt. Trachelium majus, Lugd. Ger. Cam. Radix* ex alba, *Rapunculi* inſtar tuberoſa, varie in ſe contexta, ſapore itidem ejus non minus grato; *caules* cubitales, & altiores utplurimum, ſemper hirſuti: in quibus alternatim naſcuntur *folia Urticæ* majoris foliis valde ſimilia, piloſa, acutiora; *flores* ex foliorum alis cærulei, violacei, & albi, nolæ aut parvæ campanæ ſimiles, *Violæ Marianæ* floribus multo minores, *calyce* parvo, nec ut in illo tortulis canalato, in foliola quinque, ſicut & flos quinquefa-

quefariam in oris, diviſo: *ſtilus* triceps, colore purpuraſcente, albido vel herbaceo, ſurrectior *ſtaminulis* ſtipatur luteolis. *Variat flore candido, dilutè purpureo, vel ad cæruleum inclinante. Reperitur, & ſtrigoſior. Paſſim variis locis ſpontè provenit, ac in Hortis etiam habetur. Floret Junio, & Julio.*

Temperamentum, & Vires.

Guſtu aſtringit, ut hinc exſiccandi vim illi eſſe quiſque conjicere queat; aſtringendi habet facultatem, ideoque decoctum illius unice ad oris exulcerationes, aliaque ejuſdem mala, quæ aſtrictione indigent conferre cenſent: utilis haud dubie etiam ad alia quævis ulcera, ob inſignem, quam obtinet in exſiccando facultatem, inquit Fuchſius. *Sunt qui* Cervicariæ radicum *decoctum adverſus oris, & tonſillarum inflammationes conferre affirmant* Dod.

CAMPANULA HORTENSIS, FOLIO, ET FLORE OBLONGO. *C. B. P.* 94. *Vid. Icon.* 5. *Tab.* XXXIX.

CAmpanula hortenſis, folio, & flore oblongo. *C. B. P.* 94. *Viola Mariana Dodonæi, quibuſdam Medium. J. B.* 2. 804. *Viola Mariana. Dod. p.* 163. *Lugd. Cluſ. Hiſt. Medium, Matth. Folia* habet oblonga, lata, ſubnigra, aſpera nonnihil hirſuta, vulgaris *Bugloſſi* foliis nigriora, minora, minuſque aſpera; *caules* deinde ſecundo anno profert rotundos, rectos, ramoſos, aliquantulum etiam hirſutos, circa quos *folia* ſimilia, ſed minora: *flores* in ſummis virgis exeunt oblongi, ampli, cavi, patuli per oras inciſuris quinque profundis recurvis diviſi; coloris utplurimum cæruleo-purpurei, ſubinde candicantis, in quibus ſingulis *ſtamina* duo, aut tria, candida; flores, inquam, priuſquam dehiſcunt, quinquangulares ſunt: poſt flores *capitulum* naſcitur ſuperiore parte latius, quinque quoque angulos habens, quinque *vaſculis* veluti caligulis aſperis, & hirſutis, deorſum dependentibus veſtitum; in quo *ſemen* exiguum, ſubruffi, & ejus cujus *Caſtaneæ* fructus echino exemptus, propemodum coloris: *radices* ſubſunt longæ, craſſæ, candidæ, non ingrati ſaporis. *Naſcitur in Sylvis, & Montibus, nec non opacis, verò in Hortis. Junio, & Julio menſibus floret.*

Temperamentum, & Vires.

Radix *refrigerantis, & nonnihil adſtringentis potentiæ eſſe ſcribit* Dodonæus. *Ejus ut aliorum Sylveſtrium* Rapunculorum *apta eſt, & non incommodè Acetariis additur.*

RAPUNCULUS SPICATUS. *C. B. P.* 95. *Vid. Icon* 6 *Tab.* XXXIX.

RApunculus, *vel* Rapuntium *dicitur, quaſi dicas parvum* Rapum, Napum *potius, ob ſolius radicis, quam magnitudine, & ſapore cum* Rapunculo campanulato *habet, ſimilitudinem. Dicitur* Alopecuron *ab ipſa* ſpica *plena minutorum florum, quæ jam apertis floſculis mollis, & veluti lanuginoſa, vulpiumque caudis propemodum ſimilis eſt.*

RApunculus ſpicatus. *C. B. P.* 95 *Rapunculus Alopecuron. Dod. p.* 165 *Rapunculus corniculatus, ſpicatus, ſeu Alopecuroides. M. H.* 2. 463. *Rapunculus major, Alopecuroides, comoſo flore. Ad Lob.* Rapunculus *Alopecuroides, longa ſpica. Cluſ. Hiſt. Rapunculus ſpicatus, ſive comoſus, cæruleus ſaturatè violaceo, & albus, itemque folio maculato. J. B.* 809 *Chabr.* 262. Hæc ſpecies *Rapunculi corniculati* à ſuperioribus *campanulatis* differt, quòd huic ſunt prima *folia* per terram ſtrata, lata, ſeu ſubrotunda, poſtea ſecundum caules longiora: *caules* dodrantales, & pedales, ſumma parte veluti *ſpicam* parvorum florum plenam proferunt, quorum ſinguli antequam pandantur, *corniculi* cujuſdam ſimilitudinem referunt; aperti verò in quinque lacinias, ſeu foliola minuta, anguſta finduntur, *colore* alias, & frequentius cærulei, alia dilute violacei, alias cinerei: floribus ſingulis *capitula* parva ſuccedunt minora, ternis foraminibus pertuſa, multa circa caulis ſummum faſtigium ſimul arcteque compoſita, in quibus ſingulis numeroſa *ſemina* minuta, ſubruffa, & lucentia continentur: *radices* candidæ, magnitudine, & ſapore cum *Rapunculo campanulato* habet ſimilitudinem: alio, qui *folia* ſunt *Violæ Martiæ*, longis pediculis appenſa, nonnunquam *macula* nigrâ notata, quanquam ſtricta longaque ſuperius in *caule* cubitali, inani, anguloſo, & lac fundente: in cujus faſtigio ſpicatus pulcher *flos* cæruleus, aut purpuro-violaceus ex multis *corniculis* circa baſin in ſegmenta arcuata fiſſis compactus, ejuſdem itidem flos cinereus, albuſve quoque reperitur. *Gignitur in locis ſylveſtris, & opacis, pingui lutoſoque ſolo. Floret Auguſto, & Septembri.*

Temperamentum, & Vires.

Hujus radix; *ut ſcribit* Schvvenkfeldius, *priuſquam caulem protrudat, elixa, & manſa cum Sale, Aceto, & Oleo macerata, cibi appetentiam parit, ſtomacho prodeſt, & urinas elicit.*

RESEDA VULGARIS. *C. B. P.* 100. *Vid. Icon.* 7. *Tab.* XXXIX.

REſeda, *à reſedandis doloribus dicta cenſetur: collectiones namque, & inflammationes omnes diſcutere* Reſedam *ſcribit* Plinius *lib.* 17. *cap.* 10.

REſeda vulgaris. *C. B. P.* 100. *Naſturtium ſylveſtre Erucæ affine. Ejuſdem. Reſeda lutea. J. B.* 3. 467. *Reſeda minor, ſive vulgaris. Park.* 823. *Reſeda Plinii. Ger.* 227. *Eyſt.* 382. *Reſeda lutea. Dal. Lugd.* 1199. *Eruca Naſturtio cognata, tenuifolia. Lob. Erucago Apula trifida, & quinquefida. Col.* 269. *Reſeda foliis* ſuis ceranoidibus, *Erucam Naſturtiumve*, primo intuitu quodammodo refert: *flores* vero ſpicatim naſcentes, ex ſex anguſtis petalis, luteis radiatim diſpoſitis, cum ſtaminulis, ac in medio triplici ſtylo eminente, conſtant. *Vaſculum ſeminale* oblongum membranaceum, anguloſum, ſubviride, urceoli effigie, ore ſemper aperto, donatum eſt; ac in ejuſdem cavitate *ſemina* parva ſubnigra continentur. *Floret porrò Æſtate, ac reperitur in muris, & juxta ſegetes.*

Vires.

Reſeda *autem à ſedandis doloribus dicta cenſetur, quòd collectiones, & inflammationes diſcutiat.* Chabr.

LUTEOLA HERBA, SALICIS FOLIO. *C. B. P.* 100. *Vid. Icon.* 8 *Tab.* XXXIX.

LUteola, *à* luteo *colore, quem pannis conciliat.*

LUteola herba, Salicis folio. *C. B. P.* 100. *Lutea quibuſdam Plinii. J. B.* 3. 465 *Lutea vulgaris. Park.* 603. *Luteola. Lob. Obſ.* 190. *Ger* 494. *Luteum herba. Dod. p* 80. *Herba lutea Dal. Lugd.* 501. *Pſeudo ſtruthium. Matth.* 1812. *Theriacaria. Caſt. Folia* recta, longa, viridia, anguſta, criſpata ut plurimùm ſunt; *Flores* longis ſpicis naſcuntur, è luteo colore ſubviridi tincti, ſtaminuloſi: *calyx* durus, viridis, ternatim diviſus, invertitur, & *ſemina* ſubfuſca exigua intus conduntur. *Creſcit locis incultis. Floret Majo.*

Temperamentum, & Vires.

Adverſus venena, & morſus venenatos præſtantiſſima creditur Lutea *dicta* Herba: *unde quibuſdam* Theriacaria *dicitur: acer autem* radicis *ſapor eam arguit calefacere, rarefacere, diſſipare, aperire, atque urinas, & ſudores movere.* Char. *Ad Lanas tingendas, Infectoribus utilis eſt, pannos enim rudes, & albos, cum Alumine hæc* herba *decocta, luteo colore tingit; cæruleos autem viridi, idque magis minuſve intenſo, quo ſaturatior, dilutiove fuerit color cæruleus Videantur* Vitruvius, Lobelius, Dodonæus, *ac* Camerarius *&c.*

DISTRIBUTIO XX.

PLANTAE TRIANGIAE TRICOCCAE.

Ricinus vulgaris; Tithymolus foliis Pini, fortè Dioſcoridis Pityuſa; Tithymalus Cypariſſias; Tithymalus latifolius, Cataputia dictus; Eſula Indica, Bonti, *ſive* Euphorbio affinis, Sedi folio; Euphorbium, quod Anteuphorbium; Euphorbium verum Antiquorum, Scadida-Calli dictum; & Euphorbium Officinarum.

RICINUS VULGARIS. *C. B. P.* 432.
Vid. Icon. 1. *Tab. XL.*

RIcinus, AEgyptiis κίκι, Græcis κρότων *dicitur*, *ab* Animali *cujus formam fructus ejus refert. Sunt autem* κρτωνες inſecta *quædam nullis membris diſſecta*, Ricini *dicta*.

RIcinus vulgaris. *C. B. P.* 432. *J. B.* 3. 642. *M. H.* 3. 347 *Cam. Ricinus. Dod. p.* 367. *Ricinus major. Eyſt. Palma Chriſti. Tab. Cæſ. Ricinus, ſive Cataputia major, vulgaris, Park. Ger. Dod. Tab.* Altitudinem novem, ſeu decem pedum acquirit. *Stipites*, qui à *radice* fibroſa aſſurgunt, geniculati ſunt, cavi, ac fungoſo, albo, ſubflavo molli, ſiccoque corculo intus obducti, in geniculis fungoſo, albicante, molli interſepimento clauſi, raro ligno, (ut & ſurculi quos è geniculis ejiciunt) *cortice* amaro, & maxime pungente, ſeu lancinante linguam. *Folia* pediculis longis inſidentia ad dimidium diviſa, ſtelliformia ſunt, ſeptem, aut etiam octo cuſpidum, quæ verſùs partem anteriorem longiùs excurrunt in margine acutis dentibus inciſa, viridia, mollia, glabra, & petaſum amplitudine æquantia, umbilicata, & non ad centrum diviſa. Foliorum coſtæ pro numero cuſpidum ex ſummitate petioli velut radii è ſuo centro exeunt, & ſingulæ in cuſpidem deſinunt. In ſummitatibus erectæ recematim congeſtæ ſunt *gemmæ* virides, gemmas *Capparis* æmulantes, quarum ſingulæ in quinque, aut ſex petalis ex viridi flavis ſe laxant, aperiunt, & *flores* demonſtrant, numeroſis ſtaminulis, ſeu apicibus ſubflavis refertos. Hi *flores* falſi, inanes, & ſteriles ſunt; inferiore vero parte ejuſdem racemi *fructus* de petiolis biuncialibus, & nonnihil incurvis dependent, ſuntque capitula rotunda, parum oblonga, pollicaris craſſitudinis, & trium oblongorotundorum laterum, quæ ſingula in medio in longum una ſaturata ſtriata, nullis habere videntur. Oſtendunt autem in vertice umbilicum rubrum ex tribus petalis quaſi conſtantem (qualia in *Juglande* bina) qui poſtmodum fuſcentes deciduit. In fructibus tria continentur *ſemina*, intra unumquodque latus; tanquam in propria capſula unum numero, membranis lignoſis, ſeu corneis, (quæ ſtylo medio, & angulis laterum adſtrictæ ſunt) à reliquis ſejunctum. Sunt autem *ſemina* forma rotunda oblonga, & figura pineis ſimilia, lævia, ſpadiceofuſci coloris undulantis variegata, *Ricinique* animaculi æmula. *Sponte in AEgypto naſcitur, & in noſtris regionibus ſeritur, in Hortis. Floret AEſtate.*

Vires, & Uſus.

Decoctum foliorum *ſumptum juvat in tympanide aſthmate, & igne ſacro, uti & in podagra*. Folia *trita, & capiti appoſita ejus dolorem ſedant; eadem igne toſta, in podagra ſedanda (parti effectæ applicata) uſum habent*. Fructus *purgativi ſunt, ſi in pulverem frixi cum ſaccharo dentur*. Oleum *quoque ex* ſeminibus *expreſſum, purgativum eſt; quod etiam cum lacte dulci purgat, ac doloribus ventris ſiſtendis confert; juvat etiam in doloribus corporis Olei perunctio. Brevi*, ſemina *valde ſunt purgativa: ſed* nuclei *in oſſiculis incluſi, cuticula alba, laxa, involvente deraſa, tutò commendantur; hac vero relicta vehementer purgant, atque hoc in fraudem vertit advenis, quos*, ſeminibus *cuticula non deraſa abſortis, alvum exonerantes ludificantur naſuti (ſi diis placet) Indigenæ. Inquit* Moriſ.

TITHYMALUS FOLIIS PINI, FORTE DIOSCORIDIS PITYUSA. *C. B. P.* 292.
Vid. Icon. 2. *Tab. XL.*

TIthymalus *dicitur à vocabulo* Græco τυθὸς mamma, mamilla, & μαλὸς *exitioſus, viroſus, quia effundit* lac *ſicuti* mamma, *ſed exitioſum, & viroſum*. Pityuſa *quoque à* πίτυς Pinus, *cujus folia anguſta repræſentat*. Eſula *forte appellatur quaſi* edula *nempe dulcis; eo quia inter omnes* Tithymalorum *ſpecies una à* Trago *edita ſit placidiſſima; vel ab origine* Arabica, *ut ajunt*, Eſula, *vel* Ezula *deducta*.

TIthymalus foliis Pini, forte Dioſcoridis Pityuſa *C. B. P.* 292 *M. H.* 3. 337 *Tithymalus pineus. Ger. Pityuſa, Tithymalus pinea, ſive Eſula minor. Park. Tithymalus Cypariſſiæ ſimilis. Pityuſa multis. J. B.* 3. 665. *Eſula minor. Dod. Eſula vulgaris major. Trag. Eſula minor. Officinarum. Lob. Schrod.* 673. *Radix* ei longe lateque ſerpit, & è radicum nodis nervos ſtolones copioſe emittit, *Caules* ad cubiti altitudinem aſſurgunt, recti, *foliis* plurimis, viridibus, *Linariæ vulgaris* latitudine, & longitudine haud inæquali, obtuſioribus tamen, inordinatim veſtiti. Caules, qui *flores* in ſummitatibus producunt, frequenter in ramulos rectos, laterales, à medietate, diducuntur, conſimilibus foliis viridibus ornati. Pars media altitudine aliorum *Tithymalorum* medietates ſuperat, & *flores* tetrapetalos, *è calycibus* alveoliſve ſubrotundis erumpentes, corymbatim gerit; quibus *ſemen* levæ, trigonum ut in aliis ſuccedit. *In agris, & circa dumeta provenit, ac ad ſabuloſas fluminum repidines; Auguſtoque, & Septembri floret.*

TITHYMALUS CYPARISSIAS. *C. B. P.* 291.
Vid. Icon. 3. *Tab. XL.*

TIthymalus Cypariſſias. *C. B. P.* 291. *T.* 86. *Tithymalus Cupreſſinus, ſive humipinus. Lob. Eſula Officinarum. Cæſalp.* 374. *Cupreſſinus. Ger. Matth. Dod. Adv. Radice* nititur perenni, fibroſa, lignoſa, & nonnunquam repente. *Caules* promit dodrantales, & pedales, primò ſimplices, poſtea ramoſos, in quibus quamplurima *folia Linariæ* minora, mollia, creberrime naſcuntur. *Flores* in umbellæ quaſi formam diſpoſiti, longis pediculis folia, quibus donantur, perforantibus, lutei, ex quatuor quaſi ſemi-lunulis conjunctis, extrorſum vergentibus corniculis apicibus item luteis conflantur. His porro triquetri ſuccedunt *loculi*, quibus *ſemen* parvum ſubrotundum includitur. *In variis herbidis ſatorum, & Pratorum marginibus reperitur.*

Vires, & Uſus.

Folia, radices, & ſemina *acrem, & urentem facultatem obtinent. Succus lacteus viroſus vehementior eſt, & adurendi vi præditus pro cauſtico adhibetur; quare in ſuperfluis carnibus, verrocis, & ſerpigine exterendis, maximus illius uſus eſſe debet; intro enim ſumptus magis nocet, quàm* grana; *quamobrem ſibi quiſque ab illo caveat*. Succus, *vel* lac *dentium præcipue cavorum dolorem mitigat, ſed præmunienda eſt Cerá vicinia*. E radicibus, herbis, & lacteo Eſula ſucco. *Unguentum efficaciſſimum adverſus ſcabiem capitis contagioſam confici poteſt; eſtque hoc ſingulare quoddam experimentum*. Moriſ.

TITHYMALUS LATIFOLIUS; CATAPUTIA DICTUS. *Boerh.* 1. 255. *Vid. Icon.* 4. *Tab* XL.

CAtaputia *à ſeminibus rotundis, in pilulis, ſeu* Catapotiis *purgatricibus ſumendis adhiberi ſolitis.*

TIthymalus latifolius, Cataputia dictus. *Boerh.* 1. 255. *H. L. Tithymalus major, annuus, glaucifolius. M. H.* 3. 339. *Lathyris major. C. B P.* 293. *Lathyris, ſive Cataputia minor. J. B.* 3. 880. *Lob. Tab. Trag. Cataputia Officin, Cataputia vulgaris. Eyſt.* Planta hæc in Hortis à ſemine ſuo deciduo frequens nata biennis videtur; primo enim anno ſingularis *caulis* erectus, raro diviſus, cubito altior, digitalis craſſitudinis, *foliis* digiti humani longitudinis æque, ac latitudinis, ordine cruciatim naſcentibus, quatuorque ſeries retinentibus, glaucis, ſeu ex plumbeo colore viridibus, expanſis veſtitur. Hanc autem formam per totam Hyemem retinet. Anno ſuccedente arboreſcere videtur, & in *ramuſculos* ſe dividit, dichotomam diviſionem obſervantes, *foliiſque* ad baſin latioribus, mucronatis, pallidioribus è regione ornatos, In ſupremis angulis, & in extremis caulibus *flores* enaſcuntur parvi, lutei cum ſtaminibus concoloribus, & *ſtylo* è medio eminente, cui *capſula* trigona ſeminalis, aliorum pericarpiis major, inſidet; qua matureſcente, in tres partes ſponte finditur, & in unaquaque *ſemen* ſingulare apparet ſubrotundum; *radixque* perit. *Colitur in Hortis. Floret AEſtate, ſemenque Auguſto, & Septembri maturat.*

Vires, & Uſus.

Cataputiæ *vulgaris* (*quæ facultate proxime ad* Ricinum, *ſive* Cataputiam majorem *accedit, unde etiam* Cataputia minor *vulgo appellitatur*) 12 *aut* 14. *grana tuſa vinoque pota totum corpus commovent; alvum purgant; pituitam, & bilem ducunt; vomitiones potenter provocant; phlegma, choleram, & melancholicam educunt.* Pilulas *ex iiſdem lacte confectas, & Aceto aromatis paratas, hydropicis utiles eſſe confirmat* Tragus. *De harum præparatione requiſita conſule* C. Hoffmannum, *&* Caſp. Dornavium, *qui correctionem dirigunt.*

ESULA INDICA, BONTII, *ſive* EUPHORBIO AFFINIS INDICA, SEDI FOLIO. *M. H.* 3. 345. *Vid. Icon.* 5. *Tab. XL.*

ESula Indica Bontii, *ſeu* Gummi Gutta, *ſive* Gutta Gemou *corrupte*, Indis Lonan Cambodia *vocitatur, eo quod in* Cambodia *vicinâ* Sinæ *regno Provinciâ proveniat.*

ESula Indica, Bontii, *ſive* Euphorbio affinis Indica, Sedi folio. *M. H.* 3. 345. Gummi Gutta. *Lem. Ital.* 164. *Gutta gamba, Ghitta Gemou, Gutta Gamandra. Ibid. Ghitta Jemou, Gummi Gotta, Gutta Gemau, Cattagauma, vel Gemu, Gummi Peruanum, S. de Peru, de Jemu, de Gemandra: aliis ſuccus Cambici, vel Cambrici. Schrod.* 687. In tantam altitudinem aſſurgit, ut ingentes Arbores ſcandat, craſſitudine ſæpe brachiali, & ampliore. Plena eſt ſpinoſis extuberantiis, quæ tamen utpote molles pungentes non ſunt, *foliolis* hinc inde excreſcentibus, quæ admodum ſimilia ſunt foliis *Sedi majoris vulgaris*. *Caule* eſt trigono, quo vulnerato, ſuccus lacteus, qualis ex *Exula*, deſultim exit; ut niſi tibi caveas facile veſtem, & (quod magis metuendum) faciem, & oculos commaculet, quibus propter vim cauſticam admodum inimicus eſt. *Ab hac Planta, neque forma, neque figura, neque creſcendi modo differt ea, quæ* lachrymam *iſtam flavam à ſe emittit, quæ* Officinis *noſtris* Gummi Gutta, *ſive* Gutta Gemou, *ut &* Guttæ Gamandra, *&* Cambugio (*forte à* Cambodia *regno ubi naſcitur*) *aliiſque nominibus gaudere perhibetur.*

Vires, & Uſus.

Ad cachexiam, hydropem, paralyſim, & reliquos ſtuporem inducentes, & frigidos affectus, qui levi Pharmaco non moventur, utilis ea eſt; fortiter enim purgat, exigua vero quantitate à peritis uſurpatur. Quod ſi Aceto aliiſque temperetur, magis proficua evadit. Moriſ. *Contra podagram.* Monardi. *Expurgat per ſuperiora, & inferiora, præcipuè humores ſeroſos, & aquoſos, tum quoque omnem ſaburram vitioſorum humorum ex toto corpore educit. Hinc uſus ejus creber eſt in Hydrope, Febri, Scabie, Pruritu, & ſim. Dodiſ. à gr.* 5. ad 14. Schrod. Ghitta Jemu *correctum per ſpiritum vitriol., aut Tart. &c. Vid.* Mindereri; *plura apud* Cluſ. *lib.* 4 *exot. cap.* 8., *& in Tract. de* Ghitta Jemou *conſcripſit clariſſ.* Jo; Petrus Lottichius *&c.*

EUPHORBIUM, QUOD ANTEUPHORBIUM. *Boerh.* 1. 259. *Vid. Icon.* 6. *Tab. XL.*

EUphorbium, quod Anteuphorbium. *Boerh.* 1. 259. *Anteuphorbium. Dod. p* 378 *Lob. Obſ.* 643. *Lugd.* 1692. *C. B. P.* 387. *Caulicules* hæc emittit complures, rotundos, virentes, atque circa eos *folia* qualia *Portulacæ Radix*; multas quoque habet propagines, Succo, & hæc abundat, nequaquam acri, ſed lento, & refrigerante, ardorem, ac acrimoniam *Euphorbii* retundente.

Vires, & Uſus.

Adverſus Euphorbii *acrimoniam remedio indigenis fertur eſſe* herba, *quæ ab effectu, & contrariis facultatibus* Anteuphorbii *nomen accepit.*

EUPHORBIUM VERUM ANTIQUORUM, SCADIDA-CALLI. *Horti Malab H. A.* 1. 23. *Vid. Icon.* 7. *Tab* XL.

Eυφορβιον, Græcis. Juba *in* Libya *regnante primo inventum eſt; unde* Plin. *l.* 25. *c.* 7. *Invenit* (*inquit*) Rex Juba *quam appellavit* Euphorbium, *Medici ſui nomine, & fratris* Muſæ, *à quo Divus* Auguſtus *conſervatus fuit.*

EUphorbium verum Antiquorum, Scadida-Calli. *H. Malab. H. A.* 1. 23. *Euphorbium Indicum, Opuntiæ facie, caule geniculato, triangulari. Breyn. P.* 2. *M. H.* 3. 345 *Tithymalus aizoïdes, triangularis, nodoſus, & ſpinoſus, lacte turgens. Plukn. Alm.* 370 *Tithymalus Indicus, ſpinoſus, & anguloſus, lacte turgens acri. H. Beaum. Scadida-Calli. H. Malab p.* 2. *T.* 42 *pag.* 81 Frutex eſt altitudine duorum hominum, naſcens in arenoſis. *Stipes*, qui ex *radice* craſſa ſimplex exoritur, diverſis nodis diſtinctus; inter nodos oras anguſtas eminentes, quæ planis lateribus terminantur, extenuatur; in oris angulis extuberat, inter angulos ſinuatus, & in angulis *ſpinis* rigidis, acutis, & rectis, fuſcis, & nitentibus, quæ binatim, ac cuſpidibus à ſe mutuò averſis prodeunt, munitus, cortice craſſo, exteriùs veridifuſco, intus ſub cortice *pulpa* humida, & albicante, nullo ligno; ex qua, ut & è *cortice* inciſo, *lac* copioſus emanat. *Folia* in oris extuberantibus angulis, ſupra ex ſpinis ſurrecta prodeunt, & quidem rara in ſingulis angulis, unum numero in uno parvo, craſſo, plano, viridi, ac lacteo pediculo, ſuntque minuta, rotunda, craſſa, lactea. *Flores* in ore prodeunt, maxime ex ſinubus cavis inter angulos extuberantes, terni ſimul in uno pediculo parvo, lacteo, craſſo, ex ſinibus recta exſurgentes; conſtant autem *foliis* quinque, craſſis, rigidis, planis in ſuperiore parte, medio corculo rotundo plano, piloſo, exteriùs ex viridi flavo colore. *Floribus* prodeuntibus *folia* mox decidunt. *Fructus* ſunt plani, ac tribus eminentibus rotundiolis ungulis conſtantes, lactei, & colore viridi; continentque in unoquoque angulo tanquam propria capſula *ſemen*, quod rotundum eſt, ac cinereum.

Euphorbium *vero hoc eſſe* Jo. Commelinus Amſtelodamenſis, *& in Horti Malab.* 2 *part. Commentator credit.* Plinius *herbam fœminino genere* appellat; *Succus enim* Euphorbium, *& quidem Officinis quoque eſt, quòd forte ex aliis etiam ſpeciebus extrahi poſſit.*

Tab. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XL.


Tab. XXXV.
1. Salicaria vulg. purpurea, fol. oblongis. T. 253.
2. Saxifraga rotundifolia, alba. T. 252.
3. Saxifraga verna, annua, humilior. T. 252.
4. Centaurium minus. C. B. P. 278.
5. Centaurium luteum, puſillum. C. B. P. 278.
6. Veronica mas, ſupina, et vul-gatiſsima C. B. P. 246.
4.
5.
7. Veronica aquatica, major, folio ſubrotun.o M. H. 2. 323. Becabun=ga. Ger.
8. Verbaſcum mas, latifolium, luteũ. C. B. P. 239.
9. Digitalis purpurea folio aſpero. C. B. P. 243.
Eques J. B. Morandi fecit.


Tab. XXXVI.
1. Gratiola J.B. 3. 434.
2. Hyoſcyamus vulg. vel niger C.B.P. 169.
3. Hyoſcyamus albus J.B. 3. 627.
4. Nicotiana major, latifolia C.B.P. 169.
5. Nicotiana major, anguſtifolia. C.B.P. 170.
6. Linaria vulgaris, lutea, flore majore. C.B.P. 212.
Eques Jo: Bapta Morandi Inv. del. et Sculp.


Tab. XXXVII.
1. Antirrhinum vulg. J.B. 3. 462.
2. Scrophularia nodoſa, fœtida. C.B.P. 235.
3. Pedicularis pratenſis, lutea. C.B.P. 163.
4. Euphraſia Officinarum. C.B.P. 233.
5. Acanthus ſativus. Dod. p. 719.
6. Orobanche flore majore J.B. 2. 780.
Eques J. B. Morandi Inv. del. et ſculp.



Tab. XXXVIII.
1. Hypericum vulgare. C. B. P. 279.
2. Parnaſia paluſtris, & vulgaris. T. 246.
3. Viola Martia, purpur.ª J. B. 3. 542.
4. Viola tricolor, horten. rep. C. B. P. 199.
5. Naſturtium Indicū Dod. p. 391.
6. Convolvulus maritimus, noſtr. rot. fol. M. H. 2. 11.
7. Convolvulus Syryacus, et Scam.ea Syr.ca M. H. 2. 12.
Eques Joannes Baptiſta Morandi Inven. delin. et ſculp.


Tab. XXXIX.
1. Convolvulus Americ. Mechoacan dictus. Raii. H. 723.
2. Convolvulus major. J. B. 2. 154.
3. Campanula radice eſculenta, flore cœruleo. T. III.
4.
5.
6.
7.
8.
4. Campanula major, vulgatior, aſperior, foliis Urticæ. C. B. P. 94.
5. Campanula hortenſis, folio, et flore oblongo. C. B. P. 94.
6. Rapunculus ſpicatus. C. B. P. 95.
7. Reſeda vulgaris. C. B. P. 100.
8. Luteola herba, Salis folio. C. B. P. 100.
Eq. Morandi fec.


Tab. XL.
1. Ricinus vulgaris. C.B.P. 432.
2. Tithymalus foliis Pini, forte Dioſc. Pityuſa. C.B.P. 292.
3. Tithymalus Cypariſsias. C.B.P. 291.
4. Tithymalus latifolius, Cataputia dict. Boer. 1. 255.
5. Eſula Indica, Bontii. &c. M. H. 3. 345.
6. Euphorbium, quod Anteu=phorbium. Boerh. 1. 259.
7. Euphorbiũ verũ Antiquorũ. H.A. 1. 28.
8. Euphorbium. Dod. p. 378.
Eques Joannes Baptiſta Morandi Inv. del. & ſculp.

EUPHORBIUM. *Dod. p.* 378.
Vid. Icon. 8 *Tab. XL.*

EUphorbium. *Dod. p.* 378. *Lobel. Lugd. C. B. P.* 387. *Euphorbium cerei effigie, caulibus craſſioribus, ſpinis validioribus armatum. Breyn. Prodr.* 2. *M. H.* 3. 345. *Tithymalus Mauritanicus, aphyllos, anguloſus, ſpinoſus, ex quo* Euphorbium Officinarum. *H. L. Boerh. Ind. Plant.* 1 258. Ex *Inſulis Canarienſibus* anno 1695. plurimæ plantæ hujus ſpeciei ad *Europam* exportatæ ſunt; cum *ſeminibus* copioſis, rotundis, *Cannabina* vix æquantibus, cinerei coloris. Horum tria in ſingulari *vaſculo triquetro*, cum angulis ex rotundis acutis, & quaſi compreſſis, aliorum hujus familiæ in modum, continentur. Ex his autem ſatis plantarum pullulavere cum binis foliolis ſeminalibus, cordiformibus, craſſiuſculis, è regione petiolis brevibus, cauliculo ſucculento adnatis. Atque ex horum medio (*plumæ* vice in aliis plantis) erigitur *ſtipes* quaſi novelus, quadratus, unciæ quadrantem latus, pollicem altus, qui craſſus apparet, fuſci coloris, cum *ſpinulis* ad angulos bifurcatis, & trifurcatis, concoloribus, ordine naſcentibus. Iſtam autem formam quadrangularem, per aliquot annos, haud dubio retinent; plantas enim dodrantales, & pedales, conformes, in proportione craſſiores, & tunc viridiores, recepimus. Poſtea ſex angulos oſtendunt, ſpinulis ad angulos ejuſmodi armatæ; tunc aſſurgentes in octo angulos accreſcunt, & in ramuſculos craſſos, ex rotundis angulatos, longos quaſi *Cucumeres* referentes, ſe dividunt, *ſpinis* albicantibus, pluribus, ſtellatim naſcentibus, duplici fere ordine armatos. Verum ad quam altitudinem ſponte aſſurgant, ipſi non novimus; apud nos ſolum bipedales ſunt, & tripedales, & in juventute forte allatæ ſunt. *E cortice quomodolibet fracto lac viroſum copioſe effluit.* Africana *terra gaudet, è qua ſuccus concretus pro mercimonio importatur.*

Euphorbii Vires, & Uſus.

Succus *lacteus, quod vires, & facultates cum* Tithymalis *convenit, & concretus acerrimum dicitur* Euphorbium; *candidum autem, flaveſcens, pellucidum, purum, & acre genus eligendum eſt. Vehementer calidæ, aut cauſticæ facultatis, & tenuium partium eſt; intro aſſumptum parva licèt quantitate aquas, pituitam, & bilem, craſſos lentoſque humores, per inferna ducit. Sed non modo fauces ac os, ſed ventriculum, jecur, reliquaque viſcera accendit, exurit atque erodit, univerſumque corpus inflammat. Externis uſibus adhibendum eſt, ſed caute, ut ex verbis* Sim. Paul. *facile conjici poſſit: Hoc (inquit) ingenue fateor, nunquam ægris ad internos morbos commendavi, ſed eo Chirurgos in fracturis oſſium corruptorum, ad ea mundanda ſemel atque iterum ex ſententia fuiſſe uſos vidi, & obſervavi; quo quidem* Fallopius *nullum præſtantius eſſe aſſerit, quod citius corruptum os tollat. Sed cavendum eſt, ne inſpergatur ulceribus faucium, narium, palati, & linguæ, aut iis locis, ubi tendines, aut nervi patent, & denudantur, ne mordicando, & vellicando ſymptomata periculoſa excitet; ut* Tanc Robinſon *ingenue monet.*

DISTRIBUTIO XXI.

PLANTAE TETRANGIAE POLYSPERMAE.

Ruta hortenſis, latifolia; Harmala; & Stramonia, *ſive* Datura *vulgò* Nux Methella.

RUTA HORTENSIS, LATIFOLIA. *C. B. P.* 336.
Vid. Icon. 1. *Tab. XLI.*

Πήγανον Dioſcoridi *l.* 3. *c.* 52. Theop. 1. *Hiſt.* 10. *dicitur, quod caliditate ſua* Πήγνυσι τὴν γονὴν (*ſemen coagmentet*) *ut* Nicandri *Schol. tradit.* Ruta Plinio *l.* 19. *c.* 8. *ubi ſerendi modum recenſet.* Ruta *forte dicta à* Græco ῥύτη: *Scribit enim* Jolanus *in rebus* Peloponeſiacis Πήγανον *in* Peloponeſo ῥυτὴν *vocari.*

RUta hortenſis, latifolia. *C. B. P.* 336. *Ruta major, hortenſis, latifolia. M. H.* 2. 507. *Ruta ſativa, vel hortenſis. J. B.* 3. 197. *Ruta graveolens, hortenſis. Dod. p.* 119. *Ruta domeſtica. Trag. Ruta hortenſis, Fuch. Dod. Gall. Lob. Cam. Ger. Park.* Jure autem inter frutices *Rutam* reponunt; *Rutæ* lignoſi densè fruticantes *rami* cubitos duos alti, majoreſque, quos alæ dividunt frequentes: *Folia* viroſi odoris, perindeque ingrati ſaporis, ſubcærulea, terna ſæpe vel plura, *Trifolii* fruticantis. *Flores* in extremis ramulis ſtellati, & lutei, ac *Leucoï*, ſimiles, ſed minores: atque ab eorum occaſu *Capitulum* emergit, quadrangulare ut plurimùm, totque ſeptis, & loculis, quot angulis diviſum, in quibus *Semen* parvum, nigrum, in rotundo modicè oblongum. *In Hortis colitur. Floretque AEſtate, & Autumno.*

Temperamentum, & Vires.

Calef., & ſicc. 3. *incid. atten. diger. diſcut. eſt alexipharmaca, cephalica, ac nervina. Uſus præcip. in variis morbis, peſte, aliiſque affectibus malignis præſervandis, ac curandis, veneno arcendo, viſu acuendo, laſcivia reprimenda, pleuritide curanda, imbecillitate ventriculi corrigenda, colica diſcutienda, morſus canis rabidi debellando &c. Extrinſecus in ictibus ſerpentum, carbunculis, in febrium paroxyſmis arcendis (inunct. dorſ.) Cephalica ex crapula, hemicrania, in febribus malignis (pro Epithemate pulſuum cum Sale com., & Acet.) in dolore capitis, febrium ardentium, & malignarum (ſimiliter pedum plantis adhibita).* Schrod. *Utraque* Ruta, & hortenſis, & ſylveſtris *urendi vim habet, calefacit, exulcerat, urinam cit, menſes ducit; at cum cibo, tum etiam potu, alvum ſiſtit;* Semen *in acetabuli menſura Vino bibitum contra lethalia medicamenta eſt pro Antidoto: quin &* Folia *per ſe ſumpta, aut cum Nucibus Juglandibus ardiſve Ficis, venena irrita, & inefficacia reddunt, ſimili modo ſumpta contra ſerpentium ictus valent. Hæc grata, & expetita contra venena poſt Mithridatis memoriam ſemper veteribus fuit &c. Qui* Ruta *veſci nolunt, iis conſulendum, ut quotidie, el* Balſamo Rutæ, *vel illius* Aceto, *in publicum prodituri, nares, & alia corporis emunctoria inungere non averſentur. Genituram ſeu eſitata, ſeu bibita* Ruta *extinguit: decocta vero cum Anetho* ſucco *tormina alvi potu ſedat. Facit & ad pectoris laterumque dolores, ſpirandi difficultatem, tuſſes, pulmonum inflammationes, coxendicum, articulorum dolorumque cruciatus, & rigores, febrium circuitus repetentes pota, velut ante dictum. Idem ad inflationes colli, vulvæ, rectique inteſtini cum Oleo decocta, & infra vulvæ etiam ſtrangulatui medetur, ſi trita cum Melle genitali ſede tenus imponatur. Fervefacta ex Oleo, & pota lumbricos expellit: ſed articularis doloribus ex Melle, & Aqua ſubiter cutem fuſæ morbo cum Ficubus adhibetur. His iiſdem in potu auxiliatur, itemque decocta in Vino ad dimidias partes, & affricta: cruda quoque, & condita in cibo aciem oculorum excitat, quin & oculorum dolores impoſita cum Polenta lenit. Caput dolentibus cum roſacea, & Aceto ſuccurrit, ac profluentem è naribus ſanguinem ſiſtit trita, & indita. Teſtium inflammationibus cum Laurinis foliis impoſita, & papularum eruptionibus cum Myrto, & Cerato prodeſt. Cum Vino autem, aut Pipere, ac Nitro affricta vitiligini albæ medetur, & cum iiſdem illita thymos, ac myrmecias tollit. Contra impetigines cum Melle, & Alumine utiliter imponitur. Opitulatur & aciei oculorum hebetiori, ſi additis Fæniculi ſucco, ac Melle oculi ipſi inungantur. Eriſypelata, herpetes, & ulcera in capite manantia cum Aceto, Ceruſſa, & Roſa-*

ceo, inunctione ſanat. Ipſa vero Ruta, *Alliarum*, *Ceparumque gravem halitum emendat, ſi poſt eſum priorum commanducetur. Ad montana ſi copioſe eſtur interficit. Atque ſi ſub id tempus, quo florere incipit, ad muriæ conditaram colligatur, cutem rubifacit, ac inflat cum pruritu, ac vehementi inflammatione, eam itaque unctis antea manibus, & facie colligere oportet. Tradunt & ſuccum gallinaceis pullis inſperſum Feles arcere. Illius* ſemen *epotum contra interaneorum vitia eſt efficax: ideoque Antidotis utiliter immiſcetur: contra incontinentiam urinæ toſtam ſeptenis diebus potui dato, & ceſſabit.* Ruta *itidem in ſubtilem* pulverem *redacta, & drachmæ pondere ex Vino hauſta fugat dolorem capitis à cauſa frigida ortum.* Rutæ *recentis in mortario lapideo contritæ* ſuccus *unciarum quatuor, in eoque drachmæ ſemis Aſſæ fœtidæ diſſoluta, calida bibita, ſalutaris eſt Medicina Morbo caduco; ſanat etiam clavum, & diutinum capitis dolorem.* Moriſ. *Compoſitionem diverſimode ex* Ruta *factam vide apud* Johannem Bauhinum *pag* 198. 199. *Conſule* Tabernæmontanum Teutonice *editum: de* Rutæ *facultatibus uterque prolixe ſatis agit.*

HARMALA. *Dod. p.* 121. *Vid. Icon.* 2. *Tab. XLI.*

HArmala *dicitur vulgò* Scriptoribus, & Rutæ *tertium genus apud* Dioſcoridem Πηγανον *l.* 3. *c.* 52. *Vocant etiamnum* Sylveſtrem Rutam, *quod in* Cappadocia, & Gallitia Aſiatica, Moly *dicitur.* Syri Beſoia. *De* Ruta *Vide* Theophraſt. *Hiſt.* 1. 4. 6. 16. Plinium *l.* 20. *c.* 13. &c.

HArmala. *Dod. p.* 121. *Tabern. Harmala Syriaca, Adv. Lob. Lugd. Harmel Conſtantinopolitanum, Cæſ. Ruta ſylveſtris flore magno albo. C. B. P.* 336 *Ruta, quæ dici ſolet Harmala. J. B* 3. 200. Exigua, & pedalis eſt hæc *plantula*, multos ab una *Radice* emittens *Cauliculos*, pedales, plurimis ramis donatos, ex viridi nigricantibus: in quibus *Folia* longa, denſa, pinguia, & carnoſa, ſaturate virentia, multifida, Napelli tenuifolii (quem quidam Antithoram vocant) foliis non valde diſſimilia, guſtu lento, gummoſo, amaro, aliquantulum tamen mordaci: *Flores* in ſummis ramis candidi, quinis *petalis* conſtantes, multis in medio *ſtaminulis* cum *apicibus* concoloribus præditi: *Capita* capitulis *Rutæ* hortenſis majora, molliora tamen, quàm illa, & triangularia, *Semine* referta inæquali, anguloſo, ruffo, aliquando nigreſcente: *Radix* dura eſt minimo interdum digiti craſſitudinem æquans, fibras colore ex luteo palleſcente emittens. *Julio, & Auguſto floret; Colitur in Hortis.*

Vires.

Semen *datur ad purgandam bilem atram magno auxilio;* Matth. *Scribunt* Arabes, *hujus* Rutæ ſemine *inebriari homines adeo ut ſubinde diutius dormiant; maxime confert in eo melancholiæ genere, quod ii* Heros *appellant. Recipitur etiam hæc* Ruta Syriaca, *nec eſt levis momenti in pillulorum fœtidarum compoſitione.* Moriſ.

STRAMONIA. *Dod. p.* 460. *Vid. Icon.* 3. *Tab XLI.*

STramonium, *vel rectiùs* Stycmonium *vocavit* Renodæus.

STramonia. *Dod. p.* 460. *Stramonium fructu ſpinoſo, rotundo, flore albo, ſimplici. T.* 118. *Stramonia, multis dicta, ſive pomum ſpinoſum. J. B.* 3. 629. *Stramonia, ſeu Datyra, pomo ſpinoſo, rotundo, longo flore. M. H.* 3. 607. *Datura Turcarum. Eyſt. Nux Methella Matth. Acoſt. Camer. Anguil. Fuch.* Cubito altior eſt, *radiceque* multifidâ, ligneſcente. *Folia* per caulem longis appenſa pediculis, ampla, ſinuata, gravem odorem ſpirantia. *Flores* ex longa tuba calathoides, ampli, candidi, margine anguloſo, quina in medio *ſtamina* cum longis apicibus oculant: quorum unumquemque ſequitur *Pomum* orbiculatum, *Juglandis* putamine calloſo adhuc involutæ magnitudine, bullatum, brevibuſque ſpinis aſperatum. *Semine* compreſſo, cinereo. *Colitur in Hortis, & locis minimè cultis. Floret AEſtate.*

Vires, & Uſus.

E Foliis *aut eorum* Succo, *cum Axungia decocto, Unguentum paratur, quod vim habet præſtantiſſimam, adverſus ignem ferveſcentem uſtularum, membrave corporis aduſta; ad quæ medenda optimi eſt uſus.* Semen *narcoticum eſt, quod pulveriſatum, & aſſumptum, mentem turbat, & alienat, & pro* 24. *horarum ſpatio ſomnum inducit &c.* Moriſ.

DISTRIBUTIO XXII.

PLANTAE PENTANGIAE, PENTACOCCAE.

Geranium folio Malvæ rotundo; & Geranium Robertianum.

GERANIUM FOLIO MALVAE ROTUNDO. *C. B. P.* 318 *Vid. Icon.* 4. *Tab. XLI.*

GEranium *à voce Græca* γέρανος Grus. Geranium *enim in ſummis alis ſurſum ſpectantes eminentias quaſdam habet (ut ait* Dioſcorid. *lib.* 3. *cap.* 131.) *veluti* Gruum *capitula cum ſuis roſtris, aut dentes caninos.*

GEranium folio Malvæ rotundo. *C. B. P.* 318. *Geranium folio rotundo, multum ſerrato, ſive Columbinum. J. B.* 3. 473. *Pes Columbinus. Dod. p.* 61. *Adv. Lob. Geranium Columbinum. Tab. Ger.* Huic *folia* ſunt rotundiuſcula, exiguæ, ac minoris *Malvæ* foliorum æmula, minora, interim candidiora, minus glabra, ambituque ferrata: *Cauliculi* dodrantales, ſubinde altiores, tenues, nonnihil piloſi, humi procumbentes, ſimilibus foliolis conveſtiuntur; quarum alarum faſtigiis *Floſculi* inſident parvi, pentapetali, ſubpurpurei, ſeu rubelli, aliquando albi; quibus ſingulis decidentibus ſubveniunt *Capſulæ* (in quarum ſingulis continentur *Semina* ſingula) verſus baſin, quinque fibroſis filamentis exinde ortis, in acutiſſimum aculeum deſinentibus, præditæ. *Radix* tenuis, & fibroſa, ſingulis annis periens. *Naſcitur ſecus vias, locis in neglectis, & incultis. Floret totaque AEſtate.*

Temperamentum, & Vires.

Geranium columbinum *præſcribunt authores in enemate ad Hydropem. Experientia conſtare ait* Tabernæ montanus *eſſe herbam valde vulnerariam, potionibus additam, aut etiam in pulvere ſumptam, eidem uſui inſervire & aquam diſtillatam.* Herbam *vel vino, vel aqua decoctam purgare vulnera. Idem præſtare emplaſtris, balſamis, & unguentis quovis modo additam.* Folia *quoslibet articulorum dolores ſedare.*

GERANIUM ROBERTIANUM. *Dod. p.* 62. *Vid. Icon.* 5 *Tab. XLI.*

GEranium Robertianum. *Dod. p.* 62. *Ad. Lob. Cam. Ger. Geranium Robertianum, murale. J. B* 3. 480. *Geranium Robertianum primum. C. B. P.* 319. *Geranium Robertianum vulgare, Park. Rupertiana vulgo, Cæſ. Radice* eſt tenui, coloris buxei: quæ in *caules* ſurgit dodrantales, & cubitales, hirſutos, geniculatos, rubentes, ramoſos. *Folia* partim à radice, partim ex geniculis, hirſuta, pediculo rubente, hirſuto, *Matricariæ* ferè diviſurâ, per oras aliquantulùm rubentia, interdum tota planta rubet. *Flores* purpurei, dilutiore purpura ſtriati, foliis quinis conſtantes, è calyce hirſuto, atro-rubente, quinquepartito, emicant, apicibus in medio

dio

dio croceis. Succedunt iis *Roſtra* acuta, & mucronata, *ſemen* appenſum habentia. *Obvium ubique eſt in ruderibus, & veteribus muris, ac cæſis arboribus, locis frigidis, humidis, & umbroſis. Floretque AEſtate.*

Temperamentum, & Vires.

Fuchſius *vim aſtringendi, & ſiccandi ei attribuit: efficaciſſime eryſipelatis imponitur* herba *tuſa*, ſuccus, & aqua *diſtillata: quibuſvis exulcerationibus oris, mammillarum, & pudendorum tam virilium, quam muliebrium medetur.* Succus *mariſcas mundificat, ſanatque, tumores deprimit, durities mammillarum, aliorumque membrorum, ſi forte conquaſſata fuerit, diſcutit* Geranium Robertianum, *aliàs* ſanguinaria *dicta, rubenſve. Ferunt Paſtores aquæ incoquentes, & potui dantes Pecori, armentiſve cruenta mingentibus prodeſſe. In Cataplaſmatis, plantis pedum cum Sale, & Aceto applicandis, ad febrilem æſtum compeſcendum.* Schrod.

DISTRIBUTIO XXIII.

PLANTAE POLYANGIAE POLYSPERMAE.

Malva vulgaris, flore minore, folio rotundo; Malva roſea, folio ſubrotundo; Malva roſea, folio ſubrotundo, flore pleno; Althæa Dioſcoridis, & Plinii; Alcea vulgaris; Xylon, *ſive* Goſſypium herbaceum; Abutilon Avicen; Pyrola rotundifolia, major; Ariſtolochia rotunda; Ariſtolochia longa vera; Ariſtolochia Piſtolochia, *ſeu* ſerpentaria Virginiana, caule nodoſo; Papaver hortenſe, ſimplex, ſemine albo; Papaver Criſtatum, floribus, & ſemine albo; Papaver erraticum, rubrum, campeſtre; Nymphæa lutea, major; Nymphæa alba, major; Nigella arvenſis, cornuta; Nigella Romana, ſativa, floribus folioſis; Linum ſativum, & Linum pratenſe, floribus exiguis.

MALVA VULGARIS, FLORE MINORE, FOLIO ROTUNDO. *J. B. 2 949. Vid. Icon. 6. Tab. XLI.*

MAlva à μαλάζω, *aut* μαλάσσω *emollio, perinde, ac* μαλάχη, *quòd emolliendi vim habeat.*

MAlva vulgaris, flore minore, folio rotundo. *J. B.* 2. 949 *Malva ſylveſtris, folio rotundo. C. B. P.* 314. *Malva ſylveſtris, pumila. Dod. p.* 653. *Malva ſylveſtris, perennis, procumbens, flore minore albo, folio rotundo. M. H.* 2. 521. *Malva vulgaris flore albo, Park.* Inter ſylveſtres hæc eſt minor, cujus cauliculi procumbunt, ſaltem laterales, qui per terram ſtrati cernuntur, medius attollitur, & eſt erectus, non autem omnes ſunt erecti, ut vulgaris, ſeu procerioris caulis: *Folia* ſunt rotundiora, & minora multo magis, in ambitu tenuiter inciſa: *Floſculi* exigui, & albidi, pentapetali, longiuſculis pediculis innitentes: *Semina* ſunt multa, minora, cingentia ſtilum nutritivum: *Radix* alba, craſſa, & longa eſt, in plurimas fibras deſinens ſub terram. *Creſcit paſſim inculta, gaudet ſolo pingui, ac humido: Floret Majo, ac ſequentibus.*

Temperamentum, & Vires.

Herba (folia, & flores) *moderatè calef. (aliis refrig.) humect. emollit, lenit dolores, laxat alvum, urinæ acrimoniam mitigat. Uſus præcip. in affectibus pulmonum, Veſicæ, inteſtinor. Uteri, e. g. phthiſi, tuſſi raucedine, calculo, eroſione veſicæ, ac inteſtinor. in duritie uteri, febribus &c. Extrinſecus in tinea capitis (cum urina in lixivo cocta) in tumoribus maturandis, doloribuſque ſedandis (Catapl.) in alvo lenienda, dolore nephritico mitigando (Clyſte.)* Radix *cocta furfures capitis cadere facit (lotione).* Schrod.

MALVA ROSEA, FOLIO SUBROTUNDO. *C. B. P. 315. Vid. Icon. 7. Tab. XLI.*

MAlva roſea, folio ſubrotundo. *C. B. P.* 315. *Malva hortenſis. Dod. p.* 652. *Malva roſea fruticoſa. Lob. Malva roſea ſimplex. Park. Lugd. Ger. Malva ſativa antiquorum, quæ cultu arboreſcit, Theophraſti, Malope, Plinii. Malva* hæc hortenſis, *ſive* roſea dicta, *Folia* promit verſus terram ampla, rotunda, in virore albicantia, aſperiora, & majora quam ſylveſtris *Malva*, primo anno rotunda, ſerrata, ſecundo laciniata, & mucronata: ſecundo etiam anno *Caulem*, ſive *ſcapum* rectum, ſimplicem, quatuor aut quinque cubitos altum, & non raro altiorem, ſecundum ſolum, cui committitur, cui præter inferiora folia, *Flores* è pediculis brevibus adhærent majores multo, quam ſylveſtris, alioqui formâ non admodum diſſimiles, quandoque ſimplices, & quinque petalorum, frequenter vero multiplices, colore aut candidi, pallidi, aut ſulphurei, lutei, aut rubentes, iique, aut dilute, aut ſaturate, imo aliquando ſaturate fuſco ad nigredinem tendente: his ſuccedit *Orbiculus* rotundus, craſſiuſculus inſtar caſeoli ex multis *Seminibus* majoribus deliquium in umbilico patientibus, ferrum equinum parvum referentibus, tunicâ eleganter ſtriatâ involutis ſingulis, & ſic tunicatis circulariter ambientibus ſtilum nutritivum coagmentatus: *Radix* longa, albida, lenta, ac flecti facilis, quæ alte deſcendit in terram. *Seritur in Hortis: Floret Julio, & Auguſto.*

MALVA ROSEA, FOLIO SUBROTUNDO, FLORE PLENO. *C. B. P. 315 Vid. Icon. 8. Tab. XLI.*

MAlva roſea, folio ſubrotundo, flore pleno. *C. B. P.* 315. *M. H.* 2. 524. *Malva Romana multiplex. Trag. Geſn. Hort. Malva hortenſis multiplici flore. Dod. Flos* eſt multiplici petalorum ſerie, hacce ſola ratione à priore ſimplici differt: Flos itidem variat colore ſicut ſimplex prior. Eſt enim colore albo, pallido, ſeu ochroleuco, luteo, incarnato, rubro, puniceo, fuſco, ſeu ſubnigricante, aut pullo.

Vires, & Uſus.

Flores *coquuntur in Vino veteri, ut legitur apud* Camerarium in Hortis, *quo prurigines ablinunt, & ſanant. Adhibentur etiam ad eryſipelatis rubores compeſcendos, imprimis rubentis roſas imitantis quoad coloris ſimilitudinem.* Florum *decocto feliciter utor in ſiccitate, & ardore linguæ, & faucium &c. Qui plura voluerit, conſulat* Simon. Paul.

ALTHAEA DIOSCORIDIS, ET PLINII. *C. B. P. 315. Vid. Icon. 1. Tab. XLII.*

ALthæa Dioſcoridis, & Plinii. *C. B. P.* 315. *Althæa, Ibiſcus. Dod. p* 655. *Althæa ſive Biſmalva. J. B.* 2. 954. *Althæa. Fuch. Tab. Althæa vulgaris. Cam. Thal. Cluſ. Eyſt. Malva ſylveſtris, vel paluſtris, aut Ibiſcus. M. H.* 2. 523. Hæc Malva paluſtris &c. *radicibus* multis innititur bene habitis, albis, mucagine lenta, quam manſu, macerationeve deponunt, turgidis: *cau-*

les bicubitales, & proceriores, tenues, teretes, hirſuti, anguſto tubulo pervii: in quibus *folia* alternata Malvæ vulgaris multo longiora, ſinuoſa, ſerrata, mollicello tomento incana: ex alis *flores* prodeunt Malvæ vulgaris ſurrectæ formâ, ſed minores, albi tantillum ad carneum declinantes, quinis petalis, aliarum Malvarum modo, conſtantes, in quorum medio ſtilus quatuor apicibus purpurantibus, & obſoletis floribus erigitur: *ſemen* paſtilli compreſſi ritu ut in Malva vulgari relinquitur. *Naſcitur locis uliginoſis, & pinguibus, humentibus, & paluſtribus Pratis, & Foſſis. Floret Julio, & Auguſto menſibus: Septembri, & Octobri ſemen perficit.*

Vires, & Uſus.

Multiplices hujus in medendo uſus declarat Dioſcorides *his verbis, decocta* Malva paluſtris, Althææ *dicta, aut in Vino, aut Aqua immerſa, aut per ſe pota, efficax eſt contra vulnera: item ad ſtrumas, parotidas, abſceſſus mammarum, inflammationes, contuſiones, ſedis inflationes, nervorum rigores, ſiquidem diſcutit, & excoquit, rumpit, & ad cicatricem perducit. Cocta, ut dictum eſt, adjecto adipe ſuillo, aut anſerino terebenthinave, ut melagmatis lentor fiat, facit ad vulvæ inflammationes præcluſionesque in peſſo ſubdita.* Decoctum *eodem fungitur munere: onera vulvæ, reliquiaſque à partu extrahit decoctæ ſuccus ex vino; ſuccurrit Urinæ difficultati, calculoſorum cruditatibus, dyſentericis, iſchiadicis, tremulis, ruptis.* Althææ *in omnibus ſupradictis efficacior* Radix, *præcipue convulſis ruptiſque: cocta in aqua alvum ſiſtit. Eadem arida in lacte decocta perniicioſæ cuilibet tuſſi medetur.* Hippocrates *vulneratis ſitientibuſque defectu ſanguinis* Radicis *decoctæ ſuccum bibendum dedit, & ipſam vulneribus cum Melle, & Urina: item contuſis, luxatis, tumentibus, & muſculis, nervis, articulis impoſuit: & aſthmaticis, ac dyſentericis in Vino bibendam dedit. Mirum, aquam* Radice *ea addita addenſari ſub dio, atque lenteſcere: efficacior quo recentior.* Hæc Plinius. *Vide cætera apud* Sim. Paul.

ALCEA VULGARIS. *J. B.* 2. 953.
Vid. Icon. 2. *Tab. XLII.*

Αλχέα Dioſcoridi *l.* 3. *c.* 164. *forte ſic dicta ab* ἀλκή, *auxilio, ſeu remedio, cum ejus radices dyſentericis, & ruptis auxilio ſint.* Plinio *l.* 27. *c.* 4.

ALcea vulgaris. *J. B.* 2. 953. *Dod. p.* 656. *Ad. Lob. Lugd. Cam. Cluſ. Hiſt. Eyſt. Park. Malva Verbenaca. Ger. Alcea vulgaris, major, flore ex rubro roſeo. C. B. P.* 316. *Alcea, Matth. Fuch. Cæſ. Tab.* Seſquicubitalem, & aliquando majorem aſſequitur altitudinem, & eſt *Caulibus* hirſutis, aſperi, fungoſa medulla farctis: *Folia* ſunt *Malvæ* vulgaris ſurrectæ majora, ad pediculum uſque plerumque in tria, quinque, aut ſex ſegmenta diviſa, atrovirentia, hirſuta, & ex alis pediculis quadrantalibus, hirſutis appenduntur: *Flores* roſei ſpecioſi, purpuraſcente carneove colore, quinque petalis ſtriatis conſtantes, quorum medium occupat racemulus *Malvæ*, apicum albicantium: *Semina* ſeminulanta compactim adhærentia circulariter ſtilo nutritivo, atque adhuc viridia ſibiinvicem conjuncta, compreſſi caſeoli formam æmulantur, ceu vulgaris *Malvæ* majoris ſemina, hirſuta tamen: *Radix* digitalis, longa, alba, in multas fibras diviſa. *Provenit rure in Campeſtribus incultis, & agrorum, ſcropiumque marginibus, juxta vias, Sepes, & ſemitas. Floret Julio, & Auguſto, & Autumno ſemina perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Ex Emplaſticorum Medicamentorum numero eſſe Alceam, *&* Folia, *quæ glutinoſum quid, ac lentum habent, & etiam* Radix *ipſa, quæ glutinoſa, dulcis, & modice aſtringens apparet guſtantibus, abunde monſtrant. Hinc ſatis conſtat* Alceam *citra inſignem tum caliditatem, tum frigiditatem ſiccare, ac plane emplaſticorum conſiſtentiam obtinere. Celebratur ad caliginem oculorum ab empiricis, ut non deſint, qui credant radicem* Alceæ *è collo ſuſpenſam aciem oculorum ſupra modum acuere, & tueri poſſe, ſed hæc & ejuſmodi non carent vanitate, ſimul & vix credenda ſunt.* Tragus *dixit, ſi* Herbæ, *&* Radicis *decoctum vino, vel Aqua bibatur, torminibus inteſtinorum remedio eſt, ruptis, & convulſis conducit, & opitulatur. Breviter* Malva Romana, Alcea, Malva vulgaris, *&* Ibiſcus, *omnibus calidis doloribus totius corporis apprime conducunt.*

XYLON, *ſive* GOSSYPIUM HERBACEUM.
J. B. 1. 343. *Vid. Icon.* 3. *Tab. XLII.*

GOſsypium *à nonnullis* Coſsypium *appellatur;* Κώς *autem apud* Græcos *dicitur ovinum vellus, nempe lana ex dempta;* θριπὸς *eſt ſpecies vermiculi, unde* Coſsypium *quaſi lana vermiculi.* Bombax *etiam Barbaris dicitur, quoniam* filamenta *ei ſunt ſubtilia ad inſtar* Serici, *cujus vermiculus vocatur* Bombyx.

XYlon, *ſive* Goſsypium herbaceum. *J. B.* 1. 343. *Goſſypium, ſive Xylon. Dod. p.* 66. *Goſſypium herba ſemine albo. M. H.* 3. 517. *Goſſypium fruteſcens ſemine albo. C. B. P. Caule* aſſurgit cubitali, & altiori, ligneſcente, cortice rubente hirſuto tecto, in ramos aliquot breves deducto, *Foliis* vitigineis, primaria diviſione triplici, *Aceris minoris* folia æquantibus, hirſutis, ex pediculis duas treſve uncias longis, piloſis erumpentibus. *Flores* diluta flavedine pallidi, & circum oras umbilicique ſinum eleganti rubore purpuraſcentes, figura florum *Malvæ*, ſed ex pluribus petalis conſtructi. *Fructum* fert *barbulis* quibuſdam florem tegentibus incluſum, amplitudine *Nucis Avellanæ*, per maturitatem in tres, vel quatuor fragiles atque punctatas carinas dehiſcentem, quæ molliſſimam, delicatiſſimamque oſtendunt *lanuginem* in fila ductilem. In hac lanugine involvuntur *Semina* ſtrobilis ſupparia, tenero fragilique cortice, cui lanugo pertinaciter adhæret, nucleo intus dulci. Ipſe fructus de unico longiore pediculo pendet, è *calyce* craſſiuſculo emergente. Carinæ ſingulæ ſingulare interſtitium interne in medio ſui fecundum longitudinem habent, quaſi ante maturitatem in fructus meditullio coiviſſent. *In* Creta *magna copia ſeritur, & in Hortis noſtris.*

Vires.

Lanugo *calef.*, *& ſicc.* ſemen *pulmonarium eſt, tuſſientibus, & aſthmaticis maxime proficuum, auget ſemen.* Schrod.

ABUTILON. *Dod. p.* 656. *Vid. Icon.* 4. *Tab XLII.*

AButilon. *Dod. p.* 656. *Abutilon Avicennæ. Eyſt. Althæa Theophraſti flore luteo. C. B. P.* 316. *Althæa Theophraſti, flore luteo, quibuſdam Abutilon. J. B.* 2. 958. *Caule* aſſurgit rotundo, duriuſculo, ramoſo, duos aut tres cubitos alto, quem cum ſuis alis conveſtiunt *Folia* lata, ſubrotunda, ſed acuminata, albida, mollia, tenuiſſime hirſuta, Cucurbitinis ſimilia, è longiuſculis pediculis pendentia: *Flores* è foliorum, ac ramulorum ſinubus exigui, lutei pentapetali: *Fructus* rotundi, nigri, criſpi, ex multis parvis *capſulis* ſimul junctis cohærentes, in quarum ſingulis *Semina* plura, nigra latitant: *radix* in radiculas multas, fibroſas, tenueſque divaricatur. *Creſcit in Hortis. Floret media Æſtate.*

Vires.

De Abutilon *viribus, inter* Malvæ *vires, quod etiam, & ad* Altheæ *pertinet, ſupra egimus.*

PYROLA ROTUNDIFOLIA, MAJOR. *C. B. P.* 191.
Vid. Icon. 5. *Tab. XLII.*

PYrola *à folio nomen accepit, quod* Pyri folium, *& forma, & conſiſtentia refert.*

PYrola rotundifolia, major. *C. B. P.* 191. *Pyrola. J. B.* 3. 535. *Dod. p.* 138. *Adv. Ger. Lob. Tab. Eyſt. Limonium ſylveſtre. Trag. Tur. Radix* fuſca, tenuis, dura, fibroſa, ſubinde ſerpens, haud alte demittitur. *Folia* inde quinque, aut ſex humi ſpargit ſubrotunda, *Pyraceis* paria, quibus robore, & duritie fere reſpondent, petiolis longis inhærentia. Inter hæc *Caulis* aſſurgit dodrantalis, anguloſus, nullam ramorum diviſionem agnoſcens, *thyrſum* gerens, ſpicamque amœnorum *Floſculorum*, è quinis *petalis* conſtantium albidis, *Orchitum* ferme in modum, ſuperius duobus (petalis) *galeam*, inferius vero *labellum* bifidum referentium, multis umbilicum obſidentibus apicibus croceis, ex quibus *piſtillus* recurvus prodit, & ima verſus reflexus, & quandam veluti proboſcidem referens. Unicuique flori ſuccedit capi-

capitulum parvum, ſubrotundum, in quinque angulos obtuſos, & totidem cellulas diviſum, *ſeminibus* minutiſſimis pulverulentis refertas. *Locis gaudet montoſis, & umbroſis. In ericetis etiam muſcoſis naſcitur.*

Temperamentum, & Vires.

Sicca eſt naturæ, in frigiditate temperata, & quid aſtringens poſſidet. Eſt planta vulneraria decantatæ virtutis, & decoctis traumaticis frequentiſſime immiſcetur. Non minus externis, quam internis vulneribus ſanandis prodeſt; ulcera, & inflammationes tollit. Vid. Schrod. Moriſ. Dod. Chabr. *&c.*

ARISTOLOCHIA ROTUNDA. *J. B.* 3. 559. *Vid. Icon.* 6 *Tab. XLII.*

Ariſtolochia *dicitur à vocibus* Græcis ἄριστος, optimus, & λοχεῖα, *quæ ſignificat ea, quæ partum ſequuntur: eò quòd puerperis opituletur, ut ait* Dioſcorides *Lib.* 3. *cap.* 4. Piſtolochia Græc. πιστολοχία, *eadem vocatur à* πίστι (i. e.) *fide circa* τὰς λοχείας (i. e.) *puerperia.*

Ariſtolochia rotunda. *J. B.* 3. 559 *Trag. Dod. Adv. Lob. Cluſ. Ariſtolochia rotunda flore ex purpureo nigro. C. B. P.* 307. *Crebris* ab eadem *Radice*, *odoris* medicati, ampla, rotunda, foris nigricante, intus buxeo colore infecta, hinc & inde *fibras* emittente, aſſurgit viticulaceis *Caulibus* quadratis, languidis, & ſubinde in terram reclinatis, ſimplicibus, cubitalibus; quibus brevi pediculo nixa *Folia* inhærent ſubrotunda, mollia, venoſa, *Aſari* foliis paullo longiora, atrovirentia. *Flos* in *alis* foliorum prodit, oblongus, concavus, *tubæ* figura, coloriſque purpuronigricantis, & *labro* prominulo pariter nigricante, *auriculas* probe brutorum referens. Subnaſcitur huic *Fructus* è lata baſi in anguſtam deſinens, turbinatus, *Juglandis* magnitudine, ac virore palleſcens, intus ſex *loculis* membranoſis diſtinctus, & materia fungoſa farctus, *grana* triangula, minutim quaſi punctata, nigricantia continens. *In Pratis, & foſſarum aggeribus, Aprili, & Majo menſibus florens, paſſim occurrit.*

ARISTOLOCHIA LONGA VERA. *C. B. P.* 307. *Vid. Icon.* 7 *Tab. XLII.*

Ariſtolochia longa vera. *C. B. P.* 307. *Ariſtolochia longa. J. B.* 3. 560. *Dod. p.* 324. *Cluſ. Hiſt. Lugd. Ger. Radice* potiſſimum à ſuperius explicatis differt, quæ pollicaris craſſitudinis, & dodrantalis longitudinis eſt; interdum pedalem æquat, & in obtuſam formam deſinit. *Folia* minora ſunt, longiore pediculo fulta. *Flos* concavus ex viridi candicat. *Fructus* eſt pyriformis. *Ineunte Vere floret; & in Campis, & Vineis, aliiſque Pratis reperitur.*

Temperamentum, & Vires.

Rotunda radix *ſola*. Longa radix, & folia *utraque Cephalica, Epatica, & Pulmonica imprimis eſt: calef., & ſicc. 2. complete: atten. aperit. Hinc prodeſt ad Tartaream mucilaginem reſolvendam expectorandamque; ad menſes ciendos, tumores internos rumpendos, venena diſcutienda. Inſuper* longæ *infuſio ad ſcabiem exſiccandam, vel vulgo hic uſitatiſſima eſt. Extrinſecus adhibetur uſu creberrimo ad exſiccanda, & mundificanda vulnera.*

Rotunda *tenuiorum eſt partium, quam longa, adeoque efficacior, & imprimis menſibus, ac ſecundinis ciendis celeberrima: Calef., & ſicc.* 3. *aper. attenuat.* Schrod. *Solo pulvere in aqua* Veronicæ *decocto ulcera tibiarum pene deſperata intra pauculos dies ſanavit* Sim. Paul.

ARISTOLOCHIA PISTOLOCHIA, *ſeu* SERPENTARIA VIRGINIANA, CAULE NODOSO. *Tab.* 162. *Vid. Icon.* 8. *Tab. XLII.*

Ariſtolochia Piſtolochia, *ſeu* Serpentaria Virginiana, caule nodoſo. *Baniſter. T.* 162. *Serpentaria altera Virginiana vulgo. D. Pluk.* 78. *Ariſtolochia polyrrhizos auriculatis foliis Virginiana. M. H.* 3. 510. Huic *Radix* fibris cirriſque plurimis comata eſt, in unum caput conjuncta; è quo *Caulis* aſſurgit dodrantem longus, *Foliis* paucis ornatus. Iſta *petiolis* brevibus adhærentia, in fundo *cordis* figuram exprimunt, ſtatimque conſtricta apparent quaſi auriculata, & in longam cuſpidem in medio exporrecta. *Flores* ex inferiore caulis parte, pediculis oblongis inſidentes, proveniunt, longi, concavi, recti *Ariſtolochiarum* ritu. His ſubeſt *Fructus* parvus, pentangularis, qui *Semina* parva, acinis uvarum ſimilia, ſed compreſſa includit. *In Hortis noſtris bene adoleſcit, & Julio, & Auguſto menſibus floret.*

De Viribus vide Serpentaria major Officinarum, *ſive* Aſarum Americanum, *ſeu* Virginianum *&c.*

PAPAVER HORTENSE, SIMPLEX SEMINE ALBO. *M. H.* 2. 275. *Vid. Icon.* 1 *Tab. XLIII.*

Papaver à Pappâ *Multis ſpecie, cui ſemen* Papaveris *olim immiſcebatur.*

Papaver hortenſe, ſimplex, ſemine albo. *M. H.* 2. 275. *Papaver album. J. B.* 3. 390. *Dod. p.* 445. *Papaver hortenſe, ſemine albo, ſativum Dioſcoridis; album Plinii. C. B. P.* 170. *Matth. Lugd. Tab. Trag. Papaver album ſativum. Lob. Ger.* Hoc *Folia* profert oblonga, lata, lævia, Lactucæ foliis longiora, candidiora, marginibus ſinuoſa: *Caulis* ſive *ſcapus* rectus, bicubitalis, aliquando altior, in cujus faſtigio *Flores* candidi, tetrapetali, in quorum medio mox ab initio apparet *capitulum* ſtellatum, multis *ſtaminulis* ſtipatum, quod adultum craſſam oblongam habet, & ſuperioris inſtar operculo contegitur ſtellato, ex cujus intuitu, & enumeratione, quod apparent radii in ſuperiore capitis circulo, tot membranis, ſeu ſeptis membranaceis diſtinguuntur loculamenta, in quibus ſingulis *Semen* rugoſum, minutum, rotundum, & candicans copioſe nutritur: *Radix* ſubeſt deſcendens in altum, quæ nullius eſt momenti ſeminibus ad maturitatem perductis: flos, inquam, ut plurimum, candidus, vel nonnunquam leviter purpureus, & aliquando flore eſt leviter cinereo, ungue purpureo, vel candido, vel plumbei coloris maculis infecti. *Colitur in Hortis. Floret media Æſtate.*

PAPAVER CRISTATUM, FLORIBUS, ET SEMINE ALBO. *C B. P.* 171. *Vid. Icon* 2. *Tab. XLIII.*

Papaver criſtatum, floribus, & ſemine albo. *C. B. P.* 171. *Papaver fimbriatum aut criſtatum, album. Lob. Ic.* 273. *Ad. Lugd. Papaver fimbriatum, flore albo. J. B.* 3. 391. *Papaver flore fimbriato. Cæſ.* Genus hoc *Papaveris flores* habet plenos, albos, quorum petala ſunt multiplicata, non raro fimbriarum inſtar, inciſa ac diſſecta apparent: color horum ſæpius albidus, ſubinde purpureus, quandoque ex utriſque varie permixtus. Rubent verò nonnulli intenſo colore, purpuræ æmulo, alii tamen dilutius, ſed minus eleganter. Capita hujus generis, veluti ſylveſtris, ſeu ſpontanei, hiant ſuperiore parte, facileque ſemen ab iis excidit, quod modo albidum, alias nigricans eſt, pro floris videlicet colore quem refert. Effluit ex capitulis horum omnium vulneratis liquor candidus, qui ad Medicinæ uſus colligitur, & denſatus Opium appellatur, colligitur tamen præcipue ex ſecundo hic propoſito, non modo *Dioſcoride*, ſed *Galeno*, ac *Plinio* teſtibus. Exprimitur ex capitibus, & foliis ſimul ſuccus, quem *Meconium* nominant authores. *Seruntur hæc genera in Hortis, & arvis apud* Aſiaticos, *in prædictum uſum. Junio menſe flores exeunt; Semen paulo poſt perficitur, capitulis plenis, & exſiccatis.*

Temperamentum, & Vires.

Refrig., & hum. 3. (alii 4.) *Uſus præcip. in ſomno conciliando, in affectibus pectoris, ac pulmonum, & imprimis in tuſſi, raucedine, phtiſi. Hinc & in fluxu alvi. Extrinſecus in dolore leniendo; ſomno introducendo, capiti pedibuſve adhibitum.* Schrod.

OPIUM.

Opium *quod eſt liquor*, *ſeu* ſuccus ex Papaverum *capitibus expreſſus, aut ſole extrahente, ex ipſis capitibus punctis ſponte emanat, refrigerat, incraſſat, exſiccatque. Sumptum magnitudine Ervi dolores ſopit, ſomnum conciliat, & concoctionem adjuvat, tuſſi cœliacorumque affectibus auxiliatur; verum ſi copioſus hauriatur, accerſito lethargo mortiferum eſt. Eſt & ad capitis dolores efficax; ſi cum Roſaceo irrigetur, ut & ad aurium dolores, ſi cum Amygdalino, Myrrha, & Croco inſtilletur; oculorum inflammationibus cum ovi luteo toſto, & Croco proficit: Eryſipelatoſis,*

toſis, *& vulneribus cum aceto*, *Podagris cum lacte muliebri*, *& Croco utile*, *denique ſedi pro balneo ſubditum ſomnum facit*. *Cætera de* Opio *vide apud* Moriſ. Sim. Paul., *&* Johannem Bauhinum.

PAPAVER ERRATICUM, RUBRUM, CAMPESTRE. *J. B.* 3. 395. *Vid. Icon.* 3. *Tab. XLIII.*

PApaver erraticum, rubrum, campeſtre. *J. B.* 3. 395. *Papaver erraticum majus*; *ſeu* Ῥοιὰς *Dioſc.* *Theoph.*, *& Plinii erraticum*, *Matth. Cord.* *in Dioſc.*, *Gſn. Hor. Dod. Cæſ. Thal. Papaver Rhœas*, *Lob. Ger. Rhœas puniceo caduco flore*. *Adv. Lob.* Papaveri huic erratico majori *Cauliculi*, & folia nigriora ſunt hirſutioraque, quæ utrinque altis inciſuris inſtar *Cichorii*, aut *Erucæ* diviſa: *Flores* e faſtigio cauliculorum pulchro, ac rubente phœniceo emicant colore, *ſtaminibus* nigricantibus *capitulum* medium ambientibus ſtellatum, & multis loculamentis ſeparatum, radiis in parte ſuperiore ornatum; hujus caput multo minus ſpontanei *Papaveris* capite, *Semine* nigro, potius fuſco plenum: *Radix* minor inutilis exſiccatur poſt ſemina perfecta. *Creſcit in arvis*, *juxta vias*, *ac inter ſegetes*. *Floret Majo*, *& Junio*.

Temperamentum, & Vires.

Refrigerat validè, *ſomnum conciliat*, *dolorem ſedat*. *Uſus præcipue in febribus*, *pleureſi* (*cui ſpecificè prodeſt*,) *anginæ*, *aliiſque morbis* (*in primis pectoris*) *refrigeratione opus habentibus*. *In inordinato menſium fluore* (*infuſ. flor. in ſp. Vin.*) *Extrinſecus ſunt*, *qui herbâ Hepati impoſitâ*, *hæmorrhagiam narium ſiſtere conatur*, *quam vim & radici aſcribunt*. Galenus ſemen *multò frigidius eſſe ait*, *quàm ſem. Papaveris ſativi*, *unde & internum ejus uſum interdicit*.

NYMPHAEA LUTEA, MAJOR. *C. B. P.* 193. *Vid. Icon.* 4 *Tab. XLIII.*

NYmphæa. Gr. Νυμφαία, *dicitur* ἀπὸ τῆς νύμφης, i. e. *aqua*, *quod locis aquoſis planta gaudet*.

NYmphæa lutea, major. *C. B. P.* 193. *M. H.* 3. 512. *Nymphæa lutea*. *J. B.* 3. 771. *Dod. p.* 585. *Ger.* *Trag. Tab Eyſt. Nenuphar. luteum*, *Brunf. Aguape*. *Braſilienſium*. *Piſon. Radix* longa, brachium craſſitudine ſuperat, ſcabra, nodoſa, *Clavæ* ſimilis, (unde etiam planta *Clavæ Herculeæ* nomine inſignita fuit) intus fungoſa, crebris *acetabulis*, ſeu foliorum veſtigiis inſignita, oblongis, fibris ſe in fundo limoſo firmans. *Foliis* conſtat amplis, imo pedalibus, glabris, craſſis, vireſcentibus, è rotunda ovali, aut *pedis equini* forma, ad exortum pediculis ſinuatis, & intus *medulla* poroſa farctis. *Caules* pediculive ſingulares, teretes, glabri, altitudinem paludis, ſeu ſtagni natalis excedentes, quali etiam caule ſinguli *florum* nituntur luteorum, ex quinis petalis rotundis, craſſis exterius ad unguem viridibus conſtructorum. Intra verò ſeptum foliorum quinque duplex eſt *corona*, prior minutiſſimorum *foliorum*, quæ externis appreſſa rugoſa conſpiciuntur, & ſimiliter lutea, quo etiam colore prædita eſt interior, ſed dilutiore, ex compluribus *lingulis* retroactis, & apicibus priorem coronam contingentibus. His deciduis, cernitur *capitulum* firmum, viride, papaveracei capitis magnitudine, ſed forma *Urceum* affabre exprimens, turgido ventre, & in anguſtam cervicem deſinente, quæ ſenſim dilatata, margines *Urcei* effingit, ſtriis extantibus aſperatos, & orificii loco aliquo uſque pertuſos; intus in totidem loculamenta, qualia ſunt ſuperius notatæ ſtriæ, ſe dividit; & *ſemina* oblongorotunda, *Tritici* minora, intus conduntur. *In Foſſis profundioribus*, *fluviis limoſis*, *& Aquis ſtagnantibus*, *Junio*, *& Julio menſibus florens*, *paſſim occurrit*.

NYMPHAEA ALBA, MAJOR. *C. B. P.* 193. *Vid. Icon.* 5 *Tab. XLIII.*

NYmphæa alba, major. *C. B. P.* 193. *Nymphæa alba*. *J. B.* 3. 771. *Dod. p.* 585. *Tab. Ger. Nymphæa candida*, *Trag. Tur. Nenuphar album*. *Brunf. Leuconymphæa Boerh.* 1. 281. *Radice* longa, craſſa, albicante; *Foliiſque* latis, paullo rotundioribus, *florumque pediculis*, *Nymphææ luteæ æmulatrix eſt*. *Flores* ampli, candidi, multiplices, in *roſam* expanſi, ex plurimis petalis conſtructi, quorum extima exteriori parte vireſcentia, duas, aut tres uncias longa ſunt; quorumque meditullium *ſtaminula* plurima lutea occupant. Poſt florem *Capitulum* prodit rotundum, in quo *Semen* nigricans, *Milii* majus. *Flos* gratum liliaceum ſpirat odorem. *In fluviis*, *ſtagnis*, *& piſcinis*, *tota Æſtate florens*, *gignitur*.

Vires, & Uſus.

Duæ Majores Nymphææ *ad uſus medicos expetuntur*, *quarum* Radices *refrigerant*, *& exſiccant*; Flores, *&* Folia *refrigerant*, *& humectant*. Nymphæa *eſt planta imprimis antivenerea*, *ſeminis abundantiam minuens*, *& acrimoniam temperans*; *contra veneris inſomnia*, *& nocturnas pollutiones exhibetur*; *Satyriaſin*, *& priapiſmum domat*. *In febribus ardorem intemperatum mitigat*, *& ſomnum conciliat*. Radices *ad dyſenterias*, *diarrhœas*, *& ad alba mulierum profluvia ſiſtenda commendantur*. Moriſ.

NIGELLA ARVENSIS, CORNUTA. *C. B. P.* 145. *Vid. Icon.* 6. *Tab. XLIII.*

NIgella, *quaſi* Nigrella, *à ſeminum colore nigro*. Melanthium Gr. Μελάνθιον *vocatur* ἀπὸ τȣ μέλανος ἄνθȣς, *quia florem oſtendit nigrum*: *nempe color cæruleus idem antiquis erat qui niger*: *Vid.* Theophr. *Hiſt. l.* 7. Gith. *apud* Arabes *audit*.

NIgella arvenſis, cornuta. *C. B. P.* 145. *M. H.* 3. 515. *Melanthium ſylveſtre*, *ſive arvenſe*. *J. B.* 3. 209. *Melanthium ſylveſtre*. *Dod. p.* 303. *Ger. Melanthium arvenſe*. *Cluſ. H.* 207. *Melanthium*, *& Gith. Dioſc. Radix* ei annua, tenuis & inutilis. *Caulem* promit ſtriatum, tenuem, dodrantalem, in *alas* diviſum. *Folia* pluriſariam diviſa, tenuia, *Anethi* pallidiora, & *Scandicis* referentia, inordinatim adhærent. *Flores* ſummis caulibus inſident, pentapetali, unciales, pallide cærulei, *ſtaminulis* plurimis brevibus medium occupantibus. His ſuccedit *vaſculum* oblongum, in quinque cellulas diviſum, & in totidem cornicula, *Aquilegiæ* pene ſimilia, aliquantulum incurvata, deſinens. *Semina* nigra, exigua in alveolis conduntur. *Inter ſegetes paſſim provenit*. *Floret Junio*, *ac Julio*.

NIGELLA ROMANA, SATIVA, FLORIBUS FOLIOSIS. *Park. M. H* 3. 516. *Vid. Icon.* 7. *Tab. XLIII.*

NIgella Romana, ſativa, floribus folioſis. *Park. M. H.* 3. 516. *Nigella anguſtifolia*, *flore majore ſimplici*, *cæruleo*. *C. B. P.* 145. *Melanthium*, *capite*, *& folio majore*. *J. B.* 3. 207. *Melanthium Damaſcenum*. *Dod. p.* 304 *Ger. Melanthium ſativum*, *flore ſimplici Eyſt. Radice* donatur tenui, ſubluteа; *Caule* pedali, & cubitali, ab imo ramoſo, luxuriat. *Folia* pluriſariam, in longiora, & acuriora ſegmenta tenuia, *Delphinii* ſimilia, laciniantur. Summi ramuli *Floribus* amplioribus, pentapetalis, cæruleis, alabaſtris prominentibus, variæque diſſectis, inſidentibus, & medio *ſtaminulis* numeroſis, ex cæruleis herbaceis, *capitulum* corniculatum circumſtantibus, ornantur; quod quidem capitulum ſubrotundum, ventricoſum, membranaceum, in quinque aut ſex loculamenta diviſum, *corniculis* in ſuperiore parte, intumeſcit. *Semina* intus continentur nigra, copioſa, acuminata, aliquantulum odorata. *Non niſi ſtudioſè culta nobis creſcit*, *gaudetque ſolo pingui*. *Floret Junio*, *ac Julio*.

Vires, & Uſus.

Semen *calef.*, *& ſicc. in princ. g.* 3. *atten. aper. Uſus præcip. in mucilagine pulmonum reſolvenda*, *& expectoranda*, *lacte augendo*, *urina*, *ac menſibus ciendis*, *morſibus venenatis corrigendis*. *Specificè in febribus quartanis*, *ac quotidianis*. *Extrinſecus crebri uſus eſt in cephalalgia ſedanda*, *catarrhis exſiccandis* (*ſternutando*, *ſuffiendo*,) *in cucuphis*, *Epithemat. &c. applicando*. Radix *ſiſtit proprietate ſuâ hæmorrhagiam*, *ſi dentibus maſticetur*, *naribuſque imponatur*. Schrod.

LINUM SATIVUM. *C. B. P.* 214. *Vid. Icon* 8. *Tab. XLIII.*

LInum, Plinio *l.* 19. *c.* 1. *ratione loci natalitii recenſetur*.

Li-

LInum ſativum. C. B. P 214. *Linum. J. B.* 3. 450. *Fuch. Tur. Cæſ. Lugd. Linum annuum, cæruleum, ſativum. M. H* 2 572. *Linum* vulgare cæruleum. *Ad. Lob* Tenuibus, ac rotundis *caulibus*, ſeu *virgis* aſſurgit. *Folia* ei oblonga, anguſta, acuminata: *Flores* in ſummis ramis ſpecioſi, colore cærulei, pentapetali, quorum ſingula *petala* ſunt ſubrotunda cum *ſtaminulis* prominentibus in eorum medio: hiſce evanidis ſuccedunt parva, rotunda, orbiculata *capitula*, ſive *vaſcula* in plura loculamenta diſtincta, in quorum ſingulis plurima cernuntur *Semina* oblonga, compreſſa, lucida, in medio tumida, ex fulvo colore punicantia: *Radicibus* nititur exilibus, fibroſis. *Pingui lævoque ſolo, locis humidioribus, & non ſitientibus fælicius provenit. Majo, & Junio menſibus floret.*

Temperamentum, & Vires.

Calef. 1. *in reliquis temperatum eſt, digerit, emollit, maturat. Uſus præcip. in tuſſi, pleureſi, phthiſi. Extrinſecus maturat tumores, lenit dolores, fœtum expellit.* Oleum *eaſdem vires retinet, quam* Semen. *Prodeſt etiam ad pterigia oculorum (inſtillatum) in primis, cum ſucceſſu exhibetur pleuriticis atque dolore colico vexatis, in quibus & intrinſecus prodeſt, ut & in Liene duro.* Schrod Lini ſemen, *ut* Dioſc. *memoriæ prodidit, eaſdem quas* Fœnumgræcum *vires obtinet: diſcutit, & emollit omnem intus foriſque inflammationem cum Melle, & Oleo exiguaque Aqua decoctum, aut* Melle *coctum exceptum; cutis in facie vitia, quas* ἐφήλεις *vocant, crudum, & varo cum Nitro, & Ficubus impoſitum tollit, cum lixivio vero parotydes duritiaſque diſcutit: herpetes favoſque cum Vino decoctum, ungues ſcabros eximit, cum pari Naſturtii, & Mellis, quæ in pectore vitioſa, educit; cum Melle eclygmatis modo acceptum tuſſim lenit. Venerem extimulat, ſi Piperi, & Melle acceptum pro placenta largius aſſumatur. Hujus* decoctum *ad interaneorum vulvæque eroſiones immittitur, & alvi excrementa educenda: inſeſſu ad uteri inflammationes veluti Fænugræcum per quam utile eſt.* Oleum, *quod ex* Semine *ejus exprimitur multiplicem uſum habet &c. Sunt etiam, qui bibendum exhibeant lateris, aut colli dolore laborantibus, verum recens ſit oportet, rancidum enim factum, & nauſeam excitat, & plus quam par eſt calefacit. Vide cæteras apud* Sim. Paul.

LINUM PRATENSE, FLORIBUS EXIGUIS.

C. B P. 214. *Vid. Icon.* 9. *Tab. XLIII.*

LInum pratenſe, floribus exiguis. *C. B. P.* 214. *M. H.* 2. 575. *Linum ſylveſtre perpuſillum candicantibus floribus Cam. Linum ſylveſtre catharticum. Ger. Linocarpos. Thal* Hoc *Linum perpuſillum catharticum* oritur à *Radicibus* tenuibus, albis, fibroſis, intortis, quinis aliquando *Caulibus* dodrantalibus, ad ſummum pedalibus, ſubrubris aliquando, aliquando viridibus, ſeſe verſus ſummum in quaternos varios ramuſculos dividentibus, infimis caulibus viridibus: cauliculos ambiunt *Folia* bina, ſibi è regione appoſita, tenuia, lævia, viridia, *Lentis* foliorum magnitudine, nervo medium eorum percurrente: ſummis caulium ramuſculis innaſcuntur *Floſculi* albi, pentapetali, ſubrotundi, è quorum medio *ſtamina* apparent lutea, quibus deciduis ſuccedunt *capitella* in quina, aut plura loculamenta diviſa, in quibus ſingulis continentur bina ternave *Semina*, minuta, lævia, nitida, & ſubflava. Semine maturo perit totaliter planta, ſingulis annis ſemine renovans. *Provenit copioſe in incultis, & Pratis. Semine ineunte Vere germinante ex terra pullulat, & floret tota fere AEſtate, quo tempore ſemina itidem perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Hoc purgativa facultate præditum eſt. Recipe Lini cathartici *manip. j. dum floret, & ſementeſcere incipit unà cum* foliis, *&* radice, *infundantur in Vini albi ſerie lactis unc. vj. ſuper cineres calidas per noctem, facta colatura adde Syrupi Roſ. pallidar. unc. j. bibatur, & purgabis jucunde ſatis.* Moriſ.

DISTRIBUTIO XXIV.

MULTISILIQUAE PLANTAE CORNICULATAE UNIVALVES POLYSPERMAE.

Sedum majus vulgare; Sedum minus teretifolium, album; Sedum minus, luteum, folio acuto; Sedum parvum, acre, flore luteo; Cotyledon major, *ſive* Umbilicus Veneris; Telephium vulgare; Telephium latifolium peregrinum; Telephium luteum minus, radice roſam redolens, *ſeu* Rodia Radix; Pœonia mas; Ulmaria; Veratrum flore ſubviridi; Helleborus niger, fœtidus; Helleborus niger hortenſis, flore viridi; Helleborus niger, flore roſeo; Tribulus terreſtris; Fraxinella officinis, *ſive* Dictamnus albus; Aconitum ſalutiferum, *ſive* Anthora; Aconitum cæruleum, *ſeu* Napellus; Thora Valdenſium; Staphis agria; Delphinium hortenſe, flore minore; & Aquilegia flore ſimplici.

SUCCULENTAE OMNI PARTE.

SEDUM MAJUS VULGARE. *C. B. P.* 283.

Vid. Icon. 1 *Tab. XLIV.*

SEdum *à* Sedendo, *vel à* Sedando: *ejus enim ſpecies humi ſedent, & inflammationes ſedant. Aliis* Sempervivum; *quod perpetuò vireat.*

SEdum majus vulgare. *C. B. P.* 283. *J. B.* 3. 687. *M. H.* 3. 474 *Sempervivum, majus, alterum, ſive Jovis barba. Dod. p.* 127. *Sedum vulgare. Eyſt. Cotyledon altera, I. Sedum vulgare. Cluſ. H.* 63. *Aizoon majus, Lugd. Cam. Radices* craſſiuſculæ flexuoſæ, multos lateralium germinum orbes, frequentibus, *Foliis* ſucci plenis, & mucronatis ſtipatos fundunt; è quibus tandem per ætatem, pedalis *Caulis*, foliis gracilioribus obſeſſus, verticem ramoſum, *Floribus* radiatis purpuraſcentibus decoratum effert. *Semina* Meditulii cornicula coagmentata ferunt, ſcobem, aliorum inſtar referentia. *Parietibus, & tectorum ſeritur. Poſt ſolſtitium floret.*

Temperamentum, & Vires.

Refrigerat, multum, modice ſiccat, & aſtringit. Commendatur in morbis calidis, & bilioſis. Exhibetur Syrupus *ad æſtus febriles temperandos, ſitimque compeſcendam.* Syrupo *præferatur* Serum Sedi, *quod fit in* Pharmac. Bateana, *ex ſucco cum lactis dupla quantitate cocto.* Sedum *hoc contuſum, & capiti, fronti, vel plantis pedum inſtar cataplaſmatis applicatum, ſedat phrenetidem, & ſomnum conciliat; imprimis ſi miſceatur cum lacte muliebri,*

bri, vel (quod melius) cum ſucco Cancrorum fluvias expreſſo. Ettmul Succus addito Sale ammon., vel Aqua ex ſucco diſtillata, in quo parum Salis ammon. diſſolutum eſt, vel ſuccus Cancrorum fluviat, cum hoc Sempervivo expreſſus, inſigniter convenit in angina, vel quibuſdam faucium, laryngis, vel gulæ inflammationibus. Idem Ettmul. Laudatur etiam ad partium harum exaſperationes leniendas eclegma ex Succo, cum æquali fere portione Mellis puriſſimi factum, cui additur parum Alumnis uſti, h. e. quantum ſapore ejus manifeſto compoſitum imbuit. D. Boyle. Folia ambuſtis applicantur; eadem impoſita non modo verrucas, & clavos pedum tollunt, ſed etiam ganglia nervorum tendinumque ſolvunt, ac ſenſim imminuunt: Antequam vero imponuntur, eis detrahitur inferius cuticula, & poſtea bis in die, h. e, mane, & veſperi renovantur. Ettmul.

SEDUM MINUS TERETIFOLIUM, ALBUM.

C. B. P 283. Vid Icon. 2. Tab. XLIV.

SEdum minus teretifolium, album. C. B. P. 283. Sedum minus Officinarum Ger. Sedum minus, folio longiuſculo, tereti, flore candido. J. B 3. 690. Vermiculari, & Illecebra major. Lob. Ad. 161. Obſ. 205. Vermiculari huic nomen fecerunt Folia, quæ pinguibus caſeorum putreſcentium Vermibus ſunt ſimillima, alternatim in Caulibus ſpithameis, & dodrantalibus diſpoſita, atrovirentia, vel punctis crebris guttata. Flores conferti velut in umbella, ſtellati, petalis quinque conſtantes, interne albis, apicibus multis atropurpureis umbilicum conoidem, albidum, circumſtantibus. Radix tenuis, fibroſa. Semen exiguum corniculis plurimis ſervatur. Locis ſaxoſis, & aſperis, muris & tectis non infrequens eſt. Junio, & Julio menſibus floret.

Vires.

Præſtat fortaſſis eadem, quæ & ceteræ ſuæ ſortis humidæ, & refrigerantes Plantæ. Soleander in hæmorrhoidibus Succum commendat, linteolis exceptum, & applicatum.

SEDUM MINUS, LUTEUM, FOLIO ACUTO.

C. B. P. 283. Vid. Icon. 3. Tab. XLIV.

SEdum minus, luteum, folio acuto. C B. P. 283. M H. 3 471. Sedum minus, flore luteo. J. B 3. 692. Sedum minus V. Cluſ. H. 60. Sedum minus hæmatoides. Ger Tab. Sempervivum minus primum. Dod. Aizoon hæmatoides Lob. Ic. 378 Cauliculi tenues, & flexuoſi, carnoſi tamen, procumbentes, fibras pro radiculis agentes, Foliis plurimis, inordinatim, & crebro diſpoſitis, unciam pene longis, teretibus fere, anguſtis, & acutis, è viridibus glaucis, ſurſum ſpectantibus, veſtiuntur. Caules ipſi, qui flores gerunt, dodrantales, & pedales ſunt, foliis paucioribus onuſti. Flores umbellatim, aut potius corymbatim digeſti, parvi, lutei ſunt, & ſex petalis radiati calycibus etiam herbaceis, totidem acuminibus diviſis, ſubjectis. Semina in corniculis plurimis diviſis conduntur, pulverulenta, ut in cæteris hujus familiæ. In muris, & tectorum imbricamentis frequens occurrit, & per totum annum viret. Majo, & Junio floret.

Vires, & Uſus.

In Acetaria multis in locis recipitur, in quibus, & ſapit, & palato gratum, necnon æſtuanti ventriculo confert, Teſte Dodon.

SEDUM PARVUM, ACRE, FLORE LUTEO.

J B 3. 694. Vid. Icon. 4. Tab. XLIV.

SEdum parvum, acre, flore luteo. J B 3 694 M. H. 3. 471 Sedum minus, cauſticatum. Eyſt. Sedum minus. VIII. cauſticus. Cluſ H. 61 Sempervivum minus, vermiculatum, acre. C. B P. 283. Illecebra minor acris, Ger. Sempervivum minimum, ſive Illecebra, Lob. Aizoon minus fervidi guſtus, Thal. Radiculæ capillares, numeroſos Surculos, & ſucculentos promunt ramulos, pulpoſis, oblongiuſculis, puſillis Foliolis arcte opertos. Summitates Floſculi obſident plurimi, quinis exilibus petalis luteis, dixeris. Tota planta cauſtici ſaporis eſt. Locis ſiccioribus, muris, & tectis, toto anno virens, & Junio florens, frequens occurrit.

Temperamentum, & Vires.

Acris, & vehementer excalefaciens eſt herbula iſta. Foris admota rubificat, veſicas excitat, ac tandem exulcerat. Strumas inquit Dioſc. cum Axungia impoſita diſcutit. Succus hujus cum Aceto, vel alio liquore extractus vomitum movet, & craſſos, pituitoſos, ac biloſos humores educit: & ſubinde à quarternis, aut aliis diuturnioribus febribus liberat; adverſus venena, & hoc modo confert. Inter antiſcorbutica quoque recenſetur. Moriſ.

COTYLEDON, UMBILICUS VENERIS. Cluſ. H. 63.

Vid. Icon. 5 Tab. XLIV.

COtyledon ſpecierum radix ut plurimum tuberoſa, folia craſſa acetabuli formâ unde Cotyledon à κοτύλκ, quæ cavitatem ſignificat.

COtyledon, umbilicus veneris. Cluſ. H. 63. Cotyledon major C. B P. 285. Cotyledon Dod. p. 131. Sedum, luteum, murale, ſpicatum, folio umbilicato, rotundo M. H 3 470. Umbilicus Veneris. Lob. Tab. Ger. Cotyledon vera radice tuberoſa. J. B. 3. 681. Radix ei tuberoſa eſt, Nucis Avellanæ magnitudinem æquans, alba, exiguis fibris exinde demiſſis. Folia petiolis propriis biuncialibus latitudinis, rotunda, ſpiſſa, carnoſa, & ſucculenta, crenata, viridia, umbilicata, ſeu à pediculo, aut centro non laciniata, integra (quod in paucis apparet) conſpiciuntur. Caules nunc ſimplices, nunc ramoſi, palmares & dodrantales, menſibus Aprili, & Majo eriguntur, uſque in inferiore parte adnaſcuntur foliola minora, ad prædictum modum vix umbilicata, ſed ad pediculum diviſa; & Flores crebrius diſpoſiti, ſpicam conſtituentes, Unedonis pene ritu, integri, oblongi, ore quinquefariam diviſi, ex viridi ſimul junctis (in quibus Semina minuta Sedorum ritu continentur) includuntur, Murorum vetuſtorum rimis, & parietibus gaudet. Aprili. & Majo menſibus floret.

Temperamentum, & Vires.

Sedis humidis, ac refrigerantibus accedit: leviter aſtringere, refrigerare, repercutere, & abſtergere, aſſerit Galenus. Succus auctore Dioſc. inflammationibus ignibus ſacris, ſtrumis, & pernionibus illitu auxiliatur; ſtomachi ardorem mitigat, Vino circumlitus inſtillatuſve contecta genitalia nudat. Folia cum Radice comeſa calculoſis proſunt, & urinam cient, facitque herba ad amatoria.

TELEPHIUM VULGARE. C. B. P. 287.

Vid. Icon 6 Tab XLIV.

TElephium dicitur ab effectu, quod medeatur Telephiis ulceribus, id eſt, malignis, & inveteratis, qualibus Telephus Myſiæ Rex ab Achille vulneratus, conſenuit. Craſſula nuncupatur, eo quod folia ſolida, & craſſa habeat, & Fabaria à foliorum cum Fabæ foliis ſimilitudine.

TElephium vulgare. C. B. P. 287. M. H. 3. 467. Telephium II. vulgare. Cluſ. H. 76. Telephium alterum, ſive Craſſula. D. p. 130 Cotyledon, alterum, Dioſc. Col. 1. 305. Anacampſeros, vulgò Faba craſſa. J B. 3. 681. Craſſula, ſive Faba inverſa. Ger. Radices ut plurimum tuberculis glanduloſis, oblongis, albis, Fabis quodammodo ſimilibus, (unde Faba inverſa nuncupatur) fibris adnexis, conſtant. Caulibus aſſurgit pedalibus rotundis, lævibus, ſed haudquaquam articulatis; in quibus ſine ordine, crebrius digeſta ſunt Folia oblonga, unciam plus minus lata, ſucculenta, & carnoſa craſſa, colore ad glaucum tendenti, locis ſiccioribus ad rubrum vergenti, ambitu modice crenata. Summi cauliculi è petiolis corymbatim diſpoſitis erumpentibus Floſculis plurimis, pentapetalis, parvis purpuraſcentibus cum ſtaminulis medium occupantibus, ornantur. Succedunt Silique exiguæ, quinque frequenter ſimul junctæ, in quibus Semina minutiſſima, & pulverulenta includuntur. Solum diligit arenoſum, & in montoſis, ſiccioribus, & glareoſis locis non raro occurrit.

TELEPHIUM LATIFOLIUM, PEREGRINUM.

C. B. P. 287 Vid Icon. 7 Tab. XLIV.

TElephium latifolium, peregrinum. C. B. P. 287. Telephium primum. Dod. 130. Anacampſeros maxima. I. B. 3. 682. Telephium, ſive Craſſula

major

major Hiſpanica. *Lob. Park.* Huic *Radices* longioribus glanduloſis, albicantibus partibus conſtant. *Caules* habet rotundos, virides, ſucculentos, cubitales; quibus per intervalla, binatim naſcentia, apponuntur *Folia*, latiora, ſpiſſiora, & magis carnoſa, ambitu dentata. Tantæ gravitatis ſucco impletur, ut ramus abſciſſus liberale pondus æquet. *Flores* in ampliorem comam ſparſi, ex albis pallidi ſunt, quibus dehiſcentibus, *cornicula* ſimul juncta, & *ſemina* minuta ſuccedunt. *Locorum umbroſorum* Hiſpaniæ *alumnum eſt*; *unde in hortos noſtros translatum uberrime adoleſcit.*

Temperamentum, & Vires.

Inter refrigerantes reponitur, & tamen vis aſtrictoria, & conſolidans ei non deeſt. Eſt enim planta vulneraria non incelebris, ruptiſque conducit. Commendatur ad ulcera externa, & interna: bibita vel injecta ſanat eroſiones, quæ ex dyſenteria contingunt. Impoſita ambuſtis prodeſt; hæmorrhoidum dolores ſedat. Schrod., & Moriſ.

TELEPHIUM LUTEUM MINUS, RADICE ROSAM REDOLENTE. *M. H.* 3. 468. *Vid. Icon.* 8. *Tab. XLIV.*

TElephium luteum minus, radice Roſam redolente. *M. H.* 3. 468. *Anacampſeros radice Roſam ſpirante, major. T.* 264. *Rhodia radix. C. B. P.* 286. *J. B.* 383. *Dod. p.* 347. *Cluſ. H.* 65. *Ger. Park. Roſea radix, Lon. Tab. Radix* longa, craſſa, & tuberoſa eſt, quæ recens candida, & ſuccoſa, & trita odorem *Roſarum* (præſertim exſiccata) ſatis refert. E *capitulis* plurimis rotundis *Caules* emergunt dodrantales, rotundi, nonnihil coocavi; quos *Folia* plurima, unciam longa, latiuſcula, glabra, acuminata, pallide virentia, aut cæſio colore prædita, per ambitum modice dentata, & *Craſſulæ vulgari* aliquatenus ſimilia, attamen minora, crebrius conveſtiunt. *Flores* in cacuminibus apparent, *Telephio* haud diſſimiles, denſius ſtipati, lutei, qui deinde in *cornicula* tranſmutantur exigua, *Telephiorum* ritu ſimul juncta, *ſeminibus* minutiſſimis, pallidis, referta. *In Alpibus quoque occurrit. Menſe Majo floret.*

Temperamentum, & Vires.

Temperatè calida eſt, & ſicca; Galeno *auctore tenuium partium eſt, & diſcutientis facultatis.* Radix *ſola, vel tota planta cum Aqua roſacea, vel verbeniaca contunditur, contuſa fronti, & temporibus apponitur in cephaligiis, quibus amovendis inſigniter prodeſt; in aliis affectibus negligitur.* Moriſ.

MULTISILIQUAE, FOLIIS MINUS SUCCULENTIS, SUNT FLORE UNIFORMI.

PAEONIA MAS. *Dod. p.* 194. *Vid. Icon* 9. *Tab. XLIV.*

PAEonia à Pæone *Medico, qui eá curaſſe perhibetur* Plutonem *ab* Hercule *vulneratum, ut refert* Homerus *Odyſſ.* 5.

PAEonia Mas. *Dod. p.* 194. *Tab. Ger.*, *Park. Pæonia Mas, præcocior. J. B.* 3. 492. *Pæonia, folio nigricante, ſplendido, quæ mas. C. B. P.* 323. *Pæonia mas, flore purpureo. Eyſt. Pæonia ſimplex, latiore folio trifido. M. H.* 3. 454. *Pæonia nobilior. Trag. Pæonia mas folio Nucis, Juglandis ſcilicet. Geſn. Hort. Radix* tuberculis, quam quæ in congeneribus viſuntur longioribus, appenſis, in altum demiſſis, albidior eſt. *Caules* exinde cubitales, & ſeſquicubitales, è viridi colore rubeſcentes, nonnunquam in *alas* è viridibus rubeſcentes divaricati, oriuntur, raris *Foliis* amplis, petiolis longis ramoſis, veſtiti. Horum autem quælibet ala *Juglandis* latitudinem obtinet, & ampliorem, in ternas ſui ſimiles ad extremitates deſinens, ſuperius virentes, ſubtuſque glauco colore obductas. *Flos* in ſummo caule vix ulli cæterarum cedere videtur quoad amplitudinem. Is è rubro ad purpureum colorem multo vergit, ac *petalis* octonis, ſtaminuliſque plurimis, quorum apiculi aurei, geminata, & nonnihil lanuginoſa corniculata quaſi *nucamenta*, aut *capitula*, *apice* craſſo rubeſcente; nutante, faſtigiata, orbiculatim circumcirca ambiunt. Capitula autem illa, per ætatem, in majorem intumeſcere ſolent magnitudinem, maturitate dehiſcentia, lunatim ſe contrahendo, interni *corticis* membranam foris vertunt, pulchra rubedine ſuffuſam, ac *granis* cæſio nigricantibus, ſubrotundis, *Orobi* magnitudine, aliiſque oblongis, nondum abſolutis, ſeu potius falſis, coccineo colore tinctis, ſubinde intermiſtis, obſita, cernuntur. *In Alpibus ſponte naſci fertur. Aprili exeunte, aut initio Maji, è perianthio amplo, rotundo, flores explicantur, & Auguſto menſe matureſcunt ſemina &c.*

Vires, & Uſus.

Mediocriter calida, & ſicca eſt, pollenſque vi leviter aſtrictoria. Planta eſt eximie cephalica, cerebrum, & nervos corroborans: hinc in epilepſia, & in morbis convulſivis frequentiſſime datur; ephialten, ſeu incubum protelat. Radix *collo ſolet appendi ad inſultus epilepticos prohibendos. Ex* Seminibus *quoque perforatis fiunt monilia, quæ collo circumligata morbo comitiali obnoxiis ſimiliter proſunt; ſive effluviis, ſive occultiore modo, id præſtant. Nam mirum eſt, quod obſervavit* Galenus *de vi ameletica* Radicis, *quam puer epilepticus collo geſtabat appenſam, qua immunis à paroxyſmis ſervatus eſt; nec niſi fortuito decideret radix; vel detracta eſſet, motus convulſivos paſſus eſt. Convenit inſuper obſtructionibus tum hepatis, tum uteri reſerandis, auctoribus* Dioſc., & Galeno. Radix, Semina, & Flores *in uſus veniunt; præſertim* maris Pæoniæ, *quæ efficaciſſima eſt, & Officinis ſola commendatur; è* Floribus *enim parantur* Conſervæ, *uſibus antedictis maxime inſervientes.*

ULMARIA. *Cluſ. H.* 108. *Vid. Icon.* 10. *Tab. XLIV.*

ULmaria *dicitur à foliorum forma, nempe à foliis* Ulmi *ſimilibus.* Barba capræ *à ſecundæ ſpeciei floribus nuncupatur, eorumque figura, quæ* Barbam caprinam *referre videtur, propter ramulos florum in prælonga barbula effigiatos. Etiam quibuſdam* Regina prati *ab odore fragranti dicitur.*

ULmaria. *Cluſ. H.* 108. *J. B.* 3. 488. *Adv. Lob Barba capræ, floribus compactis. C. B. P.* 164. *Ulmaria Vulgaris. Park. M. H.* 3. 323. *Regina prati. Dod. p.* 57. *Ger. Folia* ex pluribus collecta, alata ſunt, *Agrimoniæ* latiora, breviora, acutiora, venoſa, & rugoſa, *Ulmi vulgaris* ſimilia, uno trifido extremum claudente, & parvulis alis intermediis, ut in *Filipendula*, donata, in oris crenata, inferius inalbicantia. *Caulis* erigitur anguloſus, tripedalis, inanis, colore è rubicundo purpuraſcenti; in cujus faſtigio complures *Floſculi* pentapetali, albi, corymbatim, & racematim cohærentes inſident. Hiſce delapſis, *Semina* parva, recurva, in capitulum congeſta, implicantur. *Radix* ſubeſt quaſi lignoſa, dura, fibris longiuſculis in diverſa tendentibus, foris nigricans, interius obſcure rubens. *In pratis ſylviſque humectis, & aquoſis frequens repperitur.*

Vires, & Uſus.

Aſtringit, ſudorifera, & alexipharmaca eſt; in diarrhæa, dyſenteria, hæmoptyſi, menſium profluviis, & ad ſanguinem vel interius, vel exterius ſiſtendum, & fiſtulas ſanandas, herba *eſt commodiſſima; hinc ad Pimpinellam viribus accedit.* Succus foliorum *oculis lachrymantibus apprime confert.* Ephem. Germ. curioſ. *T.* 2. Radices Felix VVurtz Germanorum *Chirurgorum primipilus ſuo Emplaſtro catagmatico adhæſu contumaciſſimo, atque adeo ad hos uſus optimo remiſcet, & miris laudibus affert, imo omnibus aliis vulnerariis herbis, aut adverſus fracturas oſſium commendabilibus præponere videtur; Ipſas vidi (inquit* Sim Paul.) *& ſancte teſtari poſſim, in vulnere veſicæ lethali alicujus puellæ, itemque brachii fractura propemodum immedicabili, præclaros edidiſſe effectus; unde meritò ingreditur Emplaſtrum* Felicis VVurtz *toto orbe celebratiſſimum.*

VERATRUM FLORE SUBVIRIDI. *T.* 272.

Vid. Icon. 11. *Tab. XLIV.*

VEratrum *nuncupatur à vertenda mente, nam ſumptum motam mentem in ſanitatem reducit.*

VEratrum flore ſubviridi. *T.* 272. *Helleborus albus, flore ſubviridi. C. B. P.* 186. *M. H* 3. 485 *Helleborus albus, flore herbaceo. Eyſt. Helleborus albus, flore ex viridi albeſcente. J. B.* 3. 634. *Helleborum, ſive Veratrum, album. Dod. p.* 383. *Elleborus albus. Brunf. Trag. Radix* alba eſt, craſſa, è tumenti nodoſo capite in multas, longas ſubtus *fibras*, æqualis pene craſſitudinis, diſperſa. *Caulem* edit bicubitalem, rectum, firmum, glabrum, obvolutum tunicis foliorum *Plantaginis*, ſeu *Gentianæ majoris* tunicis reſpondentium; ſed majora *Folia*, pallide virentia, ſubhirſuta, liratim ſtriata, & in plicas veſtium modo ſe contrahentia, in mucronem finiuntur; atque per frequentes horum amplexus *caulis* gracileſcens aſſurgit in *ſpicas* virgatas, racematim refertas condenſatis *Floſculis* radiatis, e ſenis anguſtis *petalis* herbaceis, pallidiuſculis, ſtriatis, & totidem in umbilico *ſtaminulis* digeſtis. Succedunt anguſtæ *Siliquæ* lato nonnihil, & acuminato *Semine* gravidæ. *Montanis aſperis gaudet. Floret AEſtate, & ſub Autumnum legendæ ſunt radices.*

Vires, & Uſus.

Similes Hellebori nigri *poſſidet qualitates, quæ in hoc tamen multo fortiores*; nam ἄνω καὶ κάτω *cum impetu operatur. Atque hinc eſt, quod quidam ab exhibitione interna deterreantur, ne per vehementem purgationem inferatur lethalis convulſio. Certum eſt nihilominus Medicos peritos ab ejus uſu non abſtinuiſſe.* Mayernus *utrumque* Helleborum *in mania, & melancholia æqualiter commendat, & utriuſque præparandi, & exhibendi methodum tradit. Obſervatu dignum eſt, quod idem annotavit* D. Cademan; *viz. ſi* Hellebori albi radix *ad drachmas duas infundatur in uncias quenque Vini Muſcatellini, atque bujus infuſi detur cochleare unum, blande movet vomitum pituitæ viſcidiſſimæ, & ſubducit alvum. Operatur ſine periculo, & (quod notandum) conſumpto primo Vino ſi novum addatur, etiam ſæpius ſuccedit bona operatio, ut ex Croco Metallorum.* Pulvis *hujus* Hellebori *errhinis admiſceri ſolet, quo fiant acriora, & magis irritantia.*

HELLEBORUS NIGER, FOETIDUS. *C. B. P.* 185.

Vid. Icon. 1. *Tab. XLV.*

HElleborus *dicitur à vocibus* Græcis ἑλεῖν βορᾷ, *quod eſu interimere credatur.* Niger *vocatur ob radices nigras.*

HElleborus niger, fœtidus. *C. B. P.* 185 *Helleborus niger, ſylveſtris, adulterinus, etiam Hyeme virens. J. B.* 3 880 *App Helleborus niger, ramoſus, anguſtifolius, ſempervirens elatior. M. H.* 3. 359. *Helleboraſter maximus. Eyſt. Veratrum nigrum, III. Dod. p* 386. *Helleboraſter maximus, ſive Conſiligo, Park. Enneaphyllon Plinii. Ceſ. Tit. Radix* ei tenuibus *fibris* nigricantibus, multiplicatur. *Caules* digitum craſſi, viridantes, cubitales, & ampliores ſunt; quos *Folia* numeroſa denſiſſimo ſtipatu veſtiunt, petiolis palmaribus, ſulcatis, donata, ex ſeptem, octo, aut novem *radiis* anguſtis, atroviridibus, rigidis, dentatis, fœtidis, conſtructa. Superiora folia in pauciores portiones dividuntur, ita & latiores ſunt tum portiones ipſius folii, tum brevior pediculus. Ex *alis* prodeunt *ramuli* multi, dilute virentes, deorſum reflexi, paucis *foliis* pallidulis, parvis, integris, donati; quibus inſident *Flores* copioſiores, primo non ita expanſi, petiolis appenſi, ex quinis etiam *petalis* luteoviridibus, ad extremitates rubentibus compoſiti. *Staminulis* quoque impletur. Temporis decurſu *flos* expanditur, *petalaque* non decidunt; & *Siliquæ* tres quatuorve, *Semina* ſubnigra, obrotunda continentes, craſſitie augentur. *In Montibus ſylvoſis, & ſaxoſis oritur. Perpetua fronte viret; à Februario ad Majum uſque menſem flores profert.*

Vires, & Uſus.

Internis corporis partibus adhiberi non debere; ſed ab illo cavendum tanquam à peſtilentiſſima herba notat Tragus. *At ego equidem non paucos novi, inter plebejos, qui in vermibus inteſtinorum hac pro familiari remedio uſi ſunt.* Folia *in pulverem comminuta, ex pulpa pomi aſſati, ſed in exigua quantitate exhibent; quod quamvis ſumentibus ingratum, & operatione moleſtum, (nam vomitus, & ſedes, in nimia doſi, excitare ſolet) in eo tamen caſu optimum, & certiſſimum remedium vulgo compertum fuit.* Electuarium vermifugum *in* Pharmacopœja Bateana *proculdubio fit ex hujus* Hellebori foliis *Recip. fol. Helleboraſtri pulveriſat. uncias ij. Mellis deſpumati unc. vi. miſc. doſis à ſcrup. iv. ad drachm. ij. Teſte* Moriſ.

HELLEBORUS NIGER, HORTENSIS FLORE VIRIDI *C. B. P.* 185. *Vid. Icon.* 2. *Tab. XLV.*

HElleborus niger, hortenſis, flore viridi. *C. B. P.* 185. *Helleborus niger, vulgaris, flore viridi, vel herbaceo, radice diuturnâ. J. B.* 3. 636. *Veratrum nigrum, II. Dod p.* 385. *Cluſ. Tab. Helleborus, niger, flore viridi. Eyſt. Helleborus niger, ramoſus, ſylveſtris, latiore folio deciduo. M. H* 3. 359. *Helleboraſtrum, Lob. Ger. Helleboraſter minor flore viridante Park. Conſiligo minor. Lugd. Radices* huic fibroſæ, nigræ, numeroſæ. *Folia* exinde ſimpliciter emergentia, & petiolis non ramoſis, dodrantalibus inſidentia, in latum expanduntur, & in quinas, ſenas, & octonas lacinias uſque ad centrum diviſa, quorum pars quælibet unciam plus minus lata, profundius ſerrata, & laciniata eſt, in mucronem deſinens, & (quod huic proprium videtur) vix folium integeum cernitur, quod in aliquo radio, ſecundum diviſionem, & quaſi ſemilaciniatam non partiatur. *Caules* floreſcentes pedales, anguſtioribus *foliis* ſeſſilibus ornati, in ramuſculos ſe dividunt, & in *Flores* deorſum nutantes, ſatis amplos, ex quinis *petalis* viridibus conflatos terminantur, cum *ſtaminulis* è viridi colore luteolis, *ſtylum* ambientibus. *Siliquæ* corniculatæ ſuccedunt, ut in aliis, *ſeminibus* incluſis. *In locis montoſis, & petroſis, ſponte, & copioſe naſcitur. Martio, & Aprili menſibus floret.*

Vires, & Uſus.

Cum genuino Elleboro *eaſdem facultates, idemque temperamentum eſſe, teſtatum fecit experientia. Purgat itaque, perinde atque genuinus, inferiorem ventrem, pituitam, & flavam bilem ducens, & cætera eadem cum illo præſtabit.* Jo Bauh. *Ruſtici, & Pecuarii in lue jumentorum huic, ut audivimus, plurimum confidunt. Scilicet bovum palearia, equorum cutem infra cervicem, pecudum aures ſtylo pertundunt, radicem per vulnus transfigunt, qua retenta beſtiam infectam ſanari dicunt.* Moriſ.

HELLEBORUS NIGER, FLORE ROSEO. *C. B. P.* 186.

Vid. Icon. 3 *Tab XLV.*

HElleborus niger, flore roſeo. *C. B. P.* 186. *M. H.* 3. 359 *Helleborus niger, flore albo, etiam interdum valde rubente. J. B.* 3. 634 *Helleborus niger, legitimus. Eyſt. Cluſ. Hiſt. Helleborus niger verus. Ger. Park. Elleborus niger flore magno. Geſn. Veratrum nigrum. I. Dod. p.* 385. E *Radice* digitum craſſa, rugoſa, nigra, plurimæ *fibræ* carnoſæ, nigræ, æqualis craſſitiei, huic naſcuntur, quibus nervus medius tenuis includitur. *Folia* promit digitata, è ſenis, ſeptenis, octonis, vel nonis collecta, quorum ſingula oblonga, unciam lata, lævia, duriuſcula ſunt, veluti laurina, ſed margine utrinque ſerrata, pediculo palmari non ramoſo inſidentia. *Flores* conſimilibus pediculis, caulibuſve carnoſis, è *Radicibus* erumpentes, magni ſunt, *Anemonis* amplitudine præditi, è quinis, interdum ſenis petalis latiuſculis, non deciduis, & *perianthio* deſtitutis, conſtructi, qui initio albidi, deinde purpuraſcentes, & poſtea ſubvirides evadunt. Medietatem floris occupant *ſtaminula* flaveſcentia, inter quæ, ſtylo medio adhærentes, *tubuli* decem, aut duodecim coronam componunt. Temporis decurſu *Siliquæ, corniculave* tria, aut quatuor, fundo conjuncta, craſſiuſcula, recurva, aſſurgunt, in quibus *ſemina* ſubrotunda, nigricantia latitant. *In ſylvis, & montoſis aſperis, & petroſis ſponte provenit; & in hortis alitur; Menſe Januario inter pruinas, & nives flores protrudit.*

Vires, & Uſus.

Calefacit, & exſiccat, ut conſtat ex acri, & amaro radicis *ſapore. Craſſos, & tenaces humores evacuat, quos* for-

fortiter per inferiores partes dejicit. Melancholicis, & maniacis peculiariter convenit. Perraro datur in ſubſtantia, interdum in infuſionibus, ſed communiter ſub forma Extracti, cujus præparandi modos apud Chymicos, & nonnullos Practicos invenies. Convenit aliis inſuper morbis contumacibus, qui leviorum purgantium vires eludunt. Hinc datur in epilepſia, apoplexia, vertigine, & paralyſi; in ſcabie, pſora, elephantiaſi, & ſimilibus affectibus cutaneis. Prodeſt ſcorbuticis, hydropicis, & præcipue quartana laborantibus. In collutione dentium dolores mitigat. Immiſſus auditum difficilem juvat; ſubditus menſes ducit, ut tradit Dioſc.

TRIBULUS TERRESTRIS. *J. B. 352.*
Vid. Icon 4. Tab. XLV.

TRibulus *Latinis dicitur, quod ſiliqua plantaque muricata ſit: & ut* Theophraſtus *6. Hiſt. 5.* Tribulo *peculiare eſt, quod tegumentum fructus aculeatum gignit.*

TRibulus terreſtris. *J. B. 2. 352. Dod. p. 557. Cluſ. H. 241. Tribulus terreſtris folio Ciceris, fructu aculeato. C. B. P. 350. Tribulus terreſtris, Ciceris folio, ſeminum integumento aculeato. M. H. 2. 102. Herba* eſt multis *viticulis* gracilibus, humi ſtriatis, prælongis, cubitalibus plerumque prædita, quos frequentes nodi diſtinguunt; quibus adnaſcuntur alata, ſeu conjugatim poſita *Folia* ex adverſo, numeroſa, *coſtæ* mediæ adhærentia, *Ciceris* foliorum more, quibus primo intuitu valde ſimilia ſunt, ſubacri guſtu cum quadam aſtrictione: *Flores* ex ſingulis alis longis petiolis innixi flavi *Potentillæ* floribus forma pares, ſed minore; ſingulis floribus evaneſcentibus ſuccedunt ſingulæ *Fructus capſulæ ſpinis* plurimis ſtipatæ, quinquepartitò diviſæ, ſeu quinque diſtinctis loculamentis ſeparatæ, in quibus ſingulis latent unum, bina ſæpius, nonnunquam terna *Semina: Radix* interdum minimi digiti craſſitudinem æquat. *In ſabuloſis aridis. Julio, & Auguſto, & menſe Septembri, & Octobri ſemina perficiens.*

Temperamentum, & Vires.

Ejus decoctum *ad Pituitam craſſoſque humores incidendos, & evacuandos felici ſucceſſu Clyſteribus injici prædicabant: cum tamen* Galenus *terream, & frigidam qualitatem* Tribulo terreſtri *tribuat*, Dioſcoridem *ſequutus:* Fructus *ejus in vino maceratus, & epotus (cum ſit tenuium partium), & impoſitus commorſis à Vipera opitulatur: cum Vino etiam auxiliatur contra Venena:* decoctum *ejus reſperſum Pulices necat.*

MULTISILIQUAE, MINUS SUCCULENTAE, FLORE DIFFORMI.

FRAXINELLA, OFFICINIS DICTAMNUS.
J. B. 3. 494. Vid. Icon. 5 Tab. XLV.

FRaxinella *à foliorum Fraxini ſimilitudine dicitur.* Dictamnus *ab odore nuncupatur, quoniam tota herba odorem ſpirat* Dictamni Cretici *quodammodo ſimilem, &* albus *propter* radices albas *appellatur.*

FRaxinella, Officinis dictamnus. *J. B. 3. 494. Malp. An. Pl. 47. 168. Fraxinella Cluſ. H. 99. Dod. p. 348. Eyſt. M. H. 3. 456. Dictamnus albus vulgò, ſive Fraxinella. C. B. P. 222. Tragium Creticum. Geſn. Hort. Radix* alba ex una baſi craſſis albicantibus fibris demiſſis, varie divaricatur, & ex aromatico hircinum grave quid redolet. *Caules* ex ea prodeuntes firmi ſunt, ſeſquicubitales, rubeſcentes, rotundi, decorati *Foliis Fraxini* modo, & ſpecie alatis, ex uno nervo conjugatim hærentibus, atroviridibus, duris, ambitu minime crenatis. Superior pars *caulis Floribus* veſtitur elegantibus, in albo colore leviter ſubrubentibus, è nutantibus quinis *petalis* oblongis, & liratim *venulis* ſaturatioribus diſperſis inſignitis, & è media tenuium *ſtaminum* reflexorum ſerie conflatis. *Semina* nigra, ſplendida, rotunda, & parum in mucronem vergentia, *Siliquæ* triquetræ, ſcabræ quinque frequenter ſimul junctæ, duplici *cortice* conſtantes, exteriore carnoſo, ſed interiore cartilagineo, condunt. *In ſylvis montoſis provenit. Junio menſe floret, poſtea ſemen perficit.*

Vires, & Uſus.

Radix *eſt cordialis, alexipharmaca, uterina, cephalica, amara, calefac., & ſiccat, aperit, vermes necat: Uſus præcipui in morbis malignis, in Epilepſia, aliiſque affectibus capitis, in obſtructione uteri (etiam pro peſſo) &c. (ad ſecundinas pellendas). Extrahere quoque dicitur ſpicula cuti infixa* Aqua *Alexipharmaca, & ophtalmica.* Condita radix *ad fluxum album.* Oleum *ad faciem dealbandam, & articulorum dolores.* Schrod.

ACONITUM SALUTIFERUM, *ſive* ANTHORA.
C. B. P. 184. Vid. Icon. 6. Tab. XLV.

AConitum Theophraſt. *ab* Acone *pago quodam* Mariandynorum *non procul ab* Heraclea Pontica, *quoniam ibi copioſiſſime naſcitur. Quidam volunt* Aconitum ab ἀκόνη, cos, *vel* rupes *dici; quod in nudis cautibus, quas* ἀκόνας *vocant, nullo ne pulvere, quidem nutriente proveniat. Alii ab* ἀκονίζ *ομαι* accelero, *quia mortem accelerat. Forte* ἀπὸ τ' ἀκόνης, *cote, quia vis eadem in morte eſt, quæ cotibus, ad ferri aciem detergendam.* Lycoctonum *à* λύκ⊗ Lupus, & occido, *nominatur.* Napellus *à figura* Napi *in radice apparentis.*

AConitum ſalutiferum, *ſive* Anthora. *C. B. P. 184. Aconitum ſalutiferum, luteum, tenuifolium, ſive Anthora M. H. 3. 463. Antithora, flore luteo Aconiti. J. B. 3. 660. Anthora. Dod. p. 443. Park. Adv. Lob. Eyſt. Anthora vulgaris. Cluſ. H. 94. Radix* parvuli *Napi* figuram refert, turbinata, rugoſa, & fibroſa, & prope caput parvula, olivaris formæ, *tubercula* emittendo facile ſe propagans. *Caulem* fundit pedalem, & cubitalem, rectum, multifidis *Foliis*, & *Conſolidæ regalis* inſtar, ab imo tenuiter diſſectis, ſummitatem verſus rarioribus veſtitum. Juxta foliorum pediculos virgæ tenuiores, floribus cæterorum *Aconitorum* forma, abundant, cucullatis, & inferiore parte hiantibus, pallideque flaveſcentibus. Succedit *Semen* in *corniculis Aquilegiæ* ſimilibus, quinis ſeniſve, quaſi calcaribus, invicem in uno pediculo conjunctis, nigrum, ſcabrum, & anguloſum. *Creſcit in Alpibus.*

Temperamentum, & Vires.

Inter manifeſte calidas, & ſiccas recenſeatur. Radix *cum valde amara eſt, & virtutis haud leviter purgantis, vermes, & lumbricos quos interimit, foras educit.* Thoræ *veneno peculiariter adverſari fertur. Non modo* Napelli *malitiæ, ſed cæteris quibuſcumque venenis reſiſtere aſſerit* Matthiolus, *vimque habere adverſus venenatos morſus, peſtilentiam, & omnes internos dolores; auxiliatur inſuper omnibus cordis affectibus.*

ACONITUM CAERULEUM, *ſeu* NAPELLUS. I.
C. B. P. 183. Vid. Icon 7. Tab. XLV.

AConitum cæruleum, *ſeu* Napellus. I. *C. B. P. 183. M. H. 3. 463. Aconitum magnum, purpureo flore, vulgo Napellus. J. B. 3. 655. Napellus. Dod. p. 442. Matth. Caſt. Aconitum Lycoctonum. 6. Cluſ. Hiſt. Napellus verus, cæruleus. Ger. Folia* habet in quinque lacinias ad umbilicum diviſas, & illas denuo in alias tenuiores, & acutiores conciſas. *Caulem* emittit bicubitalem, erectum, rotundum, & firmum, foliis inordinatim veſtitum, nonnunquam in *alas diviſum*. *Flores* ſpicatim naſcentes, ſummitatem occupant, cucullati, purpurocærulei, magni, uncialis longitudinis, ſupereminente galea, ſub qua bina longa *cornicula* extima parte latiora, & *litui* veterum *Romanorum* fere inſtar inflexa, *ſtaminibus* nigropurpuraſcentibus medium florem occupantibus. Floribus ſuccedunt tria, quaterna, & quina *cornicula*, conjunctim ex eodem pediculo provenientia, in quibus *ſemina* fuſca anguloſa continentur, quæ decurſu temporis, *ſiliquis* arefactis, vento agitante crepitant, & inde decidunt. *In Montibus naſcitur. Hortis primo Vere germinat, & Æſtate floret.*

Temperamentum, & Uſus.

Calidum, & ſiccum habetur in ſummo gradu. Radicem *tranſverſim apici linguæ admovit* Cl. VVepferus, *& primum* ſuccus *ſubflavus dulcis apparuit, mox leviuſcule conſtrinxit, ac protinus, inquit, ardorem poſt ſe reliquit in particula illa quam attigi, eumque vix aqua eluere va-*

lui. quin toto die ſenſum ambuſtionis quendam paterer. Eſt autem perniciale venenum, homines, ac beſtias interficiens. Malignitatem ejus in Animalibus probavit auctor modo citatus. Vid. Cicut. aquat. p. 226. Hujus deleteriam vim Antuerpiæ caſu perquam miſerabili convivæ quidam experti ſunt: cum enim ab imperitis hujus inter acetaria illatæ radices, quicunque eas ederunt, auctore Dodonæo, mox ſæviſſimis correpti ſymptomatis brevi vitam cum morte commutarunt. Paſtores necatos ſcimus, inquit Matthiolus, qui aſſandis aviculis Napelli caule temere uſi ſunt. Idem Lapidis Bezoardici virtutem experiendi gratia drachmam radicis latroni cuidam ad furcam damnato exhibuit: quales vero fuerunt ſubſequentes affectus, & quam dira ſymptomata excitavit in illo Latrone, & in aliis quibus data eſt potio, prolixe narratur apud ipſum Matthiolum, quem conſulas.

THORA VALDENSIUM. *Lugd.* 1735.
Vid. Icon. 8. *Tab. XLV.*

ANNOTATIO.

THora Valdenſium *hic ſcienter ponitur ad exemplum nonnullorum Auctorum, cum ſit Venenum, & non in propria* Diſtrib. V.

THora Valdenſium. *Lugd.* 1735. *Thora folio Cyclaminis. J. B.* 3. 650. *Aconitum pardalianches, I. ſeu Thora major. C. B. P.* 184. *Pthora Valdenſium, Montis Baldi. Cluſ. H.* 239. *Ad. Lob. Thora, ſeu Pthora. Ger. Toxicum, Thora, Aconitum. Chabr.* 530. *Ranunculus Aſphodeli radice, dictus Pthora major. M. H.* 2. 449. *Ranunculus folio Cyclaminis, radice Aſphodeli, major. T.* 285. *Ranunculus radice Aſphodeli, Thora dictus. Flor.* 2. 4. *A Radicibus* Aſphodeli, *flore* pentapetalo, & *ſemine Ranunculis* pluribus formis, nuſquam aptius, quam *Ranunculorum* claſſem referendam hanc plantam (præcipue à fine ultimo) putabam. *Caulis* hujus plantæ tenuis, junceus, valde lævis, bipalmaris aut tripalmaris, cui ſecundum longitudinem adhærent terna, quaterna *Folia*, quæ ſunt rotunda, paulolum dura, lævia, ſubviridis coloris, tendentis ad cæruleum, foliis *Galaſti* colore haud abſimilia, eleganter in ambitu crenata; in ſummo caules emergunt terni, quaterni petioli, unciales, ſinguli ſingulos ſuſtinentes *Flores* luteos, pentapetalos, minores floribus *Ranunculi* pratenſis vulgaris, nonnunquam æquales: quibus ſingulis fatiſcentibus ſuccedunt ſingula *capitula* ex pluribus *ſeminibus* coacervatis conflata *Ranunculorum* aliorum more: *Radix* conſtat 10, aut 12. tuberibus oblongis, *Aſphodeli* albi radicum æmulis, cum ſingularibus fibris à ſingulis pendentibus, ſeu infra dimiſſis: nomen obtinuit à φθορά, quæ ſignificat corruptionem, venenum, mortemve, quæ ſunt certa indicia hujus plantæ. *In Montibus, & Alpibus. Floret Junio, & ſemen Julio maturat.*

Temperamentum, & Vires.

Perniciosa, & venefica hujus duplicis Pthoræ *vis.* Napelli *fertur excedere malitiam. Tantam autem eſſe ajunt, ut homo quidem præcipue, deinde & quadrupes ferum, ac aliud etiam, ſcilicet domeſticum, vulneratum aut ictum telo hujus ſucco imbuto illitove, intra ſemihoram pereat, ac moriatur. Utuntur ſucco venatores ad ferarum venationem, quem expreſſum, & præparatum in bubulinis ſervant cornibus, ad ſagittas intingendas veneno, ac toxico præſentaneo. Vim ejus experturi acum in eo ſucco inficiunt, quâ Ranam pungant, quæ ſi illico moriatur, præſentaneum judicant venenum.* Geſner. Moriſ. Dod. *&c.*

STAPHIS AGRIA. *C. B. P.* 324.
Vid. Icon. 9. *Tab. XLV.*

STaphis *agria dicitur, quaſi* Uva ſylveſtris, *eo quod folia* Vitis (τῆς σαφίδος) *foliis ſimilia producat; unde à quibuſdam* Vitifolia *nominatur.* Græcis φθειρόκοκκον, granum pediculari. Latinis Pedicularis herba, *ab effectu in necandis pediculis, appellatur.*

STaphis agria. *C. B. P.* 324. *J. B.* 3. 641. *Dod. p.* 366. *Lugd. Cæſ. Cam. Trag. Park. Lob. Delphinum platani folio, Staphiſagria dictum. T.* 428. *Pedicularis Cord. in Dioſc. Radix* annua, dura & fibrata eſt. *Caulem* habet hirſutum, rotundum, pallide virentem, cubito altiorem, in multos ramos diductum. In his *Folia*, longis hærentia pediculis, ampla, vitiginea, unde toti plantæ nomen comparatum, profundis inciſuris, quandoque ſeptem, ſubinde paucioribus, ſed non ad umbilicum diviſa, & digitata, aliquando crena una, vel altera donata, modice piloſa conſpiciuntur. *Flores* pediculis frequentibus, tum è foliorum ſinu, tum è caulis faſtigio in *ſpicam* protracto, tum ex ramis exeuntibus inſident cærulei, è quinque *petalis* villoſis compoſiti, cum *calcari* brevi craſſiuſculo retrorſum extenſo, *apicibus*, & *ſtaminibus* foliaceis medium occupantibus. His ſuccedunt *ſiliquæ* tres quatuorve corniculatæ, ut in *Aconitis*, ſed majores, in quibus *ſemina* magna, rugoſa, nigra, triangula, urentis facultatis vi (guſtata) os incendentia reponuntur. Iſtis autem matureſcentibus, *radix* perit. *Sponte naſcitur in locis opacis.*

Vires, & Uſus.

Semina, *ſeu* grana *in uſus ſervantur (in quibus vis excalefaciens admodum intenſa eſt, & guſtantibus os incendens) commanſa magnam pituitæ copiam eliciunt; maſticatoriis addita dentium dolores tollunt; & capitis morbis è frigida, & pituitoſa intemperie natis ſubmovendis conferunt.* Grana *decem, vel quindecim in aqua mulſa trita, ac data, craſſa quæque per vomitus educunt; qui autem hauſerunt, obambulare debent; & diligenter animadvertendum eſt, ut aqua mulſa aſſidue detur, eo quod ſtriangulationis periculum adferant, & fauces urant.* Hæc Dioſcorides. *Sed apud modernos uſus internus oppido rarus, aut nullus eſt. Extrinſecus ad enecandos fugandoſque pediculos uſurpari ſatis notum eſt.*

DELPHINIUM HORTENSE, FLORE MINORE.
T. 427. *Vid. Icon.* 10. *Tab. XLV.*

DElphinium *à formâ floris nondum explicati, qui* Delphinum, *qualis à pictoribus pingi ſolet, quodammodo refert. Antiqui à foliis quæ* Delphinorum *effigiem repreſentant: Unde & nomen tractum eſt, ut ait* Dioſcorides. *Lib.* 3. *cap.* 83. Conſolida regalis *dicitur, eo quod in vulneribus* conſolidandis *ſupremum occupet locum.*

DElphinium hortenſe, flore minore. *T.* 427. *Conſolida regalis, hortenſis, flore minore. C. B. P.* 142. *Conſolida regalis. Lob. Cam. Delphinium elatius ſimplici flore. Cluſ. Caulem* habet erectum, firmum, bicubitalem, & tricubitalem, non à principio ramoſum. Hunc indiſcriminatim ambiunt *Folia* multifida, pallidiora, & frequentiora, quam in vulgari. Poſt dimidium *alæ* proveniunt, ſimilibus foliis tenuioribus onuſtæ. *Flores* in longiores *ſpicas* erectas naſcuntur, ſex *petalis* conſtantes, quorum quatuor in latera expanduntur, quintum ſupernum *cauda*, aut *calcari* in poſteriorem partem prominente inſignitum, reliquis majus, cujus ſubeſt ſextum medium florem occupans. Flori ſuccedunt, ut plurimum ſingularia, rarius plura longiora, & craſſiora *cornicula*, *ſemina* includentia. *Color floris* in hoc genere mirum in modum variat: nam aut *niveus* eſt, aut *exalbidus*, aut *carneus*, iſque vel *ſaturatus*, vel *dilutus*, aut *cineraceus*, aut *purpureus*, ſeu *violaceus*, atque is, vel *dilutior*, vel *ſaturatior*, nonnunquam etiam *verſicolor* eſt, vel media ex parte *purpureus*, altera *incarnatus*, vel *ſuaverubens*, interdum etiam altera parte albus. *In Hortis colitur. Floret Majo, & Junio.*

Vires, & Uſus.

Delphinium *exiſtimatur à pleriſque Botanicis inſigne ophtalmicum, & vulnerarium. Porro diureticum habetur, & alexipharmacum.* Moriſ. *Omnes ſpecies* Delphin. *Siccant, & calore, & frigore temperatæ ſunt, ſubaſtringunt, vulnera conſolidant, partum facilitant intrinſecus, & extrinſecus adhibita.* Schrod.

AQUILEGIA FLORE SIMPLICI. *J. B.* 3. 484.
Vid. Icon. 11. *Tab. XLV.*

AQuilegia *dicitur, quod aquas legat, foliaque dum creſcunt, & in ſe convolvuntur, aquas colligant. Aliis* Aquileja, *quaſi* Aquilina, *ob florum mucrones aduncos, quales ſunt* Aquilini ungues, *dicta videtur.*

Aqui-

AQuilegia flore ſimplici. *J. B.* 3. 484. *Cam. Aquilegia. Dod. p.* 181. *Aquilegia ſylveſtris. C. B. P.* 144. *Aquilegia vulgaris, flore ſimplici, Park. Aquilina. Lob. Tab. Matth. Et Columbina, quibuſdam flore cæruleo, Svvert.* *Radicibus* firmatur craſſis, & fimbroſis, durabilibus; ſupra quas, juxta exortum, ſibi incumbentium pediculorum congerie, gracilia dependent *Folia*. His paullo poſt ampliora ſuccedunt, *Chelidonii majoris*, aut *Thalictri latifolii* figura, & inciſuris conformia, è virore utrinque cæſia, ter terna, ut plurimum, ſingulari pediculo, quarundam umbelliferarum in modum, inſidentia; atque inter illa *Caulis* ſeſquicubitalis in multos attollitur ramulos, ſubinde ſecundum trifidas foliorum particulas diviſos in alias tenuiores *alas*, quarum ſummitatibus exhibentur *Flores* deorſum nutantes cærulei, duplice petalorum ſerie conſtantes, quinis videlicet *petalis* parvis, & anguſtis, in ſtellæ modum radiatis, & quinis aliis infundibuliformibus, *corniculis* cavis, ſurſum reflexis, gracilitate *cervicem*, & *roſtella columbarum* referentibus, unde *Columbinæ* nomine donatur planta; erumpentibus è medio ſtaminibus, è quibus parvi *apices* dependent. *Floribus* delapſis, ſingulis ſuccedunt quina *cornicula*, ſiliquæve acuminatæ, ſibi invicem in fundo conjunctæ, *ſemina* ſubrotunda, nigricantia, lucida continentes. *Creſcit ſata in Hortis, ac ſolo pingui: nonnunquam in locis ſylveſtribus incultis. Floret Junio, & Julio.*

Temperamentum, & Vires.

Aquilegia *moderate calida, & ſicca eſt.* Semen *ejus valde laudatur in variolis, & morbillis explendis.* Sim. Paul., *non minus ſinceritate, quam arte clarus, dicit ſancte teſtari ſe poſſe,* Semen *in pulverem tritum, & in idoneo vehiculo propinatum, veluti ab orco revocaſſe tenuioris ſortis puerulos morbillis, & variolis laborantes. Laudatur ejuſdem, necnon ex* Floribus *factus* Syrupus *in iiſdem affectibus. Plurimum laudat* Ettmull. Florum *tincturam cum acido præparatam, puta cum phlegmate Vitrioli ſp. proprio acidulato, quæ ceteris (ut autumat in praxi) petechias, & variolas expellit. Prodeſt etiam in* Scorbuto *dum expellit maculas. Idem faciunt ex* Seminibus *parata remedia.* Aquilegiâ *ad faucium pharyngis, & tracheæ incendium, & ulcuſcula, utitur plebecula.* Lob. *in* Adv. *At illâ utuntur Medici in ſcorbuticis oris affectibus, & inde natis gingivarum eroſionibus.* Semen *tuſum, & cum croco è vino bibitum proponit* Tragus, *ut certum medicamentum adverſus morbum regium, adhibita cura ut poſt aſſumptam doſin æger in lecto ſe componat, & ſub ſtragulis ſudorem provocet. Idem tenuiſſime contuſum, & ex Vino propinatum, ut prodidit* Cluſius *à* Rapardo *editus, mulieribus in partus difficultate cum optimo ſucceſſu exhibetur; Si prior tamen hauſtus minus fuerit efficax, alius ſimilis propinandus eſt.*

DISTRIBUTIO XXV.

PLANTAE SILIQUOSAE.

Chelidonium majus, vulgare; Fumaria vulgaris; Fumaria bulboſa, radice cavâ, major; Pervinca vulgaris, anguſtifolia flore cæruleo; Pervinca vulgaris, latifolia, flore cæruleo; Aſclepias albo flore, *ſive* Vincetoxicum; Seſamum; Corchorus, *ſive* Melochia; Oxys flore albo, *ſive* Trifolium acidum; & Balſamina fœmina.

CHELIDONIUM MAJUS, VULGARE. *C. B. P.* 144.
Vid. Icon. 1. *Tab. XLVI.*

CHelidonium Dioſcoridi *l.* 2. *c.* 211. *cui* χελιδὼν *id eſt* Hirundo, *avis, nomen impoſuit: vel quòd hanc herbam primùm invenit, oculis pullorum excæcatorum viſum hac reſtituens, ut ex* Dioſcorid. Plin. *l.* 25. *c.* 8. *refert; vel ut idem l.* 8. *c.* 27.

CHelidonium majus, vulgare. *C. B.* 144. *M. H.* 2. 257. *Cluſ. H.* 203. *Chelidonia. J. B.* 3. 482. *Chelidonium majus. Dod. p.* 48. *Trag. Fuch. Tur. Geſn. Hor. Dod. Ad. Lob. Cæſ. Lugd. Tab. Ger. Radix* minimo digito craſſior, fibroſa, rubra, vel aurei coloris: *Caules* producit teretes, hirſutos, propter radicem, & genicula tuberoſos. *Folia* cum *Aquilegiæ* foliis ſimilitudinem aliquam habent, utcunque tamen majora, longiora, numeroque plura, ad coſtam ex intervallis adnexa, ut plurimùm ſena, ſeptimo alam claudente. *Flores* crocei quatuor foliis conſtant, multiſque ſtaminibus concoloribus, quos ſequuntur *ſiliquæ* oblongæ, *ſemen* continentes pallidum, Papaverino majus. Folia autem, caules, & flores, ac imprimis radix, rubrum croceumve, lentum, amarum, & graviſſimi odoris ſuccum fundunt. *Creſcit paſſim juxta ſepes, adhæreſcitque muris: Floret primo ſtatim Vere, & per multam AEſtatem.*

Temperamentum, & Vires.

Calefac., & *ſicc.* 3. *validè abſterg. atten. ſaporis eſt acris, & amari, bilem per alvum, & urinam educit, viſum acuit. Hinc conducit in Ictero, obſtructione Lienis, Epatis, & Ureterum.* Radix *alexipharmaca ſtatuitur (pro ſuppoſitorio uſurpatur). Extrinſecus oculorum imbecillitati, ulceribus, cæteriſque affectibus medetur (cujus rei gratiâ ſunt qui ſuccum luteum ex rupto caule manantem, oculis indunt). Sunt qui ad Icterum ſanandum plantis pedum ſupponunt.* Schrod.

FUMARIA VULGARIS. *J. B.* 3. 201.
Vid. Icon. 2. *Tab. XLVI.*

FUmaria *à* fumo, Claritatem (*inquit* Plinius) *facit inunctis oculis, delacrymationemque, ceu* fumus: *unde nomen.*

FUmaria vulgaris. *J. B.* 3. 201. *Fumaria Officinarum, & Dioſcoridis; flore purpureo. C. B. P.* 143. *Fumaria. Dod. p.* 59. *Trag. Fuch. Fumaria vulgaris, latifolia, ſiliquis curtis, non bivalibus. M. H.* 2. 261. *Fumus terræ. Brunf. Thal. Ger. Cauliculi* ſunt tenues admodum, genicula habentes, ramoſi, vix ſurſum attolluntur, niſi adminiculis fulciantur, ſed in latus utplurimum declinant; adminiculis autem appoſitis quibuslibet, pedunculorum ope in altum attolluntur: *Folia* undiquaque exigua ſunt, per margines diviſa, veluti *Coriandri* folia, quæ ſimul cum cauliculo ſubcandido colore virent: *Flores* ſpicatim digeſti exigui circa ramulorum faſtigia ex purpura rubent, cum rictu anterius, & calcari poſterius; aliquando albeſcunt: quorum ſingulis ſingula ſuccedunt *vaſcula* rotunda, minutula, at in ſingulis *Semen* parvum continetur: *Radix* tenuis recte demittitur. *Creſcit paſſim in Hortis, Vineis &c. Floret Majo, & Junio.*

Vires, & Uſus.

Splenetica eſt, ac Epatica: attenuat, ſeroſos, bilioſos, ac aduſtos humores ſenſim expurgat, viſcera reſerat, reſerata roborat, ſanguinem purificat. Hinc uſus præcipui ad expellendas variolas, & morbillos, in ſcorbuto, aliiſque morbis menſenterii, & Lienis, in Ictero, in ſcabie omnis generis, & Simil. Schrod. Succus, *vel* Aqua *diſtillata oculis inditi, illorum caliginem, ſcabiem, & rubedinem diſcutiunt emendantque.* Succus Fumariæ *cum* Succo Laphati *acuti, modico Aceti, & Mellis temperatus ita ut Unguentum fiat, omnis generis ſcabiem perſanat illitu. Conſervantur flores ſaccharo, melancholicis affectibus, & cachecticis ſalutares.* Decoctio Fumariæ *adhibito Fœniculo obſtructiones hepatis aperit, perque ureteres urinam ducit. Vid.* Dioſc. Galen. Plin. Meſues *&c.*

FU-

FUMARIA BULBOSA, RADICE CAVA, MAJOR. *C. B. P.* 143 *Vid. Icon* 3. *Tab. XLVI.*

FUmaria bulboſa, radice cavâ, major. *C. B. P.* 143. *Fumaria radice tuberosâ, major, radice cavâ. M. H.* 2. 261. *Fumaria bulboſa, radice cavâ, flore purpuraſcente. J. B.* 3. 204. *Radix cava. Dod. p.* 3. 27. *Cluſ. Hiſ. Ger. Park. Folia* ſunt *Coriandri* modo diſſecta, tenuia, dilute virentia, cæſio videlicet *Aquilegiæ* foliorum colore, quorum formam aliquatenus referunt, minora tamen; *pediculi* tenues, teretes, leves, palmum longi, ſupra quos ſuperiore parte *Floſculi* digeſti, longi, cum rictu anterius, & calcari poſterius veluti in corniculum deſinentes, *Linariæ* quodammodo floribus conformes, dilute in rubro purpuraſcentes, nunc ſubalbidi: *Semen* in folliculis, ſeu *ſiliquis* curtis, latiuſculis, planis, exiguiſque, nigrum parvum, & ſplendens apparet: *Radix* tuberoſa, inferiore parte ſeſſilis, & excavata, adinſtar dimidiati putaminis *Juglandis*; caro tuberoſa, dum recens ſublutea, ubi exaruerit in virore nigricans, guſtu amaritudine auſtera. *Creſcit in dumetis, locis frigidis, & opacis, ut & in vineis. Floret Aprili.*

Temperamentum, & Vires.

Radix *Calef.* 2. *ſicc.* 3 *abſterg. ſuabſtr. aperit. Epatica eſt, Uterina, Alexipharmaca, ſudorifera, diuretica, & vulneraria. Uſus præcip. in ciendis menſibus, lochiis: fœtum mortuum expellit. Ictero medetur, ſanguinem mundificat, adeoque & ſcabiei ſuccurrit.* Extrinſecus *commendatur, quam maximè ad vulnera etiam inveterata, & fiſtuloſa, utpote quæ mundificat, & conſolidat; ad ſcabiem, ad dolores podagricos (à frigidis humoribus) ad ſanguinem coagulatum in contuſionibus, ad putredinem oris.* Schrod. Radix *Anginas tumeroſque inveteratos amygdalarum curat, ſi eâ in aqua ſola, aut Aceto facta decoctione os gargarizetur: humores craſſos incidit, & diſſipat. Prodeſt & tumoribus palati, & gingivarum inſperſus ejuſdem pulvis. Cum Unguento populeo conſumit hæmorrhoidas, earumque dolores ſedat.* Rad. *in pulverem efficaciorem, & delicatiorem ad Lumbricos interimendos prædicant; abſtergunt cum nonnulla aſtrictione;* Radix, Flores, *& tota* herba, *quomodocunque uſurpata, in cibo etiam, & potu hepatis obſtructionibus efficaciter medetur.* Succus *ex* herba, radicibus, *&* floribus *expreſſus, duarum unciarum pondere potus expellit vermes. Idem præſtat* Radix *in Vino ſumpta, minore quidem doſi junioribus propinanda.* Succus *dicto modo mane, & veſperi adhibitus, cancro, fiſtulis, cæteriſque putridis ulceribus medetur; Vuluri* Fumaria *etiam utiliter propinatur. Cæterum hæc, ut* Fumaria *vulgaris, ſanguinem purificat. Vid.* Trag. Dodon. Camer. Fuchſ. Tabern., & Sim. Paul.

PERVINCA VULGARIS, ANGUSTIFOLIA, FLORE CAERULEO. *T.* 120. *Vid. Icon.* 4. *Tab. XLVI.*

VInca pervinca, *à* vinciendo, & pervinciendo *nominatur.* Clematis *à* ſarmentis, *ſeu* flagellis *ſuis lentis viridibus, quibus vicina ſcandit, & amplectitur, dicitur;* κλῆμα κλήματος *enim* ſarmentum *ſignificat,* δαφνοειδὲς à foliis *rigidiuſculis laurinis, perpetua fronde virentibus appellatur.*

PErvinca vulgaris, anguſtifolia, flore cæruleo. *T.* 120. *Clematis daphnoïdes, minor, flore cæruleo. C. B. P.* 301. *M. H.* 3. 613 *Clematis daphnoïdes, minor, flore cæruleo, ſimplici. J. B.* 2. 130. *Clematis daphnoïdes. Dod. p.* 405 *Clematis, daphnoïdes, flore cæruleo. Eyſt. Radix* fibroſa: *Sarmenta* multa, tenuia, teretia, virentia, & geniculata, quaquaverſum per terram ſe ſpargunt, quam ubi arripuerint, è geniculis propagatis fibris rurſum radicantur: *Folia* è geniculis bina oppoſita, foliis *Laurinis* ſimilia, minora tamen multò, acuta, rigida, lævia, brevibus pediculis appenſa, ſupernè ſaturo virore nitentia, infernè dilutiore, ſapore adſtringente, ſubamaro; *Flos* pediculo è geniculis enato, duas uncias longo, ſingulari ſingularis inſidet, oblongus *Gelſimini* modo, nunc ſimplex in quinque lacinias altiuſculas, & latas diſſectus, nunc aucto foliorum numero multiplex, quorum interiora modò bina, modò terna ad imum integra, ſuperiùs ut extima laciniantur duntaxat, aliàs penitùs ſeparata: color ſimplici cæruleus cum apicibus concoloribus. *Siliquas*, ſive cornicula ſingularia, *Semina* longa continentia.

PERVINCA VULGARIS, LATIFOLIA, FLORE CAERULEO. *T.* 120. *Vid. Icon.* 5. *Tab. XLVI.*

PErvinca vulgaris, latifolia, flore cæruleo. *T.* 120. *Clematis daphnoïdes, major. C. B. P.* 302. *Dod. p.* 406. *M. H.* 3. 613. *Clematis daphnoïdes, major, flore cæruleo. J. B.* 3 132. Per omnia major eſt hæc *Pervinca* vulgari: *Florumque* duplicatione, & varietate peramæna. *Cæterùm* Pervincam *nemeroſis, umbroſiſque tractibus, & ſenticetis, atque agrorum marginibus, gaudere, ſemper virêre, Martioque, & Aprili potiſſimùm florere, in confeſſo eſt. Colitur in Hortis.*

Temperamentum, & Vires.

Refrig. ſicc., & aſtringit. (Dodonæo *calefacit* 1.) *ſicc. amplius. Vulneraria inſignis eſt. Uſus præcip. in fluxioribus alvi, dyſenteria, hæmorrhoïdibus, expuitione ſanguinis, vulneribus ſeroſo liquore manantibus.* Extrinſecus *in profluvio menſium, narium, in laxitate, & dolore dentium: lac extinctum revocat.* Schrod. *Viridia verò femoribus adalligata menſium abundantiam cohibent, & conceptus adjuvant.* Chabr.

ASCLEPIAS ALBO FLORE. *C. B. P.* 303. *Vid. Icon.* 6. *Tab. XLVI.*

ASclepias *ab* AEſculapio *Inventore dicitur.* Vincetoxicum, *quod venena vincat, & contra ea adhibeatur. Hirundinaria à ſiliquarum forma, appellatur, quæ ſe aperientes, pulmoſum ſemen oſtendunt, caudæ extenſæ hirundinis volitantis ſimile: aut ab integra ſiliqua medio tumida, quæ totum corpus ejuſdem quodam modo refert.*

ASclepias albo flore. *C. B. P.* 303. *M. H.* 3. 611. *Aſclepias, ſive Vincetoxicum multis, floribus albicantibus. J. B.* 2. 138. *Vincetoxicum. Dod. p.* 407 *Aſclepias vulgi, Apocynum Dioſcoridis. Col.* 2. 37. *Apocynum, Aſclepias dictum. Par. Bat.* 43. *Hirundinaria. Off.* Numeroſas *radix* demittit fibras, benè habitas, longas, albas, guſtu nauſeoſo. *Caules* ſurrigens lentos, cubitum & ſeſquicubitum altos, hirſutos, geniculatos: ad quorum genicula bina ſemper *Folia* adverſo ex brevibus pediculis ſurſum vergentibus, nonnihil per extremos margines, & nervos hirſuta, formâ hederaceorum, longiora, rugoſiora: ex quorum alis pediculi producentes *Flores* privatis inſuper pedicellis donatos ſuſtinent albicantes, quinque foliis conſtantes (*Trago* ex candido palleſcentes) totidem apicibus concoloribus rotulæ modo, ſeſſilique piſtillo viridi, medium occupantibus: hiſce ſuccedunt *cornicula* ſeſcunciam, aut amplius longa, *Semen* tomento involutum continentia, ruffum. *Naſcitur in altis, arenoſiſque montibus, & ſylvis, in nonnullis etiam rupibus: in primis verò incultis, ac deſertis locis. Floret menſe Junio, & Auguſto.*

Temperamentum, & Vires.

Calefacit ſicc. moderatè, atten. alexipharmaca, ac ſudorifera eſt inſignis. Uſus præcip. in peſte, aliiſque venenoſis affectibus, in obſtructionibus menſium, in palpitatione cordis, ac lipothymia, in Hydrope. Semen *commendatur ad calculum. Extrinſecus uſus tam* Florum, *quàm* Radicum, *ac* Seminis *eſt in ulceribus ſordidis, ac malignis purificandis, ad ictus inſector venenator. in ulceribus mammarum &c.* Schrod.

SESAMUM. *J. B.* 2. 896. *Vid. Icon.* 7. *Tab. XLVI.*

SEſamum *inter fruges retulerunt* Dioſc., & Theop.

SEſamum. *J. B.* 2. 896. *Dod. p.* 531. *Seſamum Veterum. C. B. P.* 27. *Sempſen, Seſamum. Alpin. AEg.* 37. *Eigitalis Orientalis, Seſamum dicta. T.* 165. *Seſamum verum. Lugd. Cam. Cord. in Dioſc. Geſn. Hort.* Per *Caulem* cubitalem *Folia* habet ſemiuncialibus pediculis hærentia, craſſiuſcula, ex atro virore nonnihil rubentia, oblonga, acuminata, ſubinde quoque, ſaltem inferiora, ſinuata: ex caulis alis *Flores* emicant calythi forma, rictu majore anterius donati, poſterius craſſa ſatis tuba cava præditi, albi, quibus ſingulis deciduis ſubveniunt *ſiliquæ* rectà ſecundùm caules aſcendentes, quatuor loculamentis totidemque valvulis, in quarum ſeries unica, *Seminum* exalbidorum compreſſorum continetur, duplici

me-

medulla præditorum. *Hujus ſemen ex Græcia, & Peloponneſo ad nos convehitur. Creſcit in Arvis, & in Hortis.*

Temperamentum, & Vires.

Oleum *quod AEgyptii* Sitis *appellant, ad cibos in frequentiſſimo eſt uſu.* Plantæ *decocto utuntur in fotu ad ophthalmias ad tuſſim, anhelituſque difficultatem, peripneumoniam, pleuritidem, & minores duros ſchirros: mulieres pro uteri duritie inſeſſiones faciunt, & utuntur ad capitis furfures livoreſque faciei, & ad tumores ſchirroſos:* Planta, & Seminibus *coctis cum Melle ad exſiccatos nervos, ad combuſtas partes, ad calidas inflammationes;* Decocto *clyſteribus ad colicos dolores, & ad emolliendam alvum utuntur, & ad movendas menſtruas purgationes.* Seminis *ad cibum uſus eſt antiquus, pauci eſt nutrimenti.* Oleum *feceſque bibere, ut impinguefcant mulieres in balneis familiariſſimum habent;* Oleo *etiam ad multa alia uti AEgyptii conſueverunt, quippe ad cutis poſtulas, aſperitatem, atque omnem defœdationem ex melancholico humore ortam, tum epoto, tum in cibis uſurpato, vel ipſis affectis partibus inunctis. Secretum apud quoſdam, ad cutis pruritus ejuſdem* decoctionem *quatuor uncias multis diebus bibendam exhiberi. Ex* Seſamo *fit Oleum, quo AEgyptii utuntur, quod auribus,* Plinio *teſte, utile eſt. Non ſolum hæc AEgyptiis manifeſta fuerunt, ſed multi alii eadem ex ipſis memoriæ prodiderunt, ut* Rhaſis, Avicennas, Hali, Serapio, *atque alii.*

CORCHORUS, *ſive* MELOCHIA. *J. B.* 2. 982.
Vid. Icon. 8. *Tab. XLVI.*

Corchori Plinius, *lib.* 25. *c.* 13.

Corchorus, *ſive* Melochia. *J. B.* 2. 982. *Corchorus Plinii. C. B. P.* 317. *M. H.* 2. 283. *Lob. Lugd. Melachia. Alp. AEgypt.* 39. *Melochia, ſive Corchorus verus. Chabr. Caule* cubitali lævi: *Foliis Cynocrambes*, vel *Mercurialis* majoribus, duas, aut tres uncias longis, ſeſquiunciam latis, per ambitum ſerratis, quæ parte ima barbulam utrinque unam, ſeu apophyſin linguulæ inſtar tenuem poſſident: *Flores* parvi ſunt, & crocei, *Leucoi* floribus minores. *Siliquæ* brevi pediculo hærent ſingulares, quatuor, aut quinque uncias longæ, ſtriatæ, ſenſim uſque ad mucronem attenuatæ; compluria ſecundùm longitudinem (quinque ordinarie) habentes loculamenta, in quorum ſingulis unica continetur ſerie, *ſeminum* ſubviridium, aut ſubcæruleorum, anguloſum, parum guſtu viſcidorum. *Creſcit in Hortis: Floret initio Septembris.*

Temperamentum, & Vires.

Foliorum *decoctum eſt pectori amicum, ipſum enim humectat, ex quo ſiccis aſperiſque tuſſibus præſentaneum cum ſaccharo candido fit auxilium; atque ægre ſpirantibus* ſemina *pondere duarum drachmarum ſumpta copioſiſſime purgant omnes humores.* Moriſ. *Facultate autem planè ſimilis eſt Althea, teſte* Jo Bauh.

OXYS FLORE ALBO. *T.* 88.
Vid. Icon. 9. *Tab. XLVI.*

Oξυτρίφυλλον *quibuſdam dicitur ab acido ſapore, & forma* Trifolii: Oxys Plinio *l.* 27. *c.* 12. *folia terna habet.*

Oxys flore albo. *T.* 88. *Trifolium acetoſum, vulgare. C. B. P.* 330. *M. H.* 2. 183. *Oxys, ſive Trifolium acidum, flore albo. J. B.* 2. 387. *Trifolium acetoſum, flore albo Eyſt. Dod. p* 578. *Fuch. Lugd. Oxys Pliniana Geſn. Adv. Lob. Oxys alba. Tab. Ger. Alleluja vulgò.* Hæc eſt *Herba* humilis, cujus pediculi è radice exeunt tenues, quibuſque ſingulis terna inſident foliola exigua, etiam pallide virentia, ſapore acida; atque eorum ſingula cordis effigiem quadanteṇus referunt: *Flores* in brevibus pediculis oriuntur, & inter folia ex radice orta profiliunt, candidi ut plurimum, aliquando purpuraſcentes, pentapetali; quos ſequuntur *Capitula Orchi* fructui paria, pentagona, & quinque loculamentis diſtincta in quorum ſingulis plurima *Semina* minuta latent: *Radix* tenuis, obliqua, ruffa, & diu vivens. *In ſylvis, & humidis locis* umbroſis ſatis frequens; *Aprili, & Majo floret.*

Temperamentum, & Vires.

Datur ad ſtomachum diſſolutum, beneficio cujus reſtituitur ad tonum ſuum; edant, qui enteroceſen habent. Temperiem frigidam, & ſiccam Oxys *habet, putridis, ac fœtidis oris ulceribus medetur, ſitim arcet, atque eadem, quæ* Oxalis, *ſeu* Acetoſa *poteſt.* Moriſ. *Cardiaca, & Epatica eſt ſingularis* &c. Schrod.

BALSAMINA FOEMINA. *C. B. P.* 306.
Vid. Icon. 10. *Tab. XLVI.*

Balſamina *à* Balſamo *propter vim* Balſamicam Momordice, *quam* Auctores Rei Herbariæ *inter* Balſaminæ *ſpecies recenſuerunt.*

Balſamina fœmina. *C. B. P.* 306. *Eyſt. Cam. Tab Ger. Balſamina fœmina, perſicæ folia, vel ſalicis folio. J. B* 2. 909 *Balſamine, Herba impatiens, ſive Noli me tangere. M. H.* 2. 281. *Balſamina amygdaloides, Geſn. ad Cord. Caules* rectos, craſſos, ab imo ramoſos, glabros, læves, ſuccoſos veluti *Portulacæ*, inferius nonnihil ſæpe rubentes, circa quos *Folia* oblonga, acuminata, *Salicis* aut *Mali Perſicæ* arboris foliis nonnihil ſimilia, per marginem tenuiter ſerrata, è quorum ſinu duo, aut tres, nunc plures *Flores* erumpunt, inſidentes ſubrubentibus pediculis, anterius latiores, ac patentes, poſterius in calcar, ſeu corniculum *Naſturtii Indici* more veluti in recurvam caudam deſinentes, colore elegante dilute rubentes, vel candido, vel rubro, & flore variegato elegantiſſimo: quorum ſingulis ſuccedunt ſingulæ *Siliquæ* rotundæ, aſpræ, hirſutæ, per maturitatem lutæ, quæ ſponte aperiuntur, aut tactæ ſinduntur in quaterna, aut quina *loculamenta* valvulis extrinſecus luteis factis, immediate poſt tactum ſpargentibus *ſemina* oblonga, teretia, fuſca. *Creſcit in Hortis flos ante Autumnum apparet: Semina medio Autumno matureſcunt, fructus inquam, vel lævi concitatu valvulis ſeſe contrahentibus cum ſubito ſtrepore, timorem incutientes, ſemina circa manum tangentis ſpargunt.*

Temperamentum, & Vires.

In Oleo Liliorum, aut Chamæmeli decoctam, & applicatam, urinam movere Geſnerus *eſt author. Idem in ſtranguria* folia *ejus utiliter impoſuit, & miram etiam vim habere in urina cienda dicit.* Folia *quina, aut ſena in poculum Vini injecit, vinumque mulieri* ςραγγουρία *laboranti porrexit, & Vino epoto ſtatim melius ſe habuit. Vid.* Moriſ. Dod. &c.

DISTRIBUTIO XXVI.

PLANTAE TETRAPETALAE CRUCIFORMES, SILICULOSAE, ET SILIQUOSAE.

Iſatis ſativa; Lunaria major, ſiliquà rotundiore; Lunaria major, ſiliquà longiore; Thlaſpi arvenſe, ſiliquis latis; Thlapſi vulgaris; Naſturtium hortenſe, vulgatum; Naſturtium hortenſe, criſpum; Burſa-Paſtoris major, folio ſinuato; Lepidium Plinii; Cochlearia folio ſubrotundo; Raphanus ruſticanus; Raphanus niger major, rotundus; Braſſica capitata, alba; Braſſica capitata, rubra; Rapa ſativa, rotunda; Rapa ſativa oblonga, *ſeu* fœmina; Napus; Sinapi rapi folio; Eryſmum vulgare; Eruca ſativa; Siſymbrium aquaticum; Leucojum luteum vulgare; Heſperis hortenſis; & Alliaria.

ISATIS SATIVA. *Dod p. 79. Vid. Icon 1. Tab. XLVII.*

Iσατις *Græcis, Latinis* Iſatis *itidem, &* Glaſtum. Cæſ. *lib. V.* Glaſto *inficiunt, quod cæruleum efficit colorem. Dicitur Iſatis à nonnullis Guadum, ab* Italis Guado, *voce ut videtur à* Glaſto *detorta.*

Iſatis ſativa. *Dod. p. 79. Trag. Fuch. Geſn. Lac. Iſatis ſativa, latifolia. C. B. P. 113. T. 211. M. H 2 286. ſive Glaſtum ſativum. J. B. 2. 909 Glaſtum ſativum, Tur. Ad. Lob. Cam. Park. Lugd. Ger. Glaſtum vulgo Guadum. Cæſ. Folia* habet longa, lata, colore ſaturate virentia, *Plantaginis anguſtifoliæ* foliis majora, glauca, cum nervo, ſeu vena alba in medio: *Caulis* bicubitalis, & altior, qui in multos ramulos brachiatus *Floſculos* exiguos promit, luteos, tetrapetalos, dependentes, cum multis *ſtaminulis* in medio itidem luteis; quorum ſingulis ſinguli ſuccedunt *folliculi*, ſeu *ſiliquæ* bivales, ſepto medio brevi ſatis duplicem ſeriem *ſeminum* dirimente, quæ hinc inde à dextris, & ſiniſtris ipſius ſepti medii maturatis ſeminibus rubris nigreſcunt, vix trientem unciæ longitudine excedens: *Radix* candida, oblonga, ſenſim attenuatur, & in altum deſcendit. *Pinguem, ac lætum deſiderat agrum.* In *Umbria* maximus proventus habetur circa *Nuceriam*, ubi oppidum eſt *Guadum*, ideo appellatum, quod ibi *Iſatis* frequentiſſime ſeratur. *Majo, ac Junio floret; Semen ſerius perficitur.*

Foliis tuſis tritiſque ſuccus expreſſus in magnas pilas, ſive globos ad tincturæ uſum digeritur: imbuuntur his lanei panni, ipſæque lanæ telæque lineæ aliaque cæruleo colore.

Temperamentum, & Vires.

Valenter exſiccantis eſt facultatis; amara ſimul, & aſtringens, proinde magna vulnera corporis glutinat; Sanguinis profluvio laborantibus partibus utiliter imponitur: tumores ædematoſos mirifice digerit ſimul, ac reprimit: omnibus ulceribus malignis, & cacoethis mirabiliter reſiſtit, etiamſi putreſcant, aut exedantur, eadem curat. Galen., *&* Dioſc.

LUNARIA MAJOR, SILIQUA ROTUNDIORE. *J. B. 2. 881. Vid. Icon. 2. Tab. XLVII.*

Lunaria *à* Lunâ, *propter ſiliquarum formam.*

Lunaria major, ſiliquâ rotundiore. *J. B. 2. 881. Viola, lunaria, major, ſiliquâ rotundâ. C. B. P. 203. Viola latifolia. Dod. p. 161. Cluſ. Pan. Lugd. Viola lunaris I. Tabern. Ic. 313. Leucojum Lunatum, ſeu lunarium latifolium, majus, annuum, ſiliquâ rotundâ, flore violaceo, ſeu ſubcæruleo. M. H. 2. 245. Lunaria Græca. Eyſt. Lunaria Græca. Cæſ. Lob. Lon. Violla lunaris, ſeu Bulbonac, Ger. Park. Leucojum* hoc *ſi iqua* lunata rotunda *Flore* violaceo *Caule* aſſurgit bicubitali, ſatis craſſo, in ramos diviſo: *Folia* promit virentia, glauca, lata, per ambitum crenata adinſtar *Urticæ majoris*, aut herbæ *Alliariæ* vocatæ ſimilia, ſed majora: in ſummis caulium ramis *Flores* producit tetrapetalos, colore pulchre nitentes, purpureos, aut ſubcæruleos; quos ſequuntur *ſiliquæ* planæ, latæ, propemodum rotundæ, ex binis valvulis tenuiſſimis (membraneis veluti laminis) compactæ, intra quas & ſeptum medium pellucidum hinc *Semina* lata, plana, compreſſa, ſubrotunda, obſcure fuſci coloris, forma διχοτόμυ Lunæ quaſi plenæ latent, ſepto medio membranaceo, maturo ſemine, pellucido, & quaſi ſatinum album referente, & ſeparante duplicem ſeminum ſeriem, hinc unam, illinc alteram: *Radices* ſubſunt craſſæ, candidæ, in diverſos tuberculos tendentes. *Copioſe creſcit in ſaltibus Turingiæ ſilvæ, & in hortis: Floret Martio, & Aprili.*

Temperamentum, & Vires.

Eſt guſtu calido, acri, & amaro, teſte Lobelio, *præſertim* Semina, Radices *tamen Acetariis, ut* Rapuntii *radices manduntur, nec perinde ſunt acres, ut* Cratevæ Thlaſpi *radices traduntur. Abſtergit modice, calefacit, urinam cit, ut* Rapunculus. Semen *tritum cum Aquis appropriatis exhiberi epilepticis ſcribit* Schvvenfeldius.

LUNARIA MAJOR, SILIQUA LONGIORE. *J. B. 2. 882. Vid Icon. 3. Tab. XLVII.*

Lunaria major, ſiliquâ longiore. *J. B. 2. 882. Viola lunaria, major, ſiliquâ oblongâ. C. B. P. 203. Lunaria Græca ſiliquis longis. Geſn. Hort. Lunaria Græca ſiliquis longioribus. Thal. Leucojum majus perenne ſiliquâ lunatâ longâ mucronatâ. M. H. 2. 246.* Hoc *Leucojum* perenne ſiliqua oblongiore mucronata *Foliis* eſt latis, *Lunariæ* primæ inſtar, ſerratis, & acuminatis; *Flos* itidem purpureus, aut ex albo ſubcæruleus, tetrapetalus; *Siliqua* quæ ei ſuccedit oblonga eſt, & primæ *Lunariæ* ſiliquis latitudine multum cedit, binis etiam utrinque membranis, ſeu valvulis exterioribus amplectentibus *Semina* terna quaternave, hinc inde inter membranas exteriores, & mediam itidem exſiccatam pellucidam ſita. *In Monte abundat. Translata in Hortos hyemem perfert, virens Januario. Floret Majo.*

Temperamentum, & Vires.

Hujus Semen *abſtergit, & urinas provocat. Quidam in Helvetiis Chirurgus ex* Lunariæ perennis *contuſis* Foliis *parabat Unguentum vulnerarium, non contemnendum.* Pulvis Seminis *amariſſimus cum Aqua appropriata exhibetur in epilepſia,* Camerario *aſſerente.*

THLASPI ARVENSE, SILIQUIS LATIS. *C.B.P. 105. Vid. Icon. 4. Tab. XLVII.*

Thlaſpi *à verbo* Græco θλάπσο premo, *quòd fructum habet planum, & quaſi compreſſum.*

Thlaſpi

THlaſpi arvenſe, ſiliquis latis. *C. B. P.* 105. *M. H.* 2. 293 *Thlaſpi cum ſiliquis latis*. *J B* 2. 923. *Thlaſpi latius*. *Dod p* 712. *Thlaſpi Dioſc. Drabæ, & Camelinæ ſolio*, *Lob. Thlaſpi*. *Lugd. Ger.* Hoc *Foliis* eſt latioribus atque oblongis, utroque latere inciſis: *Caule* pedem alto, non abſque adnatis ramis, in quorum ſummis, brachiatis in plurimos alios, *Floſculi* erumpunt plurimi, primum albidi, demum vireſcentes, tetrapetali, cum plurimis ſtaminulis in meditullio, atque ſingulis flacceſcentibus ſuccedunt *Thecæ*, ſeu *capſulæ* utrinque tumidæ, & rotundiuſculæ, *Criſtæ galli* herbariorum capſulis haud diſſimiles, ſepto medio non tranſverſim, id eſt ante, & retro, ſed longitudinaliter, id eſt à dextris, & ſiniſtris, duplicem ſeriem *ſeminum* nigrorum, acrium, & guſtu fervidorum. Allium nonnihil reſipientium, diſtinguente: *Radix* tenuis, & ſemine maturo inutilis evadit, quemadmodum radices omnium ſtirpium annuarum plantarum, aut etiam earum, quæ poſt biennium, ant triennium aliquando, ſeminibus ad maturitatem perductis, pereunt. *Provenit ſpontè in agris, ac in hortis etiam ſeritur. Floret ineunte AEſtate, & eâdem exeunte ſemina perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Semen *facultatem habet, ut ait* Galenus, *acrem, internos abſceſſus rumpit, menſes movet, fœtus enecat, per ſedem infuſum ſanguinolenta evacuans iſchiadicis prodeſt, bilem per inferna, & ſuperna acetabuli menſura potum expurgat, authore* Dioſcoride. *Admiſcetur vero antidotis veluti Theriacæ, & aliis ejuſmodi. Acre aut mordax eſt Semen vulgatiſſimè, & vires habet cauſticas; calefacit enim, & exſiccat in quarto gradu, attenuat, provocat, incidit, urit, proinde ut Naſturtii Semen. Hæc* Svvenkfeldius.

THLASPI VULGATIUS. *J B* 2. 921.
Vid. Icon. 5. Tab. XLVII.

THlapſi vulgatius. *J B.* 2 921. *Thlaſpi arvenſe, Vaccariæ folio incano, majus*. *C B P.* 106. *Thlapſi alterum*. *Dod. p.* 721. *Thlaſpi vulgatiſſimum Vaccariæ folio*. *Ad. Lob. Thlaſpi vulgatiſſimum*. *Tab. Ger. Thlaſpi verum, cujus ſemine utimur in Theriaca*, *Cam. Thlaſpi officinarum*. *Col.* Hujus *Folia* longa ſunt, acuminata verſus mucronem, cum duobus mucronatis apicibus verſus appoſitionem foliorum cum caulibus: *Caules* ſimiliter habet ramos, & paris altitudinis cum priore: *Floſculi* tetrapetali albidi ſunt, quibus ſingulis ſuccedunt *capſulæ* longiuſculæ, bifidæ, ſepto medio longitudinaliter ſeparante ſeminum loculamenta à deſtris, & ſiniſtris, in quibus hinc inde continentur *Semina* ruffa, mordacia, acria, *Naſturtii* hortenſis ſeminibus ſimilia. *Uberrime provenit in agris cultis, & incultis. Floret AEſtate, ſemina paulo poſt perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Bauhinus Thlaſpi arvenſe Vaccariæ folio, incano majus *proponit, quia prædicta omnia ſupra recenſita præſtare poteſt. Calefac., & ſicc. 4 abſtergit. Uſus præcip. in internis abſceſſibus rumpendis, menſibus ciendis, Iſchiaticis affectibus curandis. Extrinſecus abſtergit ulcera quæcunque manantia, inſuperque ptarmicum eſt, ſed minùs vulgare. Gravidis, quia fœtum necat, infenſum cenſetur. Hæc* Schrod. *Plura apud* Jo. Bauh., & Sim. Paul. *de Facultatibus, & Viribus* Thlaſpios.

NASTURTIUM HORTENSE, VULGATUM.
C. B P. 103. *Vid Icon. 6. Tab. XLVII.*

NAſturtium Κάρδαμον Dioſc. *lib.* 2. *c.* 185. Theoph. *Hiſt. quaſi* καρήδαμον, *quod caput calore ſuo, & acrimonia tentet: vel* ἀπὸ τῆς καρδίας, *quod cordatos faciat, vel quod in Syncope cardiaca dicta, plurimum valeat: Latinis* Naſturtium, *à naribus torquendis; quod odore, & Seminis acrimonia ſternutamenta provocet: hinc* Plinio *lib.* 19. *c.* 8.

NAſturtium hortenſe, vulgatum. *C. B. P.* 103. *Naſturtium vulgare*. *J. B.* 2 912. *Naſturtium hortenſe*. *Dod. p.* 711. *Trag. Fuch. Lac. Ad. Lob. Lugd. Ger. Park. Naſturtium vulgare, ſeu hortenſe tenuiter diviſum*. *M. H.* 2. 300. *Folia* edit tenuia parva, multum laciniata: *Caule* conſtat tenui, ſeſquipedali, interdum in multos ramulos ſuperius brachiato: quibus innaſcuntur *Floſculi* plurimi, albidi, tetrapetali, quos ſequuntur *Siliculæ* bifidæ, prona parte cavæ, ſupina convexæ, ſepto medio longitudinaliter dividente duplicem ſeriem *Seminum* ruffeſcentium, acri guſtui ſapore. *In Hortis frequens, & familiare. Floret Majo, & Junio.*

NASTURTIUM HORTENSE, CRISPUM. *C.B.P.*104.
Vid. Icon. 7. Tab. XLVII.

NAſturtium hortenſe, criſpum. *C. B. P.* 104. *Naſturtium hortenſe, criſpum*. *J. B.* 2. 913. Hoc, foliis exceptis, cum vulgari convenit: *Folia* enim criſpa ſunt latiora, ſed minus criſpata.

Temperamentum, & Vires.

Semen, & Herba *ſicca calef., & ſicc.* 4. (Herba *viridis mitior eſt) utrumque attenuat, aperit, abſterg. Uſus præcip. eſt in tumido liene, menſibus obſtructis, fœtuque mortuo expellendo, tartaream mucilaginem Pulmonum incidit, Scorbuto confert. Vulgò itidem ad expellendos morbillos inſervit Semen. Extrinſecus uſu venit in apophlegmatis, Erbinis, phænigmis: furfures ac Scabiem fœdam capitis aliarumque partium ſanat, tritum, aut frixum, cumque porci axungia illitum.* Schrod.

BURSA PASTORIS, MAJOR, FOLIO SINUATO.
C. B. P. 108. *Vid. Icon. 8. Tab. XLVII.*

BUrſa Paſtoris *dicitur à fructûs formâ, qui ad* Paſtoris Marſupium *accedere exiſtimatur*.

BUrſa Paſtoris, major, folio ſinuato. *C B. P.* 108. *Burſa Paſtoris major*. *Brunf. Trag. Geſn. Hort. Burſa Paſtoria*. *J. B.* 2 936. *Dod. p.* 103. *Fuch. Burſa Paſtoria major*. *Tab. Burſa Paſtoris major vulgatior*. *Park. Burſa Paſtoris, major, capſulâ cordatâ, foliis laciniatis*. *M. H.* 2. 304. Hæc *Burſa Paſtoria major* in fertili ſolo pedalem attingit altitudinem, nonnunquam palmarem in ſteriliore ſolo: *Radice* nititur rectâ, albâ, fibroſâ, ſapore ſubdulci, & nauſeoſo, ex qua prodeunt *Folia* oblonga, integra, aliàs profunde laciniata, nonnihil hirſuta, pediculis fere uncialibus, cum folia ſuperiora in *Caulibus*, nec pediculum quidem habeant, ſed immediate cauli adhæreant: inter folia inferiora unicus exſurgit caulis, aliquando terni, quaterni, qui ſurgunt verſus in ramulos dividuntur, qui à medio fere ad ſummum faſtigium *Floſculos* ſpicatim emittunt, pedicello tenui ſemiuncialì innitentes, parvos, albos, tetrapetalos, in medio *ſtaminula* aliquot lutea habentes; interdum corymbatim in ſummo caule *Umbellam* florum quaſi efficiunt; quos ſucceſſive ſequuntur *capſulæ* cordatæ, tumidæ utrinque, bifidæ, marſupii paſtoris inſtar (unde ei nomen) ſepto medio longitudinaliter ſeparante duplicem ſeriem *ſeminum*, ex acuto exortu verſus pediculum, in latiuſculam crumenulam bifidam, cordatam, deſinentes, & ſemina in Capſulis ſepto diviſis continentes plurima ſubruffa. *Creſcit paſſim in locis incultis. Floret Aprili.*

Temperamentum, & Vires.

Refrig., & ſicc. adſtringit, & conſtipat: hinc valet in hemorragia narium, exſpuitione ſanguinis, diarrhæa, dyſenteria, mictione cruenta, (gonorrhæa) fluxu nimio mulierum. Externè vulneribus ſolidandis à plebeis adhiberi ſolet, nec ſine ſucceſſu: uti & hemorrhagiis narium (ſub alis, & in nucha, & plantis pedum). Quinimò adhibetur ſæpius in cataplaſmatis febrifugis, quæ carpis imponuntur: (item ad pudendorum tumores). Schrod.

LEPIDIUM PLINII. *Dod. p.* 716.
Vid. Icon. 9. Tab. XLVII.

LEpidium *à voce* Græca λεπὶς, ſquama: *eò quòd ſquamas, & maculas faciei auferre exiſtimatur*.

LEpidium Plinii. *Dod. p.* 716. *Lepidium latifolium, ſerratum*. *M. H.* 2. 312. *Lepidium latifolium*. *C. B. P.* 97. *Lepidium Pauli*. *J. B.* 2. 941. *Lepidium, ſive Piperitis*. *Cam. Lepidium Pauli, & Plinii*. *Matth. Lugd. Cæſ. Folia* ſunt oblonga, è cæruleo virentia, *laurinis* foliis majora, mollioraque, ambitu etiam crenata: *caules* cubito altiores, teretes, ac lenti, quorum *ramulis* ſuperioribus *Floſculi* innaſcuntur candidi,

minores, tetrapetali: hoſce ſequuntur *ſiliculæ* parvæ, bifidæ, ſepto medio ſecante longitudinaliter capſulam, ſeu ſiliculam in binas valvulas, in quibus hinc inde à dextris, & ſiniſtris continentur *ſemina* minuta, ruffa, calida, & mordacia. *Radix* longe lateque ſerpit. *Creſcit in Hortis, locis umbroſis Junio, ac Julio apparent floſculi.*

Temperamentum, & Vires.

Hujus Folia, *ſed præcipue* Radices, *vehementer quoque excalefaciunt, utpote fervida, & acria guſtu. Inter urentia, inquit* Plinius, *lib.* XX. *cap* XVII. *intelligitur. Sic & in facie cutem emendat, exulcerando, ita ut tamen Cera, & roſaceo facile ſanetur: ſic & lepras, & pſoras tollit ſemper, facillime etiam & cicatrices.* Moriſ.

COCHLEARIA FOLIO SUBROTUNDO. *C.B.P.* 110.
Vid. Icon. 10 *Tab XLVII.*

COchlearia *dicitur, quòd ejus folia* Cochlearis *inſtar quandoque ſint excavata.*

COchlearia folio ſubrotundo. *C. B. P.* 110. *Cochlearia. J. B.* 2. 942. *Dod. p.* 594. *Lugd. Cochlearia major, Batavia, ſubrotundo folio. M. H.* 2. 308. *Cochlearia Batava. Lob. Cochlearia* hæc humilis eſt planta: *Folia* fert in pediculis mediocris longitudinis exeuntibus ex *Radice* fibroſa, complura, ſplendentia virore, craſſa, ſpiſſa, modice cava, inſtar parvi, & non valde profundi Cochlearis, interdum in margine nonnihil anguloſa; inter folia per terram ſtrata, rotunda, prodeunt *Caules* dodrantales, & aliquando altiores: in caulium ramis conſpiciuntur *Flores* candidi, tetrapetali, cum multis *ſtaminulis* croceis, & *ſtilo* viridi ſecundùm eorum longitudinem: quorum ſingulos ſequuntur ſingulæ *Capſulæ* rotundæ, bivales, ſepto medio diſtinguente duplicem ſeriem *Seminum* rufforum. *Creſcit apud nos in Hortis, loca amans paluſtria, rigua, & umbroſa; floret Aprili, & Majo.*

Temperamentum, & Vires.

Calef., & ſicc. 2. *ad* 3 *aper. eſt ſplenetica, ac diaphoretica, fixos, ac crudos humores ſpirituales, ac volatiles reddens, putredinique reſiſtens. Hinc utilis in hypochondriacis, morbiſque Tartareis primæ regionis, ac præcipue in ſcorbuto, in cujus medicatione celeberrima audit. adhibeturque intus, & extra in gargariſmis (ad putredinem gingivarum), balneis, ad artum reſolutionem.* Schrod. *Conficitur Conſerva ex herba* Cochlearia, *& Sacchari duplo, vel triplo, quæ inſigni commodo illis datur, qui ſcorbuticis vitiis obnoxiis cibum faſtidiunt. Fit quoque ex eadem Aqua diſtillata, in qua antiſcorbutici pulveres ægris propinantur &c. Vid.* Sim. Paul.

COCHLEARIA FOLIO CUBITALI. *T.* 215.
Vid. Icon. 11 *Tab XLVII.*

COchlearia folio cubitali. *T.* 215 *Raphanus ruſticanus. C. B. P.* 96. *Ger. Park. Raphanus ſylveſtris, ſive Armoracia multis. J. B.* 2. 851. *Raphanus ruſticanus, craſsâ radice, Lapathi folio. Lob.* 320. *Raphanis magna. Dod. p.* 678. *Raphanus vulgaris, & ruſticanus, major Matth., aut Armoracia. Brunf Trag. Geſn. Raphanus ruſticus. Cam. Lugd. Raphanus ſylveſtris. Dioſc., ſeu Armoracia Plinii. Raphanus hic ruſticanus* grandia profert *Folia*, longa, lata, acuminata, crenata, ſaturato colore virentia, *Hippolapathi* foliorum quodammodo æmula, ſed paulo membranaceora, & duriora, ſeu aſperiora, *caulem* (quando promit) tenuem, in cujus faſtigio apparent *Floſculi* plurimi, albidi, tetrapetali, ſatis exigui pro magnitudine plantæ, quæ eſt ſatis grandis; quibus ſuccedunt, ſed raro, *ſiliquæ* curtæ, exiguæ, bivales, vix granum *Avenæ* majoris longitudine excedentes: *Radix* magna, albida, & late repens eſt, guſtu admodum acris, & mordax. *Gaudet ſolo humido. Floret Majo.*

Temperamentum, & Vires.

Calef., & ſicc. ad gr. 3. *incidit, atten. eaſdemque cum* Raphan. domeſtic. *qualitates habet, ſed fortiores: tartaream mucilaginem incidit, ciet vomitum (ſi ſuccus vel infuſio in Aceto cum Melle tepidè aſſumatur, & Aqua ſuperbibatur): Specificè ſcorbuticis prodeſt. Calculum pellit, menſes ciet. Extrinſecus prodeſt in febribus (tertiana, & quartana) Succus ol. piperino dorſo inunctus, pulſibuſque cum Sale com. impoſitus, vel umbilico applicatus, donec ſentiatur; (ſugillata tujus è veſtigio tollit, aut ſuccus expreſſus, auferendus, ubi mordere incipit. Seb)* Schrod.

PLANTAE TETRAPETALAE, CRUCIFORMES, SILIQUOSAE.

RAPHANUS NIGER MAJOR, ROTUNDUS.
M. H. 2. 265 *Vid. Icon.* 12. *Tab. XLVII.*

RAphanus *quaſi* ῥαδίως φαίνων, *facilè apparens, ſeu velocis incrementi.*

RAphanus niger major, rotundus. *M. H.* 2. 265. *Raphanus major, orbicularis, vel rotundus. C. B. P.* 96. *Raphanus, ſive radicula ſativa. Dod. p.* 676. *Raphanus niger rotundiore radice. Park. Raphanus radice nigrâ. Cam. Folia* emittit magna, virentia, aſpera, utroque latere ex coſta provenientia, profundis inciſuris diſſecta, *Rapi* foliis haud diſſimilia, ſed majora: *Caules* teretes ſunt, inque alas ſparſi, è quibus *Floſculi* tetrapetali dilute purpurei, quibus ſuccedunt *Siliquæ* craſſæ, acuminatæ, interius fungoſæ, in quarum gremio ſpongioſo latent plurima *Semina* rubra, rotunda, majora quam ſunt *Napi*, aut *Braſſicæ* ſemina: *Radicis* autem figura *Rapi* eſt rotundi, cujus cortex eſt niger, multoque acrior, Rapis ſapore accedens. *Creſcit in Hortis, gaudet ſolo humido.*

Temperamentum, & Vires.

Calef. 3. *ſicc.* 2. *aper. abſterg. atten. Uſus præcip. in calculo atterendo, ac expellendo, urina ac menſibus ciendis, in obſtructionibus Epatis, ac Lienis, attenuat mucilaginem viſcoſam in ventriculo, confertque ad diſtributionem chyli, chymique. Extrinſecus apponitur plantis pedum in febribus, ſicuti, & cervici in capitis dolore febrium malignarum comite. De uſu interno notandum, quod nauſeam, & ructus ciere ſoleat.* Schrod.

BRASSICA CAPITATA, ALBA. *C. B. P.* 111.
Vid. Icon. 1 *Tab XLVIII.*

BRaſſica *quaſi* πρασική olus, *per excellentiam. De ea enim teſte* Plinio *lib.* 20 *cap* 9., *ſcripſere* Chryſippus, Dieuches, Pythagoras, & Cato.

BRaſſica capitata, alba. *C. B. P.* 111. *J. B.* 2. 826. *Dod. p.* 623 *M H* 2. 206. *Caule* nititur craſſo: *Folia* initio fundit ampla, lata, ex albovirentia, craſſis coſtis albidioribus diſtincta, proceſſu temporis interna folia in *globi*, aut *capitis* formam arctiſſime contrahit, quæ propter defectum aëris candidiſſima evadunt, externis adhuc latis, amplis, & ſatis virentibus: capitulis vere diſſolutis caulis aſſurgit ramoſus, *Floſculos* tetrapetalos luteos ſuſtinens, quorum ſingulis ſuccedunt *ſiliquæ* ſingulæ, bivales, ſepto medio dirimente duplicem ſeriem *Seminum* &c. *In Hortis tum in agris, variiſque locis colitur.*

BRASSICA CAPITATA RUBRA. *C. B P.* 111.

BRaſſica capitata rubra. *C. B. P.* 111 *M H* 2. 207. *J. B* 2 831. *Dod. p.* 621. *Tab. Ger.* Hæc in omnibus convenit cum priore, niſi colore *Foliorum*, quæ una cum *coſtis* rubent: *caput* globoſum, ut plurimum minus eſt prioris.

Temperamentum, & Vires.

Folia *calef., & ſicc. citra acrimoniam, vulneraria ſunt, ebrietatem arcent, aſtringunt, & laxant, adeoque qualitatis mixtæ: nimirum, ut ajunt Salernitani,* Jus caulis ſolvit, cujus ſubſtantia ſtringit. *Extrinſecus uſitatum eſt ruſticis, Vulneribus* folia *imponere, ut conſolidentur, quin imò, & pleuriticis doloribus impoſita eos mitigant.* Semen *eadem pollet qualitate cum foliis* Schrod. De Braſſica Baptiſta Fiera *ſic cecinit:*

Jam veniat folio Chryſippi Braſſica criſpo,
Vel patulo, & lævi, vel glomerata coma.

Pri-

Prima ſalutifera, & ventrem lenire parata,
Bullierit modico ſi tamen igne, placet.
Omnibus ardor ineſt gravior, tum & eſca ſecundis,
Ne capiti noceant vina ſuperba premunt.
Extumidam referant veſicam, ægrumque lienem,
Hepar & obſtructum, femineumque femur.
Arida Socraticam pareret ni Braſſica bilem,
Jure erat in morbis omnibus illa ſatis.

RAPA SATIVA, ROTUNDA. *C. B. P.* 89.

Vid. Icon. 2. Tab. XLVIII.

Rapa *à voce* Græca ῥάπυς, *ſeu* ῥαφὶς, *quæ* Rapam *etiam ſignificat.*

Rapa ſativa, rotunda. *C. B. P.* 89. *Rapum ſativum, rotundum. J. B.* 2. 838. *Rapum vulgare, Dod. p.* 673. *Rapa mas. Theophraſti, & Plinii. Rapum. Dioſc. Rapum ſativum orbiculatum. Lugd. Folia* per terram ſparguntur ampla, ad *Braſſicæ* rubræ quodammodo accedentia, atrovirentia, aſpera, & hirſuta, rugoſaque, ad coſtam fere laciniata, ſaporis holeracei, fervidi, & acris guſtando: *Caules* cubitales, & ſeſquicubitales, quorum cymis inſiſtunt *Flores* ramatim, lutei, tetrapetali; *Semen* continetur rotundum, ruffum, in *ſiliquis* bivalibus *Braſſicæ* proximum: *Radix* ſeſſilis in ventrem ampliſſimum capite humano interdum paulo minorem, extuberat; tenuem radiculam, & ad plurimas minutas fibrillas alimentum hauſturas demittens; carne conſtat candida uniformi, firma ſatis, ſapore (cruda adhuc) calido, & acri, magis minuſve vegeto prædita, convenit ſapore cum *Braſſica ſylveſtri*.

RAPA SATIVA, OBLONGA, *ſeu* FOEMINA.

C. B. P. 90. *Vid. Icon.* 3. *Tab. XLVIII.*

Rapa ſativa, oblonga, *ſeu* fœmina. *C. B. P.* 90. *Rapa fœmina Theoph., & Plinii. Rapum oblongum. Trag. Oblongius. Dod.* 673. *Rapum ſativum oblongum. J. B.* 2. 838. Hoc *Rapum* convenit *Foliis*, *Floribus*, *Siliquis*, & *Semine* cum priore *Rapo rotundo*; *Radices* autem habet longas binos, aut ternos palmos, in terram deſcendentes, craſſitudine *Staphylino* luteo, *Carota* vulgo dicto, pares, cibo propter inſignem, quâ præditæ ſunt, dulcedinem gratiſſimæ. *Seritur utrumque genus in Hortis, & Arvis; Junio, & Julio menſibus, pro hominum, & pecudum alimento colligitur.*

Temperamentum, & Vires.

Rapi *cocta* Radix, *inquit* Dioſcorides, *alit, inflammationem, ſeu flatum parit, humentem, & fluxam carnem creat, Venerem, quatenus flatuoſum alimentum eſt, ſtimulat.* Decocto *podagræ pernioneſque foventur, contritoque* Rapo *atque impoſito juvantur; ſi excavatæ radici roſaceum ceratum addigatur, & ferventi cinere eliqueſcat, exulceratis pernionibus proficiet.* Cymæ *ejus decoctæ manduntur, & urinam cient.* Rapum *muria conditum minus alimenti præbet, ſed multo magis appetentiam recreat.* Radix Rapæ *excalefacit, & humectat.* Semen *vero ejuſdem calidum, & ſiccum; cum autem ſit amarum, abſtergit, aperit, digerit, at flatus gignit. Conſtat experimento,* ſemen *valere ad variolas, morbillos, nam potum ſemidrachmæ pondere morbillos, & variolas ad cutim expellit, inquit* Schrod. Semen Rapi longi *ad faciliorem ſcabiei, morbillorum, & variolarum eruptionem valet; nam humores ad cutim propellit drachmæ pondere potum.*

NAPUS. *J. B.* 2. 842. *Vid. Icon.* 4. *Tab. XLVIII.*

ΒΟΥΝΙΑΣ Dioſcoridi *l.* 2. *c.* 136. *ſignificatione à tumente figura deducta, quare* Rapis *hoc nomen magis competere, ſunt qui velint:* νάπυς *ſpecies* Galeno.

Napus. *J. B.* 2. 842. *Dod. p.* 674. *Napus ſativus Bunias, Fuch. Lugd. Bunias, ſive Napus, Ad. Lob. Caule* aſſurgit cubitali, & altiore, multis alis concavis: *Folia* parte infima pinis caulem amplectuntur, *pediculis* deſtituta, aut iis membranaceis hærentia, & inferiora quidem ſinuata, ſuperiora vero non item, in acumen enim deſinunt: *Flores* lutei *Braſſicæ*: *Semen* quoque ſimile, in *ſiliquis* aliquatenus longis; at *Radix* reperta eſt minus in ventrem extuberans, altiuſque demiſſa, ſapore acriuſculo, carnis compactioris candidæ. *Seritur in Hortis, & arvis. Floret à Vere in Æſtatem.*

Vires, & Uſus.

Semen *Calef. ſicc. abſterg. aper. digerit, atten., & incid. venenis potenter reſiſtit (unde & Theriacam Androm. ingreditur), morbillos, ac variolas peculiari facultate à centro ad circumferentiam corporis pellit, ideoque in febribus malignis, & petechialibus crebri uſus eſt, (in emulſionibus). Confert & in Ictero, urina remorata &c. Doſis drac. j.* Schrod.

SINAPI RAPI FOLIO. *C. B. P.* 99.

Vid. Icon. 5. *Tab. XLVIII.*

Sinapi, σίνηπι Dioſc. *l.* 2. *c.* 184., & Theop. 7. *Hiſt.* 3. & 6. παρὰ τὸ σίνεσθαι τοὺς ὦπας, *oculos enim lædit: dicitur etiam* Theophraſto νᾶπυ, *quaſi immite, ob vehementem ejus acrimoniam: &* Athenienſes Napy *appellaſſe* Plin. *l.* 19. *c.* 8. *author eſt,* Sinapi *nominans.*

Sinapi rapi folio. *C. B. P.* 99. *Sinapi, ſiliquâ latiuſculâ, glabrâ, ſemine ruffo, ſive vulgare. J. B.* 2. 855. *Sinapi ſativum prius. Dod. p.* 706. *Folia* ſunt *Rapæ* ſimilia, aſperiora tamen, ſed minora: *caulis Sinapi* rotundus, aſper, & hirſutus, bicubitalis, vel altior, *ramulis* aliquot brachiatus; circa quos *Floſculi* multi conſpiciuntur ordine digeſti, colore lutei tetrapetali, valde odorati, quos ſequuntur *ſiliquæ* bivales, planæ, quarum ſingulæ duplici ſerie *Seminum* ſcatent ad rubrum, ſive purpureum. *In Agris, & Hortis ſeritur. Floret ineunte Æſtate, atque verſus ejuſdem medium ſemina ejus maturantur.*

Temperamentum, & Vires.

Semen *Calefac., & ſicc.* 4. *incidit, atten. attrah. rubificat. Uſus præcip. in appetitu excitando, chylificatione promovenda; in affectibus hypochondriacis, ac quartana ex mucilagine tartarea, item in quotidiana (ante paroxyſmum, Doſ. drachm. j exhibita) in calculo: caput purgat. Extrinſecus in ſinapiſmis, in arcendo caro, (naribus inditum, vel in ſinapiſmo adhibitum) tumores maturos aperit, ſternutationem movet.* Schrod.

ERYSMUM VULGARE. *C. B. P.* 100.

Vid. Icon 6. *Tab. XLVIII.*

Eryſmum *à verbo* Græco ἐρύω ſalvum conſervo; *propter eximias qualitates, quas* Eryſmo *tribuerunt Antiqui.*

Eryſmum vulgare. *C. B. P.* 100. *M. H.* 2. 218. *Eryſimum Tragi, floſculis luteis, juxtà muros proveniens. J. B.* 2. 863. *Eryſimum, Irio. L. Tab.* 448. *Irio, ſive Eryſimum. Dod. p.* 714. *Irio, Matth. Lugd. Cæſ.* Eſt ramoſum, durum, *Foliis* ab utraque parte profundius inciſis: *Cauliculi*, tum & *ramuli* divaricati, tenues ſunt, lenti admodum, & obliquioſi, ſeu flecti faciles, quibus arcte in ſummis hærent *Floſculi* minutuli, lutei, tetrapetali; quos ſequuntur *ſiliquæ* teretes, tenues, bivalves, & unciales, denſe ſecundum caules adhærentes; in quibus *ſemina* plura exigua duplici ſerie latent &c. *Creſcit juxta vias, & in locis deſertis. Floret Majo, & Junio; Semina Julio, & Auguſto perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Eryſmi, *ſeu* Irionis ſemen *guſtu* Sinapi, *aut* Naſturtio *apparet ſimile, ita* Galenus *ait, facultate igneum eſt, & excalefactorium: eſt vero ſimul extenuans. Facit ad thoracis rheumatiſmos, ſuppurationes, tuſſes, icterum, & coxendicis dolores cum Melle delinitum. Ubi autem in eclegmate uti eo expedit, præſtat Aqua maceratum refrigerari, aut linteo involutum, & maſſa piſtoria oblitum aſſari. Bibitur & adverſus mortifera venena, addit* Dioſc., *quod cum Aqua, & Melle cataplaſmatis in modum impoſitum oculis proſit, cancris, parotitibus, duritiis à mammarum, teſtiumque inflammationibus.* Lobelius, & Pena *tantas attribuunt* Eryſimi Seminibus *dotes, quæ aſthmaticis, & farctui Pulmonum, vocique raucæ etiam diuturnæ, & prope invictæ, adeo præſenti ſunt remedio, ut fidem ferme ſuperet. Extrinſecus in Cancro non exulcerato, tumoribuſque renitentibus mammarum adhibetur.* Schrod.

ERUCA SATIVA. *Dod. p.* 708. *Vid. Icon.* 7. *Tab. XLVIII.*

Eruca, *quod vellicando linguam quaſi erodat:* εὔζωμον Dioſc. *l.* 2. *c.* 170., & Theop. 1. *Hiſt.* 9. *ob ſuavitatem, quæ ei in condiendis obſoniis ineſt,* Plin. *l.* 20. *c.* 13.

Eruca

ERuca ſativa. *Dod. p. 708. Ad Lob. Lugd. Eruca latifolia, alba, ſativa, Dioſcoridis C. B. P. 98. Eruca major, ſativa, annua, flore albo, ſtriato. J. B. 2. 859.* *Radice* tenui, alba, lignoſa donatur, ſapore acri: *Caules* ſunt ſubhirſuti, cubitales, & ſeſquicubitales: *Folia Sinapi* albo minora, tenera, glabra, ejuſdem cum radice ſaporis: *Flores* tetrapetali, dilute albidi, ſtriis nigricantibus picti, ex *calycibus* hirſutis *ſiliquæ* brevibus pediculis exeunt glabræ, longiores, & quadrangulæ, à lateribus ſe aperientes, per membranam mediam diſtinctæ, cui adhuc viridi hinc inde adhærent multa *Semina* matura flava, majora quàm in *Sinapi* jam dicto, minus tamen rotunda. *In Hortis colitur, totàque Hyeme in iis viret. Floret Julio, & Auguſto.*

Temperamentum, & Vires.

Eruca ſativa *cruda, ut ait* Dioſcorides, *coitum largiore cibo concitat: ipſius quoque* ſemen *ejuſdem eſt effectus: urinas movet, concoctionem juvat, alvoque eſt accommodata.* Erucæ *facultatem, & uſum Medicum* Plinius *explicat his verbis; Multo diverſæ quam* Lactuca *naturæ, conciliatrix Veneris, idcirco conjungitur cibis ut nimio frigore par fervor immixtus temperamentum æquet. Et alio in loco:* Erucæ ſemen *Scorpionum venenis, & muris medetur. Beſtiolas corpori innaſcentes, & omnia vitia cutis in facie, cum Melle illitum arcet: lentigines ex Aceto, cicatrices nigras reducit ad candorem cum Felle bubulino.* Foliis, *ut author eſt* Matthiolus, *coctis, additoque ſaccaro tuſſientibus pueris propinatur juſculum, quod tuſſim ſedat:* Semen *contuſum ex Vino potum lumbricos interimit, tumentem lienem minuit.* Folia *contuſa palpebris impoſita viſum acuunt:* Semen *cum Melle miſtum maculas omnes, & nævos faciei illitu tollit, efficacius vero (uti dictum) addito Felle bovino. Sunt qui pro certo, inquit* Camerarius, *aſſerunt multos annos ab apoplexia, & ejuſmodi affectibus immunes ſeſe præſtitiſſe, pulvere ex* Erucæ ſeminis, & Cymini *partibus æqualibus ſumpta.*

SISYMBRIUM AQUATICUM. *T. 226.*
Vid. Icon. 8. Tab. XLVIII.

SIſymbrium *alterum Latinis:* alii quia guſtu *κέρδαμον κερδαμίνην hoc eſt* Naſturtium repræſentet. Naſturtium *χάρδαμον* Dioſc. *l. 2. c. 185.*

SIſymbrium aquaticum. *T. 226. Naſturtium aquaticum, ſupinum, flore albo. M. H. 2. 223. Naſturtium aquaticum. ſupinum. C. B. P. 104. Siſymbrium cardamine, ſive Naſturtium aquaticum. J. B. Chabr. 282. Naſturtium aquaticum. Matth. Cæſ. Caſt. Dod. Lon. Siſymbrium Cardamine, Fuch. Lugd. Sion Crateuæ Erucæ folium, Ad. Lob.* Naſturtio aquatico huic *Caulis* eſt craſſus, longus, & inanis: *Folia* multa, oblonga, & virentia, ex pluribus in rotunditate oblongis compoſita, & petiolo, ſeu coſtæ adhærentia: *Flores* juxta alarum, & caulis ſuperioris partes particulatim prodeunt albi, ſeu ſubalbidi: *Siliquæ* deinde unciales, rotundæ, tenues, in quarum ſingulis *Semina* parva lutei coloris, duplici ſerie, & duplici loculamento, ſepto medio interveniente, continentur: pro *Radicibus* ſunt fibræ tenues, & candidæ, eidem qua parte aquis innaſcitur pluribus locis geniculatim adhærentes. *Creſcit in rivulis, vel paludibus: floret Julio, & Auguſto.*

Temperamentum, & Vires.

Facultatem habet calidam, & ſiccam ad ſtomacum &c. Specifice in ſcorbuto commendatur. Schrod. *Ejus* decoctum *in vino, aut lacte aliquot diebus continuis epotum, multum huic morbo prodeſt. Urinam provocat, calculum, & arenas conterit, ac expellit, renibus, & veſicæ utile eſt. Eſtur, inquit* Dioſcorides, *crudum, urinas movet, purgat lentiginem, & ephelim tota nocte impoſitum, matutinoque tempore detractum. Plura apud* Sim. Paul.

LEUCOJUM LUTEUM, VULGARE. *C. B. P. 202.*
Vid. Icon. 9. Tab. XLVIII.

LEucojum *à vocibus* Græcis *λευκὸν ἴον*, i. Viola alba, *non ratione florum, ſed potius à cinericeo foliorum colore: quamvis differentiam in floribus oſtendat, ſiquidem aut cærulei, aut albi, aut purpurei, aut lutei, reperiantur.*

LEucojum luteum, vulgare. *C. B. P. 202. Leucojum luteum, vulgo Cheyri, flore ſimplici. J. B. 2. 872. Leucojum luteum. Dod. p. 160. Fuch. Lob. Ad. Caſt. Cam. Leucojum ſativum luteum. Cluſ. H. Keiri, vel Cheiri, Geſn. Caules* ſunt ramoſi, virentes, pedales, & altiores aliquando, præcipue quando in ſubgrundiis ſæpius humectantur; quibus annectuntur geniculatim *Folia* oblonga, anguſta, glabra, in virore quandoque inalbicantia, majoris *Leucoji* foliis minora; ſummis caulium adhærent ſpicatim *Flores* plurimi, lutei, tetrapetali, perquam odorati; quos ſequuntur *ſiliquæ* paululum compreſſæ, oblongæ, bivales, duplici ſerie *Seminum* compreſſorum, oblongorum, fulvorum, intus latente, ſepto medio (maturis ſeminibus) membraneo, pellucido, eandem ſeriem *Seminum* hinc inde diſterminante, atque in ſingulis ordinibus plurima *Semina* continentur oblonga, compreſſa, ſubruffa. *Floret Martio, Aprili, & Majo. Creſcit in Hortis.*

Temperamentum, & Vires.

Leucojum *frutex univerſaliùs extergentem facultatem poſſidet, plus tamen* Flores, *& inter hos qui ſunt ſicciores magis etiam quam virides, adeo ut oculorum cicatrices craſſas extenuent. Tum menſes eorum* Decoctum *movet, & lochias; mortuum elicit, & ſi bibatur abortum facit. Eſt ergo in medicamentum, ut ſi quod aliud, amarum:* Semen *cum ſit ejuſdem facultatis, aptiſſimum eſt duarum drachmarum menſurâ potum menſibus ciendis medicamentum. Sed teſte* Plinio *minor vis eſt recentibus, ideoque acrius poſt annum eſt utendum. Inter omnia* Leucojorum *genera,* lutea *calido temperamento prædita eſſe, præſertim arida, teſtatur* Tragus. Floſculi *horum recens in Aqua decocti, & poti contra vulvæ inflammationes valent.* Succus *oculis inditus purgat eoſdem, omneſque maculas, & caligines diſcutit. Dein ſi è Vino bibatur, non ſolum menſes, ſed ſecundinas, & mortuos partus extrahit.* Aqua diſtillata *bis die pota quatuor, aut quinque cochlearium menſurâ, vitiis hepatis, & renum conducit, & Venerem ſtimulat per aliquot dies continue uſurpata, omnia interna membra roborat, ſanguinem purgat, & mentem exhilarat, dolorem ſedat, & quietem inducit. Cum Melle ulcera oris ſanat, conſervat paralyticos.* Meſues Oleum *de* Keiri *ex floribus* Leucoji lutei *conficit, ut* Chamæmelinum, *quod tenuat, digerit, ac ob id dolores thoracis, renum, & nervorum ſedat.*

HESPERIS HORTENSIS. *C. B. P. 102.*
Vid. Icon. 10. Tab. XLVIII.

HEſperis *cenſetur, cum ejus flos noctu magis oleat, quod ſibi* Plinius *tribuit, addens inde nomen inveniſſe.* Viola *dicitur* Matronalis, *quod à* Matronis *in hortis colatur, apud* Plinium *l. 2. c. 7.*

HEſperis hortenſis. *C. B. P. 102. Heſperis 3. Cluſ. H. Viola Matronalis. Dod. Geſn. Hort. Viola Damaſcena Swert. Folia* protrudit *Heſperis* à radice longa, ſubnigra, lata, per ambitum crenata: *Caules* emittit cubitales, & altiores foliis prædictis ſimilibus, ſed minoribus ornatos: *Flores* ſummis alarum virgis erumpunt tetrapetali, *Leucojis* perquam ſimiles, albidi, aut purpurei, diluteve purpurei: *Semen* in *Siliquis* bivalibus oblongis, & rotundis gignitur parvum, oblongum, duplici ſerie proveniens, ſepto medio membranaceo nutriente hinc unam, illinc alteram, colore in ruffo ſubnigricante: *Radices* ſubſunt fibroſæ, in medio validæ. *Naſcitur in Hortis, altero à quo ſata eſt anno, Majo, & Junio menſibus potiſſimum, non raro per totam AEſtatem flores ejus ſiliquæ producuntur.*


Temperamentum, & Vires.

Succum *è* floribus *expreſſum, cum aliis in Syrupo magiſtrali Comitiſſæ præſcribit* VVeer *de Scorbuto. Sunt autem* Violæ Matronalis folia *guſtu quidem acria, ac calida,* Erucæ, *cujus videtur ſpecies* Dodonæo, *ſapore, & facultate proxima.* Matronalem *porro* Violam *tuſſi, convulſis, & difficulter ſpirantibus mederi traditur* Cluſium, *urinas inſuper, & ſudores propellere, incidere, abſtergere, & digerere.*


Tab. XLI.
1. Ruta horten. latifol. C.B.P. 336.
2. Harmala. Dod. p. 121.
3. Stramonia. Dod. p. 460.
4.
5.
6.
7.
8.
4. Geranium folio Malvæ rotundo. C.B.P. 318.
5. Geranium Robertianum. Dod. p. 62.
6. Malva vulgaris, flore minore, fol. rotun. J.B. 2949.
Eq. J.B. Morandi fec.
7. Malva roſea, folio ſubrotundo.
8. Eadem flore pleno. C.B.P. 315.


Tab. XLII.
1. Altœa Dioſc. et Plin. C.B.P. 315. | 2. Alcea vulgaris, J.B. 2. 953. | 3. Xylon, ſive Goſsipiū herbaceū J.B. I. 343.
4
5.
4. Abutilon Dod. p. 656.
5. Pyrola rotundifolia, maj. C.B.P. 191.
6.
7.
8.
6. Ariſtolochia rotunda J.B. 3. 559. | 7. Ariſtolochia longa vera. C.B.P. 307. | 8. Ariſtolochia piſtolochia, ſeu Serpentaria Virgin. caul. nodoſ. T. 162.
Eques Jo. Bapta Morandi fecit.


1. Papaver hortenſe, ſimplex, ſemine albo. M.H. 2. 275.
2. Papaver criſtatum, floribus, & ſemine albo. C.B.P. 171.
Tab. XLIII.
3. Papaver erraticum, rubrũ, campeſtre. J.B. 3. 395.
4.
5.
4. Nymphæa lutea, major. C.B.P. 193.
5. Nymphæa alba, major. C.B.P. 193.
6.
7.
8.
9.
9.
8.
6. Nigella arvenſis, cornuta. C.B.P. 145.
Eq. Morandi fec.
7. Ead. Romana, etc.
9. Linũ praten. &c. C.B.P. 214.
8. Linum ſativum. C.B.P. 214.





Tab. XLIV.
1. Sedum maj. vulg. C.B.P. 283.
2. Sedũ min. teretifol. albũ. C.B.P. 283.
3. Sedũ min. luteũ fol. acuto. C.B.P. 283.
4. Sedũ parvũ, acre, flore luteo. J.B. 3. 694.
5. Cotyledon, Umbilicus Veneris. Cluſ. H. 63.
6. Telephium vulgare. C.B.P. 287.
7. Telephium latifol. peregr. C.B.P. 287.
8 Telephiũ luteũ, min. rad. roſ. redol. M.H. 3. 468.
Eq. Morandi Inv. et fec.
9. Pæonia Mas. Dod. p. 194.
10. Ulmaria. Cluſ. H. 108.
11. Veratrũ flo: ſubviridi. T. 272.


Tab. XLV.
1. Helleborus niger, fœtidus. C. B. P. 185.
2. Hellebotus niger, hortenſis, flore ſubviridi, aut viridi. C.B.P. 185.
3. Hellebor. niger, flore roſeo. C.B.P. 186.
4. Tribulus terreſtris. J.B. 2. 352.
5. Fraxinella, Officinis Dictamnus. J.B.3. 494.
6. Aconitum ſa=lutiferū, ſive An=thora. C. B. P. 184.
7. Aconitum cœruleū, ſive Napellus. 1. C. B. P. 183.
8. Thora Valdenſium. Lugd. 1735.
Eques Morandi Inv. et fec.
9. Staphis agria. C. B. P. 324.
10. Delphinium horten. flo. min. T. 427.
11. Aquilegia flo. ſimp. J. B. 3. 484.


Tab. XLVI.
1. Chelidonium majus, vulg. C.B.P. 144.
2. Fumaria vulgaris. J.B. 3. 201.
3. Fumaria bulboſa, rad. cava, major. C.B.P. 143.
4. Pervinca vulg. anguſtif. T. 120.
5. Pervinca vulg. latifolia. T. 120.
6. Aſclepias albo flore. C.B.P. 303.
7. Seſamum. J.B. 2. 896.
8.
9.
10.
8. Corchorus, ſive Melochia. J.B. 2. 982.
Eq. J.B. Morandi Inv. et fec.
9. Oxys flore albo. T. 88.
10. Balſamina fœmina. C.B.P. 306.



Tab. XLVII.
1. Iſatis ſativa. Dod. p. 79.
2. Lunaria major, ſiliquâ rotundiore. J.B. 2. 881.
3. Lunaria major, ſiliquâ longiore. J.B. 2. 882.
4. Thlaſpi arvenſe, ſiliquis latis. C.B.P. 105.
5. Thlaſpi vulgatius. J.B. 2. 921.
6. Naſturtium horten. vulg. C.B.P. 103.
7. Idem criſpum
8. Burſa Paſtoris major, folio ſinuato. C.B.P. 108.
9. Lepidium Plinii. Dod. p. 716.
10. Cochlearia fol. ſubrotun. C.B.P. 110.
11. Cochlearia fol. cubitalis. T. 215.
12. Raphanus niger major, rotundus. M.H. 2. 265.
Eques Morandi fecit.



Tab. XLVIII.
1. Braſsica capitata, alba. C.B.P. 111.
2. Rapa ſativa, rotunda. C.B.P. 89.
3. Rapa ſativa, oblonga, ſeu fœmina. C.B. P.90
4. Napus. J.B. 2. 842.
5.
5. Sinapi rapi fol. C.B. P. 99.
6.
6. Eriſmum vulg. C.B.P. 100.
7.
7. Eruca ſativa. Dod. p. 708.
8.
9.
10.
11.
8. Siſymbrium aqũticum. T. 226.
Eques J.B. Morandi fecit.
9. Leucojum luteũ, vulg. C.B.P. 202.
10. Heſperis hortenſis. C.B.P. 102.
11. Alliaria. J.B. 2. 883.

ALLIARIA. *J. B.* 2. 883. *Vid. Icon.* 11. *Tab. XLVIII.*

N*Omen procul dubio ab eo habet, quòd folia digitis comminuta* Allium *redoleant*.

ALliaria. *J. B.* 2. 883. *Trag. Fuch. Matth. Dod. Lob. Lugd. Tab. Ger. Park. Heſperis Allium redolens. M. H.* 2. 252. *Folia* autem huic lata ſunt, dilute virentia, & ſubrotunda, ambitu inciſa, ac in acutum mucronem deſinentia: *Caulis* tenuis cubito altior, circa cujus ramulos ſupernè gignuntur *Floſculi* candidi, tetrapetali, quibus ſuccedunt *ſiliquæ* tenues, parvæ, oblongæ, in ſe *Semina* exigua, nigra, duplici loculamento continentes, ſepto medio membraneo ſeparata: *Radix* oblonga, tenuis, duriuſcula. *Spontè variis locis, tum in Hortis, tum alibi, provenit: viretque Februario, floret Martio, ſiliquas fert Majo.*

Temperamentum, & Vires.

Excalefacit, ac ſiccat Alliaria, *ſed multo minus quàm* Allium *urinam cit, teſte* Ruellio, *ſi recens in potu teratur; ſicca in Vino coquitur ad ſerpentum ictus, ad venena omnia efficax; in roſionibus ſtomachi, dyſenteria, contumacibus urinis, ex mulſo duobus denariis datur bibenda, lentam pectoris craſſitiem digerit. Contra veterem tuſſim, & cum Reſina, & Melle ſicca lingitur. Podagras acri Aceto circumlitas mulcet. Impoſita menſes excitat. Ulcera vetera purgat, & ad cicatricem ex Melle perducit. Recentia quoque vulnera cogit farinæ* Alliariæ *conſperſio. Vis huic plantæ calefactoria, & deſiccatoria, verum non adeo vehemens, ut in* Allio. *Attamen hinc certo colligi poteſt, quod ea craſſos humores extenuare, & lentos incidere valet.* Semen *Emplaſtri modo impoſitum, vulvæque admotum, mulieres ſtrangulatu liberat, & excitat.* Herbam *in Oleo, & Aqua decoctam, & potam, aſthmaticis ſubvenire ſcribit* Camerarius. *Sunt qui* Dodonæi *teſtimonio* Folia *enematis incoquunt, quæ vel ad coli, vel nephriticos dolores injiciuntur, in quibus non modo flatus inſigniter diſcutere, ſed ex calculo dolores mitigare, ac ſopire feruntur. Excalefacit autem, & reſiccat ſecundo ordine intenſo, tertio autem remiſſo.* Alliaria *ſingularem vim, ac proprietatem, qua putredini adverſatur, habet, eademque ulcera putrida, ac ſordida abſtergit, & mundificat, minore tamen cum efficacia, quàm verum* Scordium. Succus *ſive ſimplex, ſive inſpiſſatus Unguentis Cataplaſmatiſque inditur ad gangrænam, aliaque ulcera putrida, ſordida, ac maligna, uti in tractatu* Fabricii Hildani *de* Gangræna, *&* Sphacelo *videre eſt. Abſtergit enim, ut antea monitum, mundificat, & putredini reſiſtit: parumque à vero* Scordio *diſcrepat.*

PLANTAE PAPILIONACEAE, SILIQUOSAE, MONOANGIAE, BIVALVES.

DISTRIBUTIO XXVII.

PLANTAE LEGUMINOSAE, MONOANGIAE, TRIFOLIATAE.

Phaſeolus major, *ſive* Smilax hortenſis; Melilotus Officinarum, Germaniæ; Melilotus major, odorata, violacea; Trifolium pratenſe, album; Trifolium bitumen redolens; Fœnum Græcum ſativum; & Anonis ſpinoſa, flore purpureo.

PHASEOLUS MAJOR, *ſive* SMILAX HORTENSIS, *C. B. P.* 339. *Vid. Icon.* 1. *Tab. XLIX.*

PHaſeolus, *quaſi* Phaſeulus, *ob ſeminis formam, quæ* Phaſelum *repræſentat.*

PHaſeolus major, *ſive* Smilax hortenſis. *C. B. P.* 339. *M. H.* 2. 68. *Smilax hortenſis. J. B.* 2. 255. *Dolichus, ſive Phaſeolus, Dod. fructu albo. Caules* profert tenues, longos, ramoſos, ſcandentes, & aſcendentes à dextra ad ſiniſtram, & in perticis, ac vicinis fruticibus ſeſe circumvolventes: *Folia* cordiformia, terna ternis ſuis petiolis propriis, ab extremo pediculi ortis, innituntur: *Flores* ex omnibus alis erumpunt numeroſi, candidi luteopallidi, aut rubentes, ſed vulgatiùs albidi: *Siliquæ* deorſum pendent ex longis pediculis ſex uncias longæ, ſemiunciam latæ, in medio tumidæ, & aliquatenus arcuatæ, extremâ, & inferiore parte ſiliquarum in unguiculum deſinente, in quarum ſingulis *Semina* ſeptena, octona; nunc pauciora: quina, continentur Semina, alba ut plurimum compreſſa, reniformia: *Radices* ſubſunt multæ, longæ, ac duræ. *Creſcit in Hortis. Floret Æſtate.*

Temperamentum, & Vires.

Simeon Sethi *apud* Fuch., *&* Mauritani *in primo ordine calidos, & humidos* Phaſeolos *ſtatuunt.* Galenus *etiam de Alim. Facul. humidiores natura aſſerit. Pergit* Sim. Sethi, *qui magis rubri ſunt calidiores.* Albi *igitur* Phaſeoli *craſſioris, & difficilioris concoctionis, ac humidiores quàm rubri. Proprietate quadam turbulenta ſomnia faciunt, ſed ad bonam habitudinem corporis conducunt, & urinas movent. Horum* decoctum *menſes movet; &c. Vid.* Moriſ.

MELILOTUS OFFICINARUM, GERMANIAE. *C. B. P.* 331. *Vid. Icon.* 2. *Tab. XLIX.*

MElilotus *à vocibus* Græcis μέλι Mel, *&* λωτός Lotus; *quaſi* Lotum Mel *olentem*.

MElilotus officinarum, Germaniæ. *C. B. P.* 331. *Trifolium odoratum, ſeu Melilotus fruticoſa, lutea, vulgaris, vel officinarum. M. H.* 2. 161. *Melilotus Germanica. Lob. Ic.* 43. *Trifolium odoratum, ſive Melilotus vulgaris, flore luteo. J. B.* 2. 370. *Melilotus Germanica flore luteo, Eyſt. Melilotus vulgaris, Lugd. Major vulgaris. Trag. Aſſurgit in Hortis* aliquando ad altitudinem, ſeu proceritatem humanam, multis alis rubeſcentibus ornata: *Folia Loti* ſativæ ſunt æmula, crenata, ſinuata potius, ac ſi limacibus, aut cochleis teſtaceis morderentur, aut comederentur. *Floſculi* in ſpica digeſti petalorum numero, & ſitu in *Geniſtæ* floribus, ſed ſunt multo magis exigui, odore tamen ſuaviore, & quaſi mellito, colore utplurimum luteo, *vaſcula* parva, pendentia ex curtis pediculis, matura nigra, magnitudine *Viciæ* fructus, oblonga tamen, & mucronata, rugoſa exterius, & nigra, quorum ſingula continent ſolummodo ſingula *ſemina* parva, recentia lutea, vetuſtiora ſubruffa. *Gaudet locis ſaxoſis. Floret integra Æſtate.*

Temperamentum, & Vires.

Hujus ſubſtantia, ut ait Galenus, *eſt magis calida quàm frigida; eſt enim* Melilotus *primi ordinis calida, & ſicca,*

ſicca, habet etiam quid aſtringens, ſed & diſcutit, & maturat. Dioſcorides *tradit*, Melilotum *malacticam, & aſtringentem habere facultatem, at malacticam habet non propriam, ſed quatenus inflammationes, aut alios collectos humores diſcutit, ac digerit. Uſus creberrimi præcipue extrinſecus, in tumoribus, doloribus, oculis rubicundis, in clyſteribus, & ſimilibus.* Schrod.

MELILOTUS MAJOR, ODORATA, VIOLACEA. *M. H. 2. 162 Vid. Icon. 3. Tab. XLIX.*

MElilotus major, odorata, violacea. *M. H. 2. 162. Lotus hortenſis, odora. C. B. P. 331. Lotus, ſativa, odorata, annua, flore cæruleo. J. B. 2. 368. Lotus urbana. Eyſt. Trifolium odoratum, alterum. Dod. p. 571. Melilotus ſingularis Alpin. Ponæ. Trifolium odoratum alterum, ſive Lotus ſativa. Lugd. Cauliculos* habet rectos, rotundos, inanes, cubitales, aut bicubitales, & aliquando longiores, qui in ramos multos dividuntur: *Folia* ſingulis geniculis terna adhærentia, *Trifolii bituminoſi* foliis ſimilia, leviter, ac ſuperficie tenus per ambitum crenata: ex alis inter foliorum pediculum, & caulem oriuntur cauliculi unciales, & biunciales, quandoque longiores, ſuſtinentes racematim congeſtos *Flores* papilionaceos, pallide violaceos, aut quaſi ex violaceo albeſcentes, ſeu dilute violaceos, quorum ſingulos ſinguli ſequuntur folliculi bivales, ſive veluti *Capitula* bivalvia, lævia, non aſpera nec rugoſa, recta; in quorum ſingulis plura continentur *Semina*, terna, quaterna rotunda: *Radix* hujus tenuis, & fibroſa. *In Campis, & in Hortis ſeritur.*

Temperamentum, & Vires.

Mediocriter concoquendi, & reſiccandi poſſidere facultatem, ait Galenus, *in caliditatis, & frigiditatis conjugatione mediam quodammodo temperatam eſſe.* Dioſcorides *ait extractum* ſuccum *addito Melle oculorum argemas, nubeculas*, λευκόματα *(Albugines vocant Medici Anatomici), & quæ pupillas oculorum obſcurant, expurgare. Paſſim per totam* Europam *Chirurgi oleum, in quo* Folia floreſque *hujus* Trifolii *(adde* Semina*) macerata, vulnera recentia glutinare tradunt, & ad puerorum enterocelas, bubonocelaſque plurimum commendant pro* Balſamo. *Interponitur & arida* herba *veſtimentis, quæ ne à tineis rodantur defendere putatur. Vid.* Moriſ.

TRIFOLIUM PRATENSE, ALBUM. *C. B. P. 327. Vid. Icon. 4. Tab. XLIX.*

TΡίφυλλον, Trifolium Dioſcoridi *l. 3. c. 123. ſic dictum, quod ſingulis germinationibus terna exeant folia.* Τρίφυλλον ἐν χορτόκοπειοις γενόμενον Græcis.

TRifolium pratenſe, album. *C. B. P. 327. Fuch. Dod. Gall. Trifolium pratenſe, album, vulgare, odoratum. M. H. 2. 137. Trifolium pratenſe, flore albo; minus, & fœmina, glabrum. J. B. 2. 380. Caules* palmares promit, & longiores, rotundos, ſubinde nonnihil hirſutos, ut plurimum per terram ſtratos, aut procumbentes: *Folia* ſummis pediculorum inſiſtunt terna ſimul juncta, quorum ſingula, quæ terræ, ac radicibus proxima, rotundiora ſunt; quæ vero ſecundum caules naſcuntur, oblongiora ſunt: rotundiora, & inferiora crebro candidiorem maculam διγοτόμου Lunæ ferè creſcentis ſimilitudine, in medio ſingula habent: *Flores* in ſummis caulibus exeunt in capituli modum, aut in ſpicam breviorem congeſti, colore pallide candidi, & olfacienti, aut guſtanti grati, & perdulces: *Semina* in exiguis, & curtis *ſiliquis* bivalvibus, quaterna aut quina, minuta in ſingulis conſpiciuntur: *Radix* longa, fibroſa, longe lateque repens, & ſe diffundens. *Naſcitur in Pratis. Floret Majo, & tardius.*

Temperamentum, & Vires.

Trifolii *hujus cum* Flores *tum* Folia *refrigerandi, ac reſiccandi potentiam obtinent. Fertur, ex horum decocto, addito Melle, enema, inteſtinorum roſiones, ac dolores ſedari, & viſcidos lentoſque adhærentes inteſtinis humores educi; ex ipſa vero* herba *Cataplaſma utiliter inflammationibus imponi. Paſcuntur verò* herba *hac cum boves tum jumenta cætera, at utiliſſime Vituli, & Agni: flores apibus grati ſunt, & conficiendo Melli apti, ſi Apes hâc herbâ prope alvearia conſitâ utantur.* Moriſ.

TRIFOLIUM BITUMEN REDOLENS. *C. B. P. 327. Vid. Icon. 5. Tab. XLIX.*

TRifolium bitumen redolens. *C. B. P. 327. Trifolium, aſphaltites, ſive bituminoſum, odoratum. J. B. 2. 366 Trifolium bituminoſum. Dod. p. 566. Tab. Ger. Park. Trifolium bituminoſum, ſeu Trifolium cæruleum, aut violaceum, bitumen redolens. M. H. 2. 136. Trifolium bituminoſum, odoratum. Eyſt. Trifolium aſphalthum. Lugd. Trifolium* hoc in fruticulum excreſcit cubitalem, ſeſquicubitalem in calidis regionibus, virgultis rigidis, incanis, ac etiam nigricantibus, ſtriatis, donatum: *Folia* exeunt terna, per primam adoleſcentiam rotunda, mox in ſuperiore *Cauliculi* parte oblonganţur in acutum mucronem deſinentia, incana itidem, & hirſuta, odore bituminis faſtidioſo, tactu glutinoſo: *Flores* non plane glomeratim congeſti, ſed oblongiore *Capitulo* diſpoſiti, colore purpureo-violacei, quorum omnium unum petalum latius ſurgit bina labialia, ſeu lateralia, quorum complexu quartum comprehenditur, apiculos luteos continens, ex *calycibus* oblongis, ſtriatis, villoſis, prodeuntes: *Semen* nigrum, aſperum, & hirſutum in cuſpidem deſinens foliaceam, ejuſdem cum reliqua planta odoris, *Cæſalpino* odore eſt medicato. *Colitur in Hortis.*

Temperamentum, & Vires.

Vis Trifolio, *quod* Aſphaltion *vocant. calida, & ſicca eſt, ut ait* Galenus, *proinde infuſum, & potum laterum dolores ab obſtructionibus liberat, urinam menſesque provocat.* Hippocrates Trifolium *hoc non ſolùm menſes provocare, ſed & fœtus cum ſumptum, tum appoſitum, expellere tradit: mulieri (inquit) ſi ex partu non fuerit purgata,* Trifolium *hoc in Vino albo bibendum; hoc etiam menſes educit, & fœtum ejicit.* Dioſcorides *ait*, Semen, *&* Folia *in Aqua pota pleuriticis, urinæ difficultati, comitialibus, iis etiam, qui Aquæ inter cutem principia ſentiunt, & hyſtericis auxiliantur. Dari autem debent* Seminis *drachmæ tres*, Foliorum *vero quatuor.* Radix *quoque antidotis, ut Theriacæ, additur, ut ait* Dioſcorides, *ſicut, & alii Authores.*

FOENUM GRAECUM, SATIVUM. *C. B. P. 348. Vid. Icon. 6. Tab. XLIX.*

FOEnum Græcum, τῆλις Dioſcoridis *l. 2. c. 124.* Theoph. *3. Hiſt. 13.* cui, & βούκερως *8. Hiſt.* ὁ κεραΐτης, *&* αἰγόκερως Græcis; *quarum appellationum major pars à ſiliquarum ſimilitudine deſumpta eſt, quæ corniculis ſimiles ſunt; ut Ceratis à cornu, AEgoceros à caprini, Buceros à bubuli cornu ſimilitudine: quare* Columella *l. 2. c. 11. ſimpliciter Siliquam.* Varro *Siliculam.* Plinius *l. 18 c. 16. Siliciam, & l. 25. c. ult.* Fœnum græcum *vocavit.*

FOEnum Græcum, ſativum. *C. B. P. 348. Lugd. Trag. Adv. Lob. M. H. 2. 166 Fœnum Græcum. J. B. 2. 363. Dod. p. 536. Caulem* ſingularem, tenuem, virentem, intus concavum, in alas ramoſque diviſum: *Folia* ei *Trifolii pratenſis* ſimilia, rotundiora tamen, minora, paulum cordata, quæ ſuperiore parte virent, inferiore vero ad cineritium incliuant: *Flores* in ſummis *virgis* gerit exiguos, candicantes, ſeu a bopallidos, *Lupini* ſylveſtris floribus minores: *Siliquas* longas, graciles, anguſtas, in medio tumidas, inſtar corniculorum recurvas, & in acutum mucronem deſinentes, in quibus *Semina* quina, ſena, ſeptenave, oblonga, quadrata, anguloſa, flaveſcentia, cum cavitate quadam ſingulis oblique impreſſa, quæque reſiccata cum gravedine quadam jucunde olent: *Radice* nititur tenui, & candida, ſingulis annis pereunte, *Floret Majo; ſiliquas vero Julio fert maturas.*

Temperamentum, & Vires.

Semen *Calef. 2. ſicc. 1. emollit, digerit, maturat, diſcutit, paregoricum eſt, uſuſque adeo famoſi, ut Cataplaſma dictarum intentionum Chirurgis vix uſitatum ſit, quin* Fœnugræcum, *vel hujus* Mucilaginem *contineat. Crebrique uſus eſt in Clyſteribus emollientibus, mucilagine ſuâ quippe ſuâ ſubſtantiâ obtundit acrimoniam, inteſtinoque eroſa oblinit. Inſuper conducit ejus Mucilago ad oculorum ſuggillationes diſcutiendas (impoſita).* Succus *autem* Fœnugræci *elixi cum Melle ſumptus, ad omnes pravos humo-*

res,

res, qui in inteſtinis habentur, ſubducendos accommodus eſt, ſuo quidem leniore leniens, calore autem dolorem mitigans. Quod autem abſterſoriæ quoque facultatis ſit particeps, inteſtina etiam ad excretionem inſtigat, ſed Mel eſt admiſcendum, ne mordacitas exſuperet. In diuturnis vero thoracis citra febrim affectibus, pingues cum eo Palmulas elixare quidem oportet: ubi autem Succum ipſum expreſſum copioſo Melle miſcueris, ac rurſum ſuper carbones ad mediocrem craſſitiem coxeris, tum demum longe ante cibum uti convenit. Gal. *in lib. de Simpl. Medicam. Facult. ait* Fœnumgræcum *calidum eſſe in ſecundo, ſiccum primo ordine, deinde ferventes phlegmonas irritat acerbatque: quæ vero minus calidæ, & magis duræ ſunt, eas digerendo curat.* Farina Fœnugræci, *ut* Dioſcorides *tradit, vim habet emolliendi diſcutiendique: cum Mellicrato decocta, & impoſita facit ad inflammationes tam internas, quam externas; lienem cum Aceto, & Nitro ſubacta extenuat.* Decoctum *ejus in ſexu muliebri mala quæcumque ex inflammatione, aut præcluſione orta, ſedat. Expreſſus in Aqua ſuccus decocti* Fœnugræci, capillos, *furfures, & manantia capitis ulcera,* ἀχῶρας *vocant, purgat: Cum Anſerina adipe peſſi vice ſubjectum, locos circa uterum emollit, ac dilatat;* Oleum, *quod ex eo exprimitur, capillos, & in genitalibus cicatrices abſtergit. Vid.* Moriſ. Schrod. Hartm., *& alios* Authores.

ANONIS SPINOSA, FLORE PURPUREO. C. B. P. 389. *Vid. Icon.* 7. *Tab. XLIX.*

ANonis, *vel potius* Ononis, *à voce* Græca ὄνος Aſinus, *quaſi dicas plantam* Aſinis *gratam.*

ANonis ſpinoſa, flore purpureo. *C. B P.* 389. *Anonis purpurea, vulgaris, ſpinoſa, flore purpureo, ſiliquis erectis, lentiformibus. M. H.* 2. 169. *Anonis, ſive Reſta bovis vulgaris, purpurea. J. B.* 2. 395. *Anonis. Dod. p.* 743. *Anonis ſpinoſa. Eyſt. Cauliculis* exit dodrantalibus, & paulo altioribus, geniculis aliquot articulatis, ramoſis obſequioſis, duris acutiſſimiſque *ſpinis* horrentibus, juxta quos *Folia* parva, tergemina, particularibus *Lentis* foliis majora, colore ſaturate virentia: *Floſculi* quoque ſecundùm cauliculos enaſcuntur formâ veluti *Ochri*, ſed colore utplurimum purpurei, raro albidi, quos ſequuntur valvulæ exiguæ *Lentis* minoris ſiliquarum magnitudine, in quibus ſingulis bina terna *Semina*, plana, reniformia, continentur: *Radix* longa, per terræ ſuperficiem ſparſa, lenta admodum, ac fractu contumax. *Creſcit in Campeſtribus, dumetis, arvis, juxta vias. Floret Junio, & Julio.*

Temperamentum, & Vires.

Radix *excalefaciens eſt, ut* Galenus *ait, quarto ordine; extenuans quoque, & incidens eſt:* Cortex *ejus cum Vino potus urinam cit, calculoſque diſſolvit, ac pellit, cruſtas vero abſtergit; decocta* Radix *in poſca dentium dolores mitigat, ore ſæpius colluto.* Plinius *comitialibus decoctum in Oxymelite ad dimidiam partem dari refert.* Matthiolus *ſibi notum hominem affirmat pulvere hujus* Radicibus *pluribus menſibus ſumpto, à carnoſo ramice curatum. Primos hujus ſubfruticis turiones, ſive aſparagos, priuſquam ſpinoſi fiant, muria condiri, & cibos gratiſſimos eſſe, author eſt* Dioſcorides. Semina *matura, &* Radix *Martii fine effuſa renibus adſcribuntur; ſapor eſt ſaponaceus, & penetrans; ea ergo vi* Decoctum *movet urinam, incidit pituitam, unde ad expurgandos renes, Icterum, uterum, & contra morbos frigidos pectoris laudatur:* Radices *ſunt inter radices diureticas,* Folia *inter Emollientia,* Semina *fortiſſimè aperiunt ut in* Meliloto. *Præter virtutem diureticam habet* Radix *quoque vim abſorbentem, & abſumentem Sarcocelen, & ramices carnoſos;* Folia, & Radices *conducunt in forma gargariſmatis pro ſcorbuto.* Boerh.

PLANTA LEGUMINOSA, MONOANGIA, PENTAPHYLLA.

LOTUS, *ſive* MELILOTUS PENTAPHYLLOS, MINOR, GLABRA. *C. B. P.* 332. *Vid. Icon.* 8. *Tab. XLIX.*

ΛΩτὸς Lotus *herba* (*de* Loto Arbore *hic ſermo non eſt*) Dioſc. *l.* 4. *c.* 111. Nomen *eſt antiquum, nam apud* Homerum *jam invenitur, & de eo phraſis: quodam veſcitur loto; & dicebat, Veteres de ea planta, quod ſi aliquis de hac herba guſtaſſet, omnium poſtea oblivicebatur, unde* Ovidius *canit.*

Sic nova Dulchio lotos guſtata palato,
Illo, quo nocuit, grata ſapore fuit.
Sentit amans ſui damna fere; tamen hæret in illis.
Materiam culpæ perſequiturque ſuæ.

LOtus, *ſive* Melilotus pentaphyllos, minor, glabra. *C. B P.* 332. *Lotus corniculata, glabra, minor. J. B.* 2. 356. *Lotus* πολυκέρατος *lutea minor foliis, & ſiliquis glabris brevioribus, & craſſioribus. M. H.* 2. 177. *Lotus ſativa. Matth. Lugd. Trifolium corniculatum.* 1. *Dod. p.* 573. Hæc *Lotus* glabra multis exit tenuibus, & infirmis *Cauliculis*, humi procumbentibus, circa *Folia* glabra, terna in ſummitate pediculi habet latiora, majora, & bina ad appoſitionem pediculi: *Flores* profert luteo ſplendentes, (*Geniſtam* referentes), multos in capitulum congeſtos, ſeu complures ſimul in virgularum faſtigiis eminentes: quibus ſingulis ſuccedunt *Siliquæ* bivalves, parvæ, oblongæ, ſuperioris tamen breviores, & paulo craſſiores; in quibus ſeries *Seminum* exiguorum, rotundorum, latet: *Radix* dura, & lignoſa, ex qua ſingulis annis regerminat. *Creſcit in collibus aridis, & Pratis eminentibus. Floret Æſtate, atque eadem exeunte ſemina maturat.*

Temperamentum, & Vires.

Facultatem evidenter aſtringendi poſſidet; eſt enim frigida, & ſicca natura ſua; idcirco inflammationibus utilis, & omnibus, quæ reprimi, & refrigerari deſiderant; adhibetur ſæpe illitione ad viſcerum fervidorum materiam concoquendam in tertianis nothis ex Floribus *Oleo imbuto, quod etiam oculis maxime conducit.* Moriſ. *Contra Hæmorrhoides laudantur, ſi* Folia *contrita applicentur; emollit enim, ac laxat, hinc Chirurgi ad emolliendum & laxandum, & maturandum utuntur, quemadmodum Malva.* Boerh.

DISTRIBUTIO XXVIII.

PLANTAE PAPILIONACEAE POLYPHYLLAE PLERUMQUE.

Triplex eſt harum Ordo. I. Siliquas fert bivalves juxta longitudinem deiſcente, per maturitatem. II. Fert Siliquas articulatas. III. Siliquas geminas.

I. ORDO.

FOLIIS CONJUGATIS COSTAE ADNATIS, DESINENTI VEL IN APICULUM, VITICULUM-VE, VEL FOLIO UNO IMPARI EXTREMUM CLAUDENTE.

Piſum majus, flore albo; Lathyrus ſativus; Vicia vulgaris, ſativa; Lens vulgaris; Faba; Galega vulgaris; Orobus Pannonicus; Ervum verum; Glycyrrhiza ſiliquoſa, *vel* Germanica; Glycyrrhiza capite echinato; Cicer ſativum; Vulneraria ruſtica; & Lupinus ſativus, flore albo.

PISUM MAJUS, FLORE ALBO. *M. H.* 2. 46.
Vid. Icon. 1. *Tab. L.*

PIſum *vocatur à* πίσε, *vel* πίσειν cecidit, *quia Piſum non ſubſtineatur, cadit in terram. Nonnulli nomen derivare volunt* ab Urbe Piſis, *ubi hæc planta olim magnâ copiâ creſcebat.*

PIſum majus, flore albo. *M. H.* 2. 46. *Piſum majus, quadratum, fructu cinerei coloris.* C. B. P. 342. *Piſum quadratum, Plinii. Lob. Ic.* 66. *Tabern. Piſum majus Ger. Dod. Anguloſum, ſeu hortorum Plinii. Ad. Lob. Piſum magnum peregrinum. Eyſt. Piſa majora, alba. J. B. Caules* habet longos, fiſtuloſos, fragiles, ex candore vireſcentes, ramoſos, humi ſparſos, niſi prope appoſitis adminiculis ſuſtineatur. *Folium* frequens ad ſingula genicula amplum, modo longum, modo obtuſum, cingens Caulem ad nodos, ut videatur perforari à caule in centro ejuſdem, inter caulem, & ipſius folii meditullium protruditur cauliculus, plures lobos, binos, ternos habens ex adverſo ſitos, cujus extremum claudit capreolus intortus; ex eodem meditullio oritur pediculus ſemipalmaris, ſuſtinens *Flores* plures, albos, papilionaceos; quorum ſingulis ſuccedunt *Siliquæ* ſingulæ, bivalves, longæ, teretes cylindri figurâ; in harum ſingularium parte concavâ continentur grana, nunc plura, nunc pauciora, recentia rotunda, reſiccata anguloſa. *Fructus* hujus rotundi ſunt albi, aut cinerei, imo ſubflavi conſpiciuntur ſæpius. *Colitur in Hortis, & in Agris. Floret Junio, atque ejuſdem ſemen maturum eſt Julio, & Auguſto.*

Vires.

Sunt in cortice, *vel in* Fructu *eduli, in* cortice *omnis vis eſt exhilarans, & in luxuriem excitans.* Fructus *farinæ gaudet nutrimento, & convenit cum* Fœnugræco, *nimis emollit, quia nullum aroma ineſt, hinc in inflammatione egregium eſt: viridis* Piſa *habet facultatem nutriendi, & in venerem excitandi, ita ut Equiſones ad equos ad labores excitandos his utantur.* Boerh.

LATHYRUS SATIVUS. *C. B. P.* 343.
Vid. Icon. 2. *Tab. L.*

LEgumen, *quod* Græci λάθιρον *appellant*, *à* Columella, & Palladio Cicercula *dicitur*; *de quo* Theophraſtus 8. *Hiſt. &c.*

LAthyrus ſativus, flore fructuque albo, vel purpureo. *C. B. P.* 343. *Lathyrus anguloſo ſemine. J. B.* 2. 306. *Lathyrus, ſive Cicercula. Dod. p.* 522. *flore albo, Aracus, ſive Cicera. Dod. p.* 523. *flore purpureo. Lathyrus minor ſativus, ſemine anguloſo. M. H.* 2. 52. *Lathyrus ſylveſtris flore albo, & purpureo. Cam. Lathyrus Anguſtifolius flore albo, vel rubro. Ger. Ervum album ſativum, Fuch. Lathyrus ſativus anguſtifolius, Lugd. Cicercula flore albo, vel purpureo. Park. Caules* huic prolixi ſatis, ac in ramos multos diviſi: *Folia* gemina, acuminata, glabra, ſtriata, cum duabus ad exortum appendicibus caulem amplectentibus. Inter folia proſiliens pediculi reliquum in tortiles abit *cauliculas*, quas proxima apprehendit. *Flores* candidi, aut purpurei, *ſiliquæ* latæ; atque in iis *Semina* alba, vel purpurea, lata, compreſſa, anguloſa. *Radix* fibroſa, & gracilis. *Colitur in Hortis, & arvis; floret ineunte Majo, & Siliquas perficit AEſtate.*

Temperamentum, & Vires.

Deſiccat exceſſu ſecundo, calefacit verò primo; idem capitis gravitatem facit, ventrem turbat, ſanguinem per urinam ducit, ſi comedatur ejus Fructus: *coctus tamen bobus appoſitus eoſdem ſaginat:* Farina *ejus bonam facit alvum, urinam cit, corporis colorem commendat. Frequentior ejus uſus in eſu, aut potu, ſanginem cum torminibus per alvum, & veſicam ducit: ulcera cum Melle purgat: lentigines, & aſpredinem cutis in facie, ejuſdemque maculas, & reliquum totum corpus mundum reddit. Nomas gangrenaſque cohibet, & mammarum duritiem emollit; fera ulcera, carbunculos, favoſque rumpit. In Vino macerata* ſemina, *canum, hominum, Viperarumque morſus illita ſanant. Cum Aceto autem difficultates urinæ, & teneſmos lenunt. Prodeſt etiam iis, qui cibo non nutriuntur, nucis magnitudine fixa, & cum Melle ſumpta.* Decoctum *ejus, fovendo, perniones, & in corpore pruritus ſanat, ex* Galeno.

VICIA VULGARIS, SATIVA. *J. B.* 2. 310.
Vid. Icon. 3. *Tab. L.*

VIcia *dicta à vinciendo (ut ait* Varro *de Re Ruſtica l.* 1. *c.* 31.) *quòd item capreolos habet ut Vitis, quibus ſurſum ad ſcapum Lupini aliumve calamum ad quem ut hæreat, eum ſolet vincire.*

VIcia vulgaris, ſativa. *J. B.* 2. 310. *C. B. P.* 344. *Park. Vicia Cam. Epit.* 320. *Dod. Ger. Vicia major vulgaris ſativa. M. H.* 2. 62. *Vicia* hæc ubique terrarum coli ſolita, *Caulibus* conſtat bicubitalibus, aliquando humilioribus, aliquando procerioribus, angulis, ſtriatis, cavis, hirſutis; *Foliorum* conjugationes ſenæ, ſeptenæ, nunc pauciores, nunc plures coſtæ mediæ longæ adhærent, in tortiles claviculas deſinenti, quibus proxima arripit adminicula: *Folia* uncialia paulo minora majorave (ſecundùm ſolum in quo ſeritur) anguſta, ad extremum lata, hirſuta, eademque rachi ex adverſo apponuntur; ex uniuſcujuſque coſtæ ſinu, *Flores* enaſcuntur bini, purpurei, papilionacei, aliquando plures; ſinguloſque excipiunt *Siliquæ* bivalves, ſingulæ quadrantales, & nonnunquam longiores, tumidæ, & eminentes (ſaltem conſpicuæ ubi appa-

rent grana) *Semina* claudentes *Piſi arvenſibus* pene paria, compreſſa, paululum fuſca, aut variegata, perraro nigra, nonnunquam alba. Mirifico foliorum luſu provenit *Vicia*, ut pene cuiquam imponat, veluti Proteus aliquis, ut eadem non eadem putari poſſit; ex his enim alia ſunt fere rotunda, alia cordata versùs extremum, alia anguſta, & longa: *Flos* unicus, ſed aliquando plures, multa purpura, ſeu rubro colore picti, brevi pediculo hærentes; & conſequenter *Siliquæ* ſunt erectæ, quia petiolo curto donantur; eæque quoque ſunt majores, vel minores: tunicæ quoque involventes *Semina*, ſunt magis minuſve depreſſæ, aut magis tumidæ (præcipue ubi ſemina apparent ipſa) quæ colore ſunt fuſcæ, aut nigræ exſiccatæ: ſeminibus copioſe (uſque ad octonarium, aliquando denarium numerum) fuſcis, variegatis, aut virore pallentibus, etiam nigris onuſtæ; denique albis, quaſi rotundis, parvi *Piſi arvenſis* æmulis, & à *Flore* rubro productis. Eſt & alia hujus varietas, flore rubro, ſemine minore ſubviridi. *Seritur in Agris. Floret AEſtate ineunte, & mediâ matureſcit ſemen ipſius.*

Temperamentum, & Vires.

Hæc Planta *dat bonum pabulum armentis, habet fabas, quæ pro Avena, & Herba pro Gramine inſerviunt; homines quoque collegerunt fabas in magnâ penuria, nec ſe inde male habuerunt.* Farina *ex* Seminibus *eſt, ut Farina Seminis Fænugræci.* Boerh.

LENS VULGARIS. *C. B. P.* 346.

Vid. Icon. 4. *Tab. L.*

LEns, & Lenticula φακὸς Dioſcoridi *l.* 2. *c.* 129. *Latinis* Lens *quaſi* lenis *dicta: nam, ut* Plinius *l.* 18. *c.* 12., *eâ veſcentibus æquanimitatem fieri apud authores ſe inveniſſe ſcribit.*

LEns vulgaris. *C. B. P.* 346. *J. B.* 2. 317. *T.* 390. *Lens vulgaris, minor. M. H.* 2. 59 *Lens vulgaris, ſive agreſtis, & Lenticulæ primum genus, Trag. Lens minor. Dod. Lob Cam. Ger. Lens* tenuibus exit *Cauliculis*, rectis, duriuſculis; *Foliolis* pluribus, rachis, ſeu coſtæ mediæ è regionibus *Viciæ* modo, ſed minoribus atque anguſtioribus: *Flores* papilionacei exigui ſunt, colore albi, aut purpuraſcentes: *Siliquæ* multæ, parvæ, compreſſæ, in medio tumidæ: *Semina* rotunda, compreſſa, bina, terna, in ſingulis ſiliquis in medio utrinque etiam tumida: *Caules* vix ſuperant pedalem, aut ſeſquipedalem altitudinem: *Radiculus* firmatur parvis. *In Hortis, & in agris ſeritur; floret Junio: Semen perficitur Julio, & Auguſto.*

Temperamentum, & Vires.

Tenent Lentes, *ut ait* Galenus, *medium caliditatis, & frigiditatis, deſiccant tamen ſecundo ordine; corticem habent aſtringentem, & ipſorum* Seminum *medulla veluti caro craſſi eſt ſucci, at ſicut terrei, auſteram exiguam habens qualitatem, cujus cortex multæ auſteritatis eſt particeps.* Succus *porro in ipſis eſt aſtringenti contrarius: quocirca ſi quis in Aqua ipſas concoxerit, & deinde Aquam ſumpſerit, potus in alvum dejicit: at ex biſcoctis* Lentibus *puls apparata facultatem* Succo *contrariam habet, ut quæ ventris fluxus ſiccet, ſtomachum, inteſtina, & totum denique ventrem corroborat: quamobrem cæliacis, & dyſenteriacis cibus eſt commodus.* Lens *vero decorticata, ut illa aſtringendi vehementiam, & ea, quæ ipſam ſequuntur, amittit, ita magis nutrit, quàm quæ cortice ſpoliata non eſt:* Succum *craſſum pravumque gignit: tarde enim commeat, non tamen alvi fluxus deſiccat, ut ea, cui cortex non eſt ademptus. Jure igitur, qui largius hoc edulio utuntur, elephantiaſin, & cancros incurrunt: Siquidem craſſa ſiccaque cibaria* ſucco *melancholico generando ſunt idonea. Eandem ob cauſam viſum integrum, & inculpatum hebetat, ipſum immoderate exſiccans: craſſum enim, & tardiſſimum in circulatione ſanguinem reddit igitur ad menſtruas purgationis non eſt accommoda, at muliebri profluvio eſt utiliſſima, ut ait* Galenus. *Somnia tumultuoſa (ut ſcribit* Dioſcorides) *excitat, capiti, pulmonibus, & nervis inutilis. Contra ſubverſiones ſtomachi triginta grana* Lentis *decorticata devorari prodierit: decocta cum Polenta, & illita, podagras lenit, ſinus cum Melle glutinat; cruſtas rumpit; ulcera purgat; decocta in Aceto duritias, & ſtrumas diſcutit; cum Cotoneo Malo, aut Melitoto medetur inflammationibus oculorum, & ſedis etiam (addito Roſarum ſucco) puſtulis; item & herpetibus, ac eryſipelatoſis conducit, adjectâ maris aquâ; contra mammas vero, quibus lac in grumos coit, & quæ lactis nimiam redundantiam non ferunt, cocta in Aqua marina, & impoſita auxiliatur* Lens. *Vid.* Moriſ.

FABA. *C. B. P.* 338. *Vid. Icon.* 5. *Tab. L.*

FAba *à voce* Græca φάγω edo: *fructus enim edulis eſt, vel* κατὰ δὴ κύειν αἷμα, *ut* Euſtachius *vult: quemadmodum* κυαμὼν *locus* Fabis *conſitus, ſeu* Fabetum *apud* Theophraſtum 4. *Hiſt.* 10. *Fabulum* Gellio, & Feſto *dicitur.*

FAba. *C. B. P.* 338. *Faba, Cyamus leguminoſa. J. B.* 2. 17. 279. *Faba major, Bona major. M. H.* 2. 83. *Faba major vulgaris. Adv. Lob. vulgaris, Fuch. ſativa, Lugd. Caſt. Cam. Park. Faba major, ſive Bona Dodonæi. Caule*, ſive *ſcapo* exit quadrangulari, ſtriato, glabro, inani, geniculis intercepto, longo, & erecto. Qui quando denſe ſeritur ipſa *Faba* ſeſe ſuſtinet, quando vero ſeorſum, in terram collabitur; *Folia* è geniculis promuntur oblonga, ex intervallis coſtis alternatim adhærentia, quorum ſingularia ſubpinguia, & craſſa ſatis ſunt, venoſa, glabra: *Flores* in cimis caulium, ſive ſcaporum ſpicatim proveniunt papilionacei, ut cæterorum *Leguminum*; formâ tamen oblongi, colore candidi, lituris nigris conſpicui, aut ex purpura nigreſcentes; quorum ſingulis ſuccedunt *Siliquæ* longæ, craſſæ, toroſæ, intus quaſi tomentoſæ, aut ſpongioſæ dum adhuc virides ſunt, plures ſimul junctæ, atque ex eodem geniculo curtis ſuis petiolis ortæ, inferiore parte tenuiores, ſuperiore craſſiores, atque interiùs ubi *Semina* conduntur quodam veluti tomento candido, molli, aut lanoſo, conſtant, exterius hirſutæ ſunt adhuc virides, poſt maturitatem ſicciores factæ nigræ fiunt, & duriuſculæ, ſicut & *Geniſtæ*, reliquorumque omnium pene *Leguminum*. *Seritur in Hortis, & agris: Floret Majo, & Junio particulatim & diu: Fructus fert Junio, ac Julio, Auguſtoque colliguntur; quo citius ſeritur, citius etiam colligitur ejus fructus.*

Temperamentum, & Vires.

Fabæ *ut memoria prodit* Galenus *l.* 7. *Simpl. medium in exſiccando, & refrigerando obtinent, & ad medium propinquiſſime accedunt. Caro* Fabæ *paululum quid abſtergentis facultatis continet, ſicut ejuſdem* Corte *nonnihil etiam adſtringentis poſſidet. Idcirco Medicorum nonnulli totam* Fabam *cum Oxycrato decoctam dyſentericis, & cæliacis, & vomentibus, quos* ἐμετικοὺς *vocant, exhibuerunt. Porro ut edulium, flatulenta eſt, & coctu difficilis* Faba, *exſcreationibus ex thorace, & pulmonibus idonea; ut medicamentum, foris impoſita, ſine moleſtia deſiccat. In podagris ſæpenumero utuntur Medici ex Aqua decocta; & deinde Adipe ſuillo adhibito, ad nervorum cum contuſiones, tum vulnerationes* Farinam *ejus cum Oxymellite imponunt. Ad eos quos ex ictu phlegmone occupaverat, cum Polenta teſtium, & mammarum aptum eſt Cataplaſma; nam hæ partes cum Phlegmone tenentur, moderate refrigerari amant, maxime cum mammæ ex lacte in ipſis concreto Phlegmonem patiantur; quin lac quoque ab eo Cataplaſmate extinguitur.* Gal. *l.* 1. *de Alim. facult. inquit, inflat* Fabarum *cibus quocunque modo apparetur, nec per longam decoctionem id vitii poteſt amittere, quod Ptiſanæ minime negatum eſt; deponit enim per illam quicquid habet flatulenti. Etenim manifeſte* Fabacea farina *cutis ſordes detergere conſpicitur; quod intelligentes mangones, & mulierculæ, in balneis quotidie hac utuntur, veluti alii nitro, ac aphronitro, & in univerſum iis, quæ aſtringunt &c. Chirurgi collectiones, & tumores locorum,* Fabacea farina *in Aceto, & vappa decocta, ac calida impoſita Oleoque admixto, diſcutere, & ſanare conſueverunt: eadem* Farina *Vino decocta, ac calida impoſita omnibus tumoribus imprimis conducit, ſive ii in mammis mulierum, ſive in locis genitalibus, aut quibuſcunque aliis oriantur.* Herbæ *combuſtæ cineres laudantur contra calculum, & dicunt, ſi dragma una infundatur in libra una Vini, & mane ab ægro aſſumatur, inde calculum frangi;* Helmontius, & Paracelſus *dixerunt, quærite, cur* Fabæ *habeant* Semina *reniformia; quia ſolum renibus inſervit.* Sal *ex ſtipitibus combuſtis elicitus eundem in finem ſummopere laudatur, qui tamen non plus facit reliquis omnibus ſimili modo paratis,* Aquam *deſtillatam ex floribus adamant Domicellæ ad conſolidandam ſibi pulchritudinem, ac vitiligines, ac maculas*

culas faciei detergendas: Aquam *per veſicam ex tota planta deſtillatam plurimæ* Germanicæ *Familiæ ad lythiaſin pro Arcano habent, qua Aqua* Geſnerus *fide dignus Auctor dicit ſe calculum ſubtuliſſe puellæ. Vide* Jo. Bauh., Sim. Paul., Moriſ., & Boerh.

GALEGA VULGARIS. *C. B. P.* 352.
Vid. Icon. 6. *Tab. L.*

GAlega *cur dicatur ab* Herbariis *ignoramus: à quibuſdam tamen* Rutæ *nomen inditum ab effectu, & viribus, non verò odore, cujus eſt expers; quidam* Onobrychin, *alii* Glaucem, *nonnulli* Polemonium, *alii* Polygalam *veterum eſſe judicant, quibus* Dioſcoridis *deſcriptionis contradicunt.*

GAlega vulgaris. *C. B. P.* 352. *Galega. J. B.* 2. 342. *Dod. p.* 548. *M. H.* 2. 91. *Galega, ſeu Ruta capraria. Park. Matth. Cam. Fœnum Græcum ſylveſtre. Tabern. Dod. Galega, Ad. Lob. Lugd. Ger. Caprago vulgo, Cæſ. Caulibus* rotundis, ac erectis, alternatim, id eſt nunc à dextra, nunc à ſiniſtra; *Folia* magna, ſatis lata, ac longiora, è regione hærentia, amplectuntur coſtam mediam, ſeu *ῥάχιν*, extremum coſtæ ſemper uno longiore impari claudente. *Coſtæ* alternatim, modo ex uno, modo ex altero latere, è geniculis caulium oriuntur: in caulium cimis, ſeu ſuperioribus partibus exeunt ſpicatim numeroſi *Flores* papilionacei, parvi, *Arachi*, aut *Viciæ* æmuli, triplici colore inſigniti, cæruleo vulgariter, aliquando cinereo, & albido, ſeu ſubcandicante; *Siliquæ* ad eundem modum denſæ, & ſpicatim ſtipant caules, formâ oblongæ, tenues, rotundæ, ſeu cylindraceæ, erectæ, ſpicatim bipalmarem, & tripalmarem, & aliquando longiorem efficientes: *Radix* lignoſa, brevis, multas fibras demittit in terram, eſtque diuturna, & multis annis radicibus vivax, ac reſtibilis; etiamſi caules poſt ſemina ad maturitatem perducta pereant, Hyeme rigida tranſacta tamen, Vere novo, ut *Glycyrrhiza*, regerminant. *In uliginoſis locis, ſcrobium aggeribus, montibus, & arvis frugiferis paſſim provenit, ac colitur etiam in Hortis. Floret Junio, & Julio, ſemen verò Autumno maturat.*

Temperamentum, & Vires.

Galega, *ut* Baptiſta Sardus *ſcribit, aliique plurimi ſcriptum reliquere, ad omnes peſtilentes morbos, contra ventris lumbricos, & venena aſſumpta, efficaciſſima eſt: remedio quoque eſt adverſus animalium venenatorum cum morſus tum ictus*, Succo *epoto*, & Herba *contuſa plagis impoſita. Pueris etiam convulſis, ac comitiali morbo laborantibus,* Succus *ad dimidiam unciam ſumptus prodeſſe fertur.* Cæſalpinus *frequenter aſſerit in arvis frugiferis* Hetruriæ *vigetare, &* Succo *ejus tumentes ob venenum boves ſanatos infuſo in os.* Succus Galegæ *datus à* Bayro *in cochleari liberabat pueros ab epilepſia, & vermes etiam expellebat; ipſa etiam* Herba *bullita in patella cum Oleo, & ſemine Lini, ſuper umbilicum ligata idem præſtabat.* Decoctum *in Aceto paratum cum Theriaca, & Tormentillæ, ac Cardui benedicti aqua (teſte Ingraſſia) plurimum valet in peſte, & febribus malignis cum petechiis: horum omnium quoque teſtis eſt* Dodonæus. *Quibuſdam* Aquam *diſtillatam in peſte exhibent*, Cæſalpino Authore. *Contra venena aſſumpta eandem* Galegam *laudat* Camerarius; *Vermes quoque necat, &* Semine, & Succo. Folia *comeſta ad luem veneream, lepram, & Scabiem proſunt, nam ſanguinem optime depurant, & in calidis morbis dari poſſunt. Si hæc planta manducetur, ſaporem levem aromaticum dat.* Boerh.

OROBUS PANNONICUS. *I. Cluſ.* 230.
Vid. Icon. 7. *Tab. L.*

ORobus *vocatur ab* ἐρέπτω Edo, & βοῦς Bos, *quaſi herba*, quæ à Bobus comeditur, *quia veteres ſimili herba Boves pingueſcere ſolebant.*

ORobus Pannonicus. *I. Cluſ.* 230. *Orobus purpureus, ſylvaticus, vernus. C. B. P.* 351. *Orobus ſylvaticus, perennis, vernus ſiliquis erectis, flore purpureo. M. H.* 2. 93. *Orobus Pannonicus. Eyſt. Galega nemorenſis, verna. J. B.* 2. 343. *Caules* habet ab unâ radice prodeuntes, pedales, & altiores, firmos, erectos, & valde anguloſos; in quibus hinc inde modo à dextra, modo à ſiniſtra, ſparſa ſunt *Folia* lata, oblonga, binatim è regione ſita, inque mucronem acutum deſinentia, & coſtæ mediæ terna folia ut plurimum ex adverſo apponuntur: *Flores* in ſummis pediculis ex alarum ſinu ortis *Spicæ* inſtar naſcentes, *Piſi*, aut *Viciæ* florum æmuli, coloris purpurei, elegantiſſimi, deinde uti evaneſcere incipiunt, cærulei evadunt; quibus tandem evaneſcentibus ſuccedunt *lobi*, ſeu *Siliquæ* bivalves, longæ, cylindriacæ, colore fuſcæ, in quibus *Semina* exigua rotunda aliquando, nonnunquam oblongiuſcula, eaque varia, latent; quæ matura, lobis, ſeu ſiliquis apertis decidunt: *Radix* dura, lignoſa, nigra, longa, & vivax (ut in pleriſque hujus generis ſubalterni Leguminibus) per intervalla extuberans in medio, fibroſa tamen in lateribus, novella radiculas ſingulis annis producens. Tota Planta acrimoniæ cujuſdam eſt particeps. *Provenit inter arbuſta, & ſub Arboribus, in Montanis ſylvis &c. Floret Aprili atque Majo; Semen profert Julio Menſe, & aliquando citius, aliquando tardius ſecundum clima in quo creſcit.*

Temperamentum, & Vires.

Hippocrates *hanc plantam commendavit in Pleuritide, Peripneumonia, & Nephritide, hac ratione* Seminibus *toſtis, & contuſis ſuperfundatur Aqua fervens, per noctem ſtet, deinde adde Oxymel, & calidè ſorbeant, hoc dicitur lenire, & facile penetrare, quod nihil aliud eſt, ac noſtrum* Coffè; *Sed an Veterum ſit neſcimus*, *ejus* Semen *ob Farinaceam mucaginem reſpondet Fœnu-græco in emolliendis, & maturandis abſceſſibus, ſed quoniam gaudet ſale diuretico more omnium* Leguminum, *ideo medetur urinæ, & calculo pellendis.* Boerh.

ERVUM VERUM. *Boerh.* 2. 47.
Vid. Icon. 8. *Tab. L.*

ERvum, ab ἐρέπτω, ab Edo, & βοῦς Bos, *quaſi* Herba, quæ à *Bobus comeditur.*

ERvum verum. *Boerh.* 2. 47. *Cam. Hort. Orobus ſativus, ſive Ervum ſemine anguloſo; Siliquis inter grana, & grana junctis. M. H.* 2. 74. *Orobus ſiliquis articulatis, ſemine majore. C. B. P.* 346. *Orobus, ſive Ervum multis. J. B.* 2. 17. 321. *Mochus, ſive Cicer ſativum. Dod. p.* 254. *Orobus, ſive Ervum, Matth. Geſn. Hort. Lugd. Caulem* habet duriuſculum, non quidem erectum, nec tamen procumbentem, ſed in latus vergentem, πλαγιόκαυλος *Theophraſto* dicitur: *Folia Lentis* ſimilitudine, parva, anguſta, plura uni coſtæ mediæ, ſeu *ῥάχι* adnata, & ſibi invicem conjugatim è regione appoſita: *Flores* exigui, candidi, papilionacei: quos parvæ, unciales, toroſæ *Siliquæ*, ubi apparent *Semina* protuberantes, ſequuntur, in quarum ſingulis terna quaternaque ſemina anguloſa minora, guſtui non inſuavia, latent: *Radicibus* firmatur tenuibus. *In Hortis ſeritur: floret Junio, & Julio, ſemen ſuum perficit Auguſto.*

Temperamentum, & Vires.

Cæterum Orobus, *ſeu* Ervum, *deſiccat exceſſu intenſo ſecundo, calefacit autem primo: & quia amaritatis eſt particeps, incidit, extergit, & obſtructiones expedit.* Galen. *Hæc* Planta *eſt Veteribus laudatiſſima*, Semina *molliſſima ſi cum Melle contrita ſumantur, ſunt egregii uſus adverſùs renum Hæmorrhagias.* Boerh.

GLYCYRRHIZA SILIQUOSA, *vel* GERMANICA. *C. B. P.* 352. *Vid. Icon.* 9. *Tab. L.*

GLycyrrhiza, *à vocibus* Græcis γλυκὺς dulcis, & ῥίζα radix, *quaſi diceretur* Radix dulcis.

GLycyrrhiza ſiliquoſa, *vel* Germanica. *C. B. P.* 352. *Glycyrrhiza radice repente, vulgaris Germanica. J. B.* 2. 328. *Glycyrrhiza, vera, ſiliquoſa, vel Germanica. M. H.* 2. 89. *Glycyrrhiza vulgaris. Dod. p.* 341. *Radix dulcis. Trag. Geſn. Hort. Radix Scythica, quibuſdam etiam Scythice. Liqueritia, Brunfel.* Sarmentoſæ *Radices* longè lateque implexu vago repetant, colore intùs buxeo, foris verò nigro, ſapore melleo. *Stipes* ſubhirſutus, minùs dulcis, purpuraſcens. *Folia* in alam, *Fraxini* modo, diſpoſita, atro-virentia, modicè viſcoſa. *Flores* in cimis ſummis, in ſpicam quaſi digeruntur, veluti *Galegæ* flores, aliorum *Leguminum* more papilionacei, exigui, dilutè cærulei: quibus ſuccedunt *Siliquæ* parvæ, breves, reſpectu ipſius plantæ ſatis proceræ, biuu-

biunciales, compreſſæ, neutiquam hirſutæ, ſed leves; in quibus ſunt *Semina* parva, compreſſa. *In viridariis plurimis locis in* Italia *habetur, ac non paucis* Galliæ Narbonenſis *plurima ſpontè oritur. Julio, & Auguſto floret.*

Temperamentum, & Vires.

Glycyrrhizæ radix *eſt dulcis, temperata calida, & humida: cortex ejus amaritudinem quandam tamen habet, & calidioris eſt qualitatis particeps, ſed hunc abradere oportet eos quibus eſt uſui; humectat autem magis recens, & ſucco plena radix, quam arida. Utilis eſt ad raucedines, tuſſiſque veteres ſedandas; difficilem reſpirationem, peripneumoniam, pleuritidem, ſanguiniſque, ac puris ſputationem, phthiſin, & omnes thoracis morbos exaſperatos lenit; inflammationes ſedat; acrimoniam, & ſalſilaginem humorum mitigat contemperatque: crudiores humores concoquit, & ſputi exitum faciliorem promovet: ulcera expurgat in eclegmate, vel alio quovis modo ſumpta, aut aliquandiu manſa, ſuccove ſub lingua detento:* decoctum *ejus renibus, aut veſicæ exulceratis confert, urinæ ſtillicidio medetur, in univerſum omnibus malis occurrit, ab acribus, ſalſis, & mordacibus humoribus excitatis. In multis Officinis ex* Succo Liquiritiæ, *ſeu ſi mavis* Glycyrrhizæ, *aliiſque aromatis morbis prædictis contribuentibus additis, panes parvos, ſeu confectiones efficiunt, cylindriaca aliave qualibet figura, iiſque Confectionibus ſuis diverſa nomina indunt, quæ tuſſi frigidæ, & inveteratæ proſunt, aliiſque ſimilibus pulmonum thoraciſve affectibus. Scribit* Moriſon.

GLYCYRRHIZA CAPITE ECHINATO. *C. B. P.* 352.

Vid. Icon. 10. *Tab.* L.

GLycyrrhiza capite echinato. *C. B. P.* 352. *Glycyrrhiza non repens, Dioſcoridis, echinata. J. B.* 2. 327. *Glycyrrhiza, vera Dioſcoridis. Dod. p.* 341. *Onobrichis, flore cæruleo, ſiliculis hirſutis, ſeu aſperis, ad imum Platani pillulæ modo junctis. M. H.* 2. 133. *Glycyrrhiza echinata Dioſcoridis, Ad. Lob. Lugd.* Hæc *Caules* ſæpenumero promit complures, altos bicubitales, ramoſos, circa quos exeunt ad genicula coſtæ ſuſtinentes *Folia* oblonga, alata, ex multis ſibi invicem oppoſitis collecta, *Lentiſci* foliorum figurâ, attamen majora, viroris ſaturati, & tactu parum, aut nihil glutinoſa. *Flores* è foliorum alis exeunt parvi, cærulei, in rotundi globuli formam commiſſi, quibus tandem emarcidis major factus orbiculus, qui rotundam, aſperamque *Platani* pillulam referre videtur, multiſque parvis, ſubruffis, aſperis, & hirſutis *Siliculis* bivalibus conſtat, in quarum ſingulis ſingula continentur *Semina* compreſſa: *Radix* prælonga, craſſa, & unica eſt, brachii longitudine, ac craſſitie, candicantis intus coloris, foris quandoque nigricantis, guſtus non dulcis, ſed ejuſdem cum cæteris *Leguminibus*. *In Montibus colitur: floret AEſtate.*

Temperamentum, & Vires.

Succus Glycyrrhizæ echinatæ, *ut* Dioſcorides *tradit, ad arteriæ exaſperationes utilis eſt, quem linguæ ſubditum eliqueſcere oportet: prodeſt & ardori ſtomachi, aliàs Oris, Jecinoris, Thoraciſque vitiis, ſcabiei, veſicæ, & renum affectibus.* Succus *paſſim potus ſitim extinguit ſub lingua liquatus,* Succus *denſatus vulneribus prodeſt illitus, commanducatus ſtomacho conducit:* Radicum *recentium Decoctum ad eadem facit:* Radix *arida fortiſſime trita pterygiis commodiſſime inſpergitur.* Plinius *oris ulceribus inſpergi, præter ea, quæ* Dioſcorides *ait, refert.*

CICER SATIVUM. *C. B. P.* 347.

Vid. Icon. 11. *Tab.* L.

CIcer *vocatur* à κίκυς robur, *quia roborare dicitur,* Arietina *appellatur, quia ſemina Caput Arietis referunt.*

CIcer ſativum. *C. B. P.* 347. *Ger. Hiſt. Lugd. Ad. Lob. Cicer. Matth. Tabern. Cicer ſativum, ſeu Arietinum album, & rubrum, Park. Cicer Arietinum. J. B.* 2. 292. *Dod. p.* 525. *Caules* profert tenues, lignoſos quaſi, ramoſos, hirſutos, in latus declinantes; *Folia* ex pluribus foliolis binatim, & conjugatim uni coſtæ, ſeu ῥάχι è regione adnatis conſtant, quorum ſingularia parva ſunt, ac latiuſcula, hirſuta, in ambitu crenata: *Flores* parvi ſunt, papilionacei, candidi, aut ex purpurâ rubeſcentes, quibus ſingulis ſuccedunt *Siliquæ* ſingulæ, bivalves, parvæ, breveſque, hirſutæ itidem, utriculorum modo, ac veluti flatu diſtentæ, in quibus duo, aut ad ſummum tria clauduntur *Semina* anguloſa, ſeu turbinata, unico angulo acuto prædita, Arietini capitis omnino æmula; colore candida, aut ſubrubentia, & nigra, quæ ſunt cæteris omnino anguloſiora, quæ neutiquam differunt magnitudine, nec figurâ, ſed colore tantum: flores itidem ſunt aut albi, aut rubri; nigra etiam flores proferunt rubros, *Seminaque* minora, & anguloſiora, ſeu pluribus eminentibus tuberculis conſtantia. *In agris ſeritur. Floret AEſtate, verſus ejuſdem finem ſemina ſua maturant.*

Temperamentum, & Vires.

Galenus *de Alim. facultatibus ſcribit.* Cicer *eſſe edulium non minus flatulentum Faba; Valentius tamen nutrit, quàm illa; ad venerem autem excitat, crediturque* Semen *ejuſdem generationem quoque augere, unde quidam equis admiſſariis ipſum exhibent: ineſt* Ciceribus *facultas abſtergendi major, quàm Fabis, adeo ut quidam calculos in renibus reſtantes comminuere aſſerant &c.* Dioſcoridis *inquit Arietinum utrumque id eſt nigrum, & rubrum prædictum anguloſius urinas ciere, dato cum Roremarino hydropicis, aut regio morbo laborantibus eorum* decocto; *lædunt autem eadem exulceratam veſicam, & renes: Legumina omnia frixa deponunt amaritudinem, verùm difficiliùs concoquuntur, & ventrem magis ſiſtunt, craſſioriſve ſucci alimentum corpori exhibent.* Cicer ſativum (*ut placet* Dioſcoridi) *alvo commodum eſt; urinam ciet; flatus gignit; bonum colorem inducit; menſes, & fœtus educit; lac gignit; cataplaſmatis modo cum Ervo maxime coctum imponitur, & ad teſtium inflammationes valet. Madefactum per noctem in aqua, & Aquâ potâ lumbricos ejicit, ſed oportet, ut qui utatur, per ſex horas jejunet.* Farina Cicerum *Aceto ſubacta ſcabioſis inuncta prodeſt.* Jus *itidem eorum ictericis confert.* Moriſ. Semina *toſta pulverizata, & Aquæ infuſa potum* Coffè *referunt.* Boerh.

VULNERARIA RUSTICA. *J. B.* 2. 362.

Vid. Icon. 1. *Tab.* LI.

VUlneraria *à ſanandorum* vulnerum *facultate, quâ pollere exiſtimatur.*

VUlneraria ruſtica. *J. B.* 2. 362. *Loto affinis, Vulneraria pratenſis. C. B. P.* 332. *Anthyllis leguminoſa, Loto affinis, Vulneraria pratenſis. M. H.* 2. 181. *Anthyllis, Lenti ſimilis. Dod. p.* 552. *Anthyllis Leguminoſa. Lob. Cluſ. Hiſt., & Pan. Anthyllis prior. Lugd.* Hujus *Radix* longa, recta, lignoſa, ſapore leguminoſo: *Caules* dodrantales, teretes, tenues, hirſuti, nonnihil rubentes: *Folia* pinnata, ſeù alata, *Galegæ* æmula, pinguiuſcula, inferne hirſuta, modiceque caneſcentia, ſuperne ex luteo virentia, ſapore ſubdulci, & ſubacri, at quæ externis floribus ſubjecta ſunt lata, digitata, oblonga, membranacea: *Flores* in ramulorum faſtigio glomerati, luteoli, odore nullo excellente, quorum ſinguli ex *Veſicula* argentea lanuginoſa, ſeu villoſa emicant parvi, petalo ſupremo, ſeu vexillo ſic nobis dicto, reflexo, ſub quo lateralia duo parva quartum minimum, roſtrum *Stamina* lutea continens, amplectuntur: flore eſt inquam luteo, rarius albo; poſt flores evanidos ſuccedunt ſingulis *Siliculæ* bivalves, villoſæ, aut incanæ: in quibus ſingulis *Semina* bina, terna includuntur, quin & ſiliquæ ipſæ veſicâ argenteâ, incanâ, ſeu villoſâ integuntur, atque hæc nota huic ſoli generi intermedio Leguminum eſt pecularis, ipſumque genus particulariter diſtinctum conſtituit. *Colitur in locis aridis, & ſabuloſis agris, & ad margines arvorum neglectorum. Floret Majo, & Junio; & verſus AEſtatis finem ſemina ſua perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Hanc denariorum 4. pondere epotam cum Vino albo urinæ difficultatibus, & renibus plurimum prodeſſe ſcribit Dioſcorides: *tritam vero cum roſaceo, & lacte, uteri inflammationes emollire impoſitam; vulvis utiliſſimam torminibuſque, & ſecundinarum moræ in Vino potam, refert* Plinius. *Hæc planta decocta, vel contuſa, & vulneribus applicata detergit, ſuppurationem inhibet, & labia conjungit.* Boerh.

LU-

LUPINUS SATIVUS, FLORE ALBO. *C. B. P.* 347.
Vid. Icon. 2. *Tab. LI.*

LUpinus, θέρμος Dioſcoridi *l.* 2. *c.* 132. Nomen *eſt antiquum, dicuntur ſemina adhibita à veteribus in luſu, & comædiis pro nummis, & hinc proverbium* nummus Lupinus, *id eſt* nummus nullius valoris; *hinc* Horatius *canit*.

Nec tamen ignorat, quid diſtent æra lupinis.

LUpinus ſativus, flore albo. *C. B. P.* 347. *Lupinus vulgaris, ſeu ſativus albus. M. H.* 2 86. *Lupinus, vulgaris, Semine, & flore albo, ſativus. J. B.* 2. 17. 288. *Lupinus vulgaris, flore albo. Eyſt. Caule* aſſurgit ſingulari, recto, rotundo, interiùs cavo, ſeu vacuo, exteriùs modice lanuginoſo, firmo, & qui abſque adminiculis rectus conſiſtit; ex quo, poſtquam primùm marcidi facti ſunt *Flores*, in caulium faſtigio eminentes apparent *Siliquæ* quaternæ, ſurſum erectæ, & verſus cœlum tendentes, atque in ſuperiore interſtitio ad geniculum ſuperius facto, ternæ, in tertio interſtitio geniculum conſiſtuente, binæ *Siliquæ* floribus frequentioribus, aut paucioribus ſuccedentes conſpiciuntur, ſecundùm ſolum, & cælum; præſertim plures apparent flores, & conſequenter ſiliquæ plures itidem, *Semina* in ſe continentes, ſi tempeſtive *Lupinus* ſatus AEſtatem calidam diuturnamque nactus fuerit: *Folia* ſingularia è longis pediculis, ex alis caulium ortis, provenientia, ſeptem, aut novem nunc pluribus, nunc paucioribus radiis, aut foliolis in unum centrum (pediculi ſcilicet foliorum integrorum faſtigium) concurrentibus conſtat, & in parte averſa virent, in adverſa candida ſunt, aut lanuginoſa, ſub veſperam, ſeu ſolis occaſum veluti flaccida deorſum nutant, & cernuè pendent: flores inquam in ſummo caulium rectorum papilionacei, candidi, ſpicatim, ſeu ſpicæ in modum digeſti ſunt; quibus ſuccedunt ſiliquæ latæ, compreſſæ, quodammodo duræ, ſubflavæ, foris tenuiter hirſutæ, granis, ſeu ſeminibus protuberantibus, & valvulis ferme inter grana, & grana junctis, Bonæ mediæ ſiliquis minores, & compreſſiores; intus vero ſiliquæ ſunt glabræ, in quibus ſemina compreſſa, alba, quina, nunc pauciora, orbicularia quaſi latent; foris inquam ſunt ſemina alba, intùs lutea, ſapore (ſi maſticentur) amariſſima, quæ germinationis principium haud obſcurum eâ parte, qua ſiliquæ adhærent, & concavitatem quandam veluti exiguum umbilicum, habent: *Radice* hic *Lupinus* nititur ſingulari, tenui, paucis capillamentis fibratâ. *Colitur in Hortis. Floret Majo, Junio; & Septembri menſe perficitur ejuſdem ſemen.*

Temperamentum, & Vires.

Lupini ſeminis *dura, ac terreſtris eſt ſubſtantia, quocirca concoctu ipſa difficilia ſunt, ſuccumque craſſum gignunt, ex quo in venis non probe concocto, & diſtributo ſuccus, quem crudum vocant, procreatur: interficit lumbricos tum illitus, tum addito Melle linctus, tum ex poſca potus: quin &* Decoctum *ejus, aut potius* Succus, *in quo macerantur* Lupini ſemina, *lumbricos ejicere poteſt, etiam quoque foris identidem perfuſus vitiligines, pſoras, gangrænas, & ulcera maligna juvat.* Teſte Moriſ. Semina *decocta conducunt in ſcabie, & ulceribus, & eſt coſmeticum ſummum.* Boerh.

II. ORDO.

LEGUMINOSARUM POLYPHYLLARUM, EST SILIQUIS ARTICULATIS. LEGUMINOSAE ARTICULATAE.

Securidaca lutea major; Ferrum Equinum ſiliquâ ſingulari; Scorpioides Bupleuri folio, Siliquâ, Campoide, hiſpidâ; Scorpioides Bupleuri folio, corniculis aſperis magis in ſe contortis, & convolutis; Scorpioides Siliquâ craſsâ Boelii; & Scorpioides Bupleuri folio, ſiliquis lenibus.

SECURIDACA LUTEA MAJOR. *C. B. P.* 348.
Vid. Icon. 3. *Tab. LI.*

SEcuridaca *vocatur, quia Veteres crediderunt ejus ſemen ſecurim referre.*

SEcuridaca lutea major. *C. B. P.* 348. *Adv. Lob. Matth. Securidaca flore luteo, ſiliquá oblongâ. J. B.* 2. 345. *Securidaca vera. Cluſ. H.* 236. *Securidaca, vera, plurimis floſculis, luteis, corymbi modo diſpoſitis, ſiliquis latis compreſſis, inter granum & granum junctis, ſeminibus quadratis M. H.* 2 80. *Securidaca Hedyſarum pelicinum, Tabern. Geſn. Hort. Hedyſarum majus, Lugd. Cam. Ger. Hedyſarum,* 1. *Dod. Hedyſarum majus, ſeu Securidaca major vera, Park. Securidaca* hæc vera, & legitima *Caules* producit à *Radice* multos, cubitales, & ſeſquicubitales rotundos: *Folia* oblonga ex multis foliolis (*Lentis* rotundis, ut *Arachi, Viciæ*, & ſimilium) congeſta, & binatim coſtæ mediæ, ſeu ῥάχι adhærentia, ex oppoſito ſita: *Flores* gerit eleganter luteos in corymbis diſpoſitis: *Siliquas* deinde corymbatim pediculi ſummo annexas habet, quarum ſingulæ ſunt compreſſæ, ſuturis chirothecarum duplici ſaturâ more Anglicano conſutarum ſimiles, nonnihil recurvæ, quæque etiam in interſtitiis ſeminum deprimuntur, ubi apparent ſemina intumeſcunt; *Semina* conſpiciuntur exterius conſpicuè quadrata, quæ recenter ſiliquis exempta, lutea apparent, tandem evadunt ruffa, & amara, compreſſa, oblonga, quadrata, quatuor angulis etiam donata, in medio convexa, Securis Romanæ effigie, unde ei nomen *Securidacæ*: flores brevi petiolo hærent; & conſequenter ſiliquæ, palmo longiores, nonnihil falcatæ, roſtro acuto, & recurvo, brevi, aut nullo petiolo quaſi hærentes: *Semen* eſt apud nos perexiguum, omnium amariſſimum, & ſi vel minus ejus deguſtetur, ingens amaritudo ſentitur. Curto autem (uti dictum) innituntur ſiliquæ pediculo, & ideo, aut ſurſum ſpectant ſiliquæ, aut altem angulum obliquum cum pediculo ipſas ſuſtinente conſtituunt. *Seritur in Hortis; paſſim variis locis inter ſegetes naſcitur. Florere autem Junio, ac interdum etiam tota AEſtate, Semenque Julio, & Auguſto maturare.*

Temperamentum, & Vires.

Cæterùm ſtomacho in potu utile eſt Hedyſarum, *authore* Dioſcoride, *additur & Antidotis; cum Melle verò ſumptum ante coitum, ſpem partus adimere creditur.* Semen, *& totius fruticis ramulos viſcerum obſtructiones expurgare ex* Galeni *monumentis habemus.*

FERRUM EQUINUM SILIQUA SINGULARI.
C. B. P. 349. *Vid. Icon.* 4. *Tab. LI.*

FErrum Equinum *vocatur, quia ſiliqua, & ſemen ita incurvantur, ut ferrum Equinum ad pedem accommodatum referant.*

FErrum Equinum ſiliquâ ſingulari. *C. B. P.* 349. *M. H.* 2. 117. *Ferrum Equinum, vulgare* ἀπλοκέρατον. *Col.* 1. 300. *Solea equina. J. B.* 2. 347. *Lugd. Hiſt. Ferrum equinum. Matth. Geſn. Lob.* Sferra Cavallo. *Cam. Ad. Solea equina, Lunaria minor. Chabr. Lunaria minor. Caſt. Radice* conſtat albâ, paucis donata fibris gracilibus, quatuor digitorum longitudine, a qua ſtatim plures proferuntur *Caules* palmares, & in ſolo fertili dodrantales, anguloſi, ſtriati, ex quibus coſtæ oriuntur, *Folia* alata *Securidacæ* minoris more, pinnatim ſeu conjugatim digeſta, per extremam oram ſinuata, leviterque in corniculi morem fixa, gerentes; ex ſinubus, inter foliorum coſtam, & caulem, *Floſculi* lutei, raro diſpoſiti; quos ſingulos excipiunt *Siliquæ* ſingulares, exiguo plane pediculo innixæ, tres circiter uncias longæ, culmum latæ, nonnihil incurvæ, & compreſſæ (artificis naturæ rarum ſpectaculum!) dorſum his continuum, oppoſita pars fimbriatis ſinubus laciniosa, vel ſiliquæ ſunt oblongæ, compreſſæ, altera parte incurvæ, inciſuris diviſæ, fora-

minum

minum rotundorum ſpeciem referentibus, proveniente utrinque foraminum orificio; *Semen* lunatum, ſeu *Lunæ* creſcentis figurâ bicorne, pro contenti ſimilis figura numeroque, totidem equinæ ſoleæ ſimulachra repræſentat, unde juſtiore titulo *Sferra Cavallo* Italice, à figura ſeminis cum *Solea equinâ*, ſive *Ferro Equino*, non verò à vana, & inepta Authorum non ſatis ſibi conſentientium aſſertione, & referentium quod Equis calceos ſuos, ſive ſoleas, calcata hæc plantula leguminoſa extrahat. *Creſcit in locis incultis. Floret menſe Majo; & Semina ſua Junio perficit.*

Vires.

Sunt adſt ingentes, atque ſanguinem ſiſtentes. Boerh.

SCORPIOIDES BUPLEURI FOLIO. *C. B. P.* 287.

Siliquâ campoïde hiſpidâ.

Vid. Icon. 5. *Tab. LI.*

ΣΚορπιοειδὲς Dioſc. *l.* 4. *c.* 195. Scorpioïdes *dicitur, quia ſiliqua contorta caudam* Scorpii *refert.*

SCorpioïdes Bupleuri folio. *C. B. P.* 287. *Cam. Tab. Ger. Scorpioïdes, ſiliquâ campoïde hiſpidâ. J. B.* 2. 21. 899. *Scorpioïdes Bupleuri folio, corniculis aſperis hirſutis, minus contortis. M. H.* 2. 127. *Scorpioïdis. Lugd. Dod. Gall. Chabr.* Tametſi unius *Scorpioïdes* meminit *Dioſcorides*, nos autem quatuor diſtinctas ejuſdem ſpecies in medium proferimus, & ſculptas *Siliquas* diverſas in Tabula LI. oſtendimus. Prima parvula, ac humilis eſt *herba* Leguminoſa, aliquot teneros *ramulos* proferens, pedales, & longiores aliquando in pingui ſolo, qui utplurimum in latus declinant & humi procumbunt, raro aſſurgunt propter imbecillitatem *Caulium*, circa quos *Folia* oblonga, latiuſcula, craſſa, & ſpiſſa ſatis, *Bupleuri* foliorum æmula: in Caulium cimis *Floſculi* papilionacei, lutei, ſed minores, aliorum *Leguminum* more apparent: quibus marceſcentibus ſuccedunt *Siliquæ* aſperæ, hirſutæ, ſeu hiſpidæ, erucæ villoſæ in ſe convolutæ ſimiles, articulatim, ſeu geniculatim cohærentes, curvæ inſtar *Scorpionum* caudæ, unde ei nomen *Scorpioïdes*: *Semina* in ſingulis interſtitiis protuberantibus inter geniculum & geniculum, aut incurva, *Lunæ* novæ effigiem referentia, aut reniformia continentur.

SCORPIOIDES BULLEURI FOLIO, CORNICULIS ASPERIS MAGIS IN SE CONTORTIS, ET CONVOLUTIS. *M H.* 2. 127.

Vid. Icon. 6. *Tab. LI.*

SCorpioïdes Bupleuri folio, corniculis aſperis, magis in ſe contortis, & convolutis. *M. H.* 2. 127. *Boerh.* 2. 52. *Scorpioïdes ſiliquâ Campoide, hiſpidâ. J. B.* 2. 898. *T.* 402. Hæc *Scorpioïdis* ſpecies altera neutiquam differt à priore quoad *Folia Bupleuri* facie, nec *Floribus* papilionaceis luteis, ſed *Siliquis* magis in ſe convolutis, & pilis brevioribus tectis.

SCORPIOIDES SILIQUA CRASSA BOELII. *Ger. Emac. App* 1627. *Vid. Icon.* 7. *Tab. LI.*

SCorpioïdes ſiliquâ craſsâ Boëlii. *Ger. Emac. App.* 1627. *Scorpioïdes Bupleuri folio, corniculis craſſioribus, & magis ſpongioſis, litui inſtar contortis, & in ſe convolutis. M. H* 2. 127. *Scorpioïdes major. Park. Parad.* Hæc tertia ſpecies, nec *Foliis*, nec *Floribus* luteis papilionaceis, quoad figuram à prædictis differt; magnitudine ſolummodo *Floris*, & craſſitudine *Siliquarum*, molli & ſpongioſâ materiâ tectarum, contortarum, & in ſe convolutarum, litui inſtar, in quibus continentur per articulos in ſingulis interſtitiis *Semina* prioris duplo majora, nec adeò incurva.

SCORPIOIDES BUPLEURI FOLIO, SILIQUIS LENIBUS. *Park. Theatr. Bot.* 1117.

Vid. Icon 8. *Tab. LI.*

SCorpioïdes Bupleuri folio, ſiliquis lenibus. *Park. Theatr. Bot.* 1117. *T.* 402. *Boerh.* 2. 52. *Scorpioïdes Bupleuri folio, corniculis aſperis, & rugoſis, ſeu rigidis, ſtriatis, ſeu ſulcatis, litui inſtar contortis, & in ſe convolutis. M. H.* 2. 127. *Folia* habet *Bupleuri*, *Flores* luteo papilionaceos ejuſdem formæ, ac figuræ cum prædictis: *Siliquam* aſperam, & rugoſam, ſeu rigidam, ſtriis, & ſulcis præditam, litui etiam in modum contortam, & in ſe convolutam: *Semina* reniformia duplo præcedentis minora. Scorpioïdes Bupleuri folio, *pleriſque locis aridis, & Montoſis ſponte naſcitur, rarius in Hortis. Floret illic menſe Aprili, & Majo, ac Junio ſiliquas, & ſemina ſua perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Scorpioïdes *contra* Scorpionum (*Animalium ejuſdem fere nominis*) *ictus remedio, ſeu auxilio eſt, teſte* Dioſcoride.

III. ORDO.

SILIQUARUM GEMINATARUM.

Tragacantha; Aſtragalus Monſpeſſulanus; & Aſtragalus floribus Vicæ, dilutè purpureis, aut cæruleis.

TRAGACANTHA. *C. B P.* 388.

Vid. Icon. 9. *Tab. LI.*

TRagacantha *à vocibus* Græcis τραγὸς Hircus, *&* ἄκανθα Spina, *quaſi diceres* ſpinam Hircinam.

TRagacantha. *C. B. P.* 388. *Matth. Geſn Hort. Lac. Lon. Ad. Lob. Cluſ. Tager. Tragacantha Maſſilienſis. J. B.* 1. 407. *Tragacantha, Maſſilienſis, foliis incanis, non deciduis, flore albo. M. H.* 2. 113. *Tragacantha, ſive Hirciſpina. Dod. p. Ger. Vera. Park.* Suffrutex hic eſt *Virgis* mediocriter craſſis donatus, extremum versùs magis craſſeſcentibus, iiſque albidis, ſive lanuginoſis, ex quibus ſquamatim prodeunt coſtæ longæ, rigidæ, candidæ, quadrantales, & infeſtæ, quibus ſingulis hinc inde conjugatim, ſeu binatim, & ex oppoſito adnaſcuntur multa *Foliala*, incanâ itidem lanugine obducta, atque hujuſmodi coſtæ mediæ gerunt pungentiſſimum aculeum; & ex foliorum, & caulium alis novi oriuntur petioli ſuſtinentes numeroſorum gregem papilionaceorum *Florum* alborum, Floribus *Geniſtæ* ſimilium, quoad figuram, & formam: quibus ſuccedunt *Siliquæ* craſſæ ſatis, ſed curtæ, duplici loculamento diſtinctæ, & ſeparatæ tenui, & duplicatâ membranâ. *Radicem* longam, lignoſam, albam, craſſitie digiti unius, prolixis flexibus ſubter humum ſubmerſam. *Circa* Maſſiliam, *& ad iſtius Urbis pomæria, & in aliis* Galloprovinciæ *collibus Maritimis ad Auſtrum, teſte* Lobelio. *In* Arcadia, Achaja, Media, *&* Creta *inſula copioſe naſci ſcribebat* Theophraſtus.

Temperamentum, & Vires.

Tragacantha, *ut ait* Dioſcorides, *vim habet meatus obducendi gummi ſimilem: uſus ejus eſt ad Medicamenta ocularia, ad tuſſes, ad arteriæ aſperitates, vocem interceptam, & diſtillationes in eclegmate cum Melle adjuvat: Subdita quoque linguæ liqueſcit, ſed & macerata, & in paſſo bibita drachmæ pondere contra renum dolorem, & veſicæ roſiones admixto Cornu cervino uſto, & loto, aut modico alumine ſciſſo.* Galenus *breviter de* Tragacantha *ſcribit ſimilem Gummi vim habere emplaſticam quandam, quæ acrimoniam obtundat, & ſimiliter deſiccare.* Tragacanthæ *lacryma* (*inquit* Matthiolus) Collyriis *addita non ſolum humorum acrimoniam in oculos defluentium retundit, ſed & oculos quoque roborat, & magis aſtringit, quam Sarcocol-*

la, præterea Lacte *macerata, & illita, oculorum ungues, palpebrarum poſtulas, pruritum, ſcabiemque ſanat: valet ad pulmonum, pectoris, aſperæ arteriæ morbos, & medetur eorum ulceribus; ſanat defluxiones omnes in guttur, & fauces permeantes, & tuſſim excitantes. Datur utiliter ulceratis renibus, toſta auxiliatur dyſentericis, & ex Cydoniorum Vino pota, tum clyſmate infuſa. Denique ubi lævigare, obtundere, ac reprimere opus eſt, præſtantiſſimum fuerit medicamentum. Gummi debet eſſe clarum, colore rubeſcens, aut albeſcens, ſapore dulceſcens. Temperate frigidum, & ſiccum eſt. Vid.* Moriſ., *&* Boerh.

ASTRAGALUS MONSPESSULANUS. *J. B. 2. 338.*

Vid. Icon. 10. Tab. LI.

Α Στράγαλ☉ Dioſc. *l. 4. c. 57.* Aſtragalus *vocatur, quia ſemen in quibuſdam Aſtragalum refert.*

ASTRAGALUS Monſpeſſulanus. *J. B. 2. 338. Aſtragalus purpureus, perennis Monſpelienſis. M. H. 2. 106. Radice* eſt lignoſa, dura, craſſitudine digitali, & craſſiore, longitudine cubitali, dulci, intus alba; cujus *cortex* craſſius, ſubfuſcus, antequam è terra erumpat; *Radix* dividitur in aliquot portiones, ſive capita, tres quatuorve digitos longa, ut niſi quis profunde fodiat multas eſſe plantas ſeparatas exiſtimet, ex quibus ſingulis prodeunt *Cauliculi* ſimplices, concavi, rubentes, *Foliolis* veſtiti brevibus, in mucronem acutum deſinentibus, piloſis, areſcentibus, crebris, ſic ut ad coſtam imam adnexa foliola viginti, & unum impar extremum coſtæ claudens adnumerare quibuſdam poterit; in virgularum extremitate *Flores* multi non multum floribus *Polygalæ Geſneri* diſſimiles, purpurei, vel cærulei, interdum, ſed raro albi, non in ſpicam digeſti, ſed conglomerati in ſummum apicem caulis, *Trifolii* florum æmuli, ſed majores, quibus ſuccedunt *Siliquæ* binas uncias longæ, incurvæ, rubentes, & teretes, continentes *Semina* minuta reniformia in duplici ſiliqua, duplici ordine diſpoſita. *Creſcit circa vias; Floret Menſe Aprili, & Majo reperimus Semina.*

ASTRAGALUS FLORIBUS VICAE, DILUTE PURPUREIS, AUT CAERULEIS. *T. 415.*

Vid. Icon 11. Tab. LI.

ASTRAGALUS floribus Vicæ dilutè purpureis, aut cæruleis. *T. 415. Aſtragalus floribus Vicæ, dilute violaceis, aut cæruleis. M. H. 2. 106. Onobrychis floribus cæruleis C. B. P. 351. Onobrychis. II. Cluſ. Hiſt. 239. Aſtragalus* hic multos ex eâdem radice promit *Cauliculos* vimineos, pedales, nonnunquam longiores, humi fuſos, crebris nodis diſtinctos; & ex his coſtæ exeunt, alata *Folia* 13. 15, & 17., aut plura ferentes, extremo ſemper numerum imparem faciente: prodeunt deinde ex alis tenues pediculi, ſeu *Virgulæ*, *Floſculos* in ſpicam confertos gerentes, *Piſi*, aut *Viciæ* florum formâ, ſed longè minores, colore dilute cæruleo, vel ex cæruleo purpuraſcente: hiſce ſuccedunt exiles *Siliquæ* duplicatæ, aliorum more, continentes puſillum *Semen*, renis formâ, nigrum. *Radix* minimi digiti craſſitudinem fere æquat, dura, lignoſa, contorta, oblique ſe ſpargens, & alte ſub terram ſe condens, rariſque fibris donata, quæ ſumma parte in aliquot capita extuberat, è quibus ſingulis Annis novos cauliculos fundit. *Creſcit in publica via, variis locis, etiam in Hortis. Floret Junio, & Julio; & Auguſto finiente ſemen profert ſuum.*

Temperamentum, & Vires.

Cæterum ut de Aſtragali viribus *aliquid in genere dicamus:* Radix, *Authore* Dioſcoride, *in Vino pota alvum fluidam ſiſtit, & urinas movet; facit & ad ulcera vetera, arida, inſperſa, ac ſanguinem quoque cobibet. Sed ob ſuam ſoliditatem difficulter tunditur.* Radices *adſtringentis eſſe facultatis ſcribit etiam* Galenus, *eſſèque ex iis, quæ non ingeneroſè ſiccent. Unde etiam* Plinius *eaſdem in Vino rubro dyſenterias ſanare aſſerit.*

NIL, *ſive* ANIL, INDIGO, *ſeu* INDICA. *M. H. 2. 202.*

Vid. Icon. 12. Tab. LI.

NIl, *vel potius* Nir, Arabicus *deſignat colorem cæruleum, qui* Luſitanicis *tam* Anir, *quam* Anil *dicitur;* Hiſpanis Azul, *vulgo* Anil, *&* Indigo, *ſeu* Indica *dicitur.*

NIl, *ſive* Anil, Indigo, *ſeu* Indica. *M. H. 2. 202. Anil* eſt *Herba* fruticoſa ex una *Radice* plures producens *Surculos*, in altitudinem ſex palmorum aſcendentes, digitum minorem craſſos, coloris cinericei: *Folia* habet ſimilia *Ciceris*: *Flores* exiguos è candido rubicundos, cum quibuſdam *Siliculis* coacervatim pendulis è caulis ſummitate, quæ ſimiles ſunt vermiculis, quos vocamus aſcarides, craſſiuſculæ ſunt, & plenæ, *Semine* nigro, quod non male *Legumini* comparatur. Licèt *Marcgravio* videatur Frutex lignea conſtans ſubſtantia, & tantum *Herba* biennio ſummo cum virore, & viribus integris vigens. *Naſcitur ſponte locis calidis tam planis, quam montuoſis* Indianis, *facile coli poſſet in* Hiſpania *locis calidis, imprimis* Andaluziæ, *aut ſimilibus. Vid.* Franc. Xemenes *in Commentariolo ſuo de Plantis novæ* Hiſpaniæ. *Colitur* in America, Braſilia, *&* Inſula Barbados.

Temperamentum, & Vires.

Anil, *ſive* Indigo *nonnibil amaricat, eſtque acute calidum, & ſiccum ſecundo gradu;* pulvis *ejuſdem medetur plagis veteribus, ſi ante urina abluantur.* Folia *contuſa, & emplaſtri vice applicata, dolorem capitis dicuntur mitigare, maxime in infantibus, etiam in Aqua macerata, & cerebro applicata.* Moriſ.

Modus conficiendi cæruleum, Indigo dictum.

Anil, ſeu *Indigo*, quod *Mexicani* dicunt *Mobuitli*, & *Tlecobuilli*, *Hiſpani* autem *Azul*, ſic conficitur. Indunt primo indigenæ *Mexicani* aliique *Americani* Folia decerpta æneo vaſi, pleno Aqua modicè calida, vel tepida (licet quidam magis probent frigidam), & valde verſant, donec Aqua tingatur, & Aquam bene tinctam, ſeu (ut cum Chymicis loquar) impregnatam ſufficienter compererint, eam dein effundunt in aliud vas, ſive ollam, aut cacabum, cui in ſuperiore parte eſt foramen, è quo Aqua magis pura, & clara delabitur, turbita autem, & quæ ſubſtantiam Foliorum exhauſit, aut quæ bene impregnata eſt, ſubſidet, ea porro percolatur per ſaccum cannabinum, & ſpiſſior ſubſtantia formatur in paſtillos, ſeu pilas, & pillulæ exponuntur Soli, atque poſtea patinis compoſita imponuntur prunis ardentibus, ut indurentur, & ſiccentur, atque hac ratione paratæ ſunt ad uſum tinctorum, ut colore cæruleo poſſint lanam, pannum, atque ſericum tingere.

DISTRIBUTIO XXIX.

PLANTAE BACCIFERAE.

Smilax aſpera, fructu rubente; Bryonia alba; Bryonia nigra; Ipecacoanha; Ruſcus Myrtifolius, aculeatus; Hippogloſſum Laurotaxa; Laurus Alexandrina; Polygonatum latifolium, vulgare; Lilium convallium, album; Aſparagus ſativa; Alkekengi Officinarum; Alkekengi fructu parvo, verticillato; Alkekengi Mexicanum; Solanum Officinarum, acinis nigricantibus; Solanum ſcandens, *vel* Dulcamara; Solanum pomiferum, fruteſcens, Africanum, ſpinoſum, nigricans, flore Borraginis, foliis profundê laciniatis; Capſicum ſiliquis longis, propendentibus; Lycoperſicon Galeni; Ebulus, *ſive* Sambucus herbacea; Ebulus laciniata; Mandragora mas; Mandragora fœmina; Capparis ſpinoſa; Moſchatellina foliis Fumariæ bulboſæ; Herba Paris; Colocaſia; Arum vulgare, & Dracunculus polyphyllus.

SMILAX ASPERA, FRUCTU RUBENTE.
C. B. P. 296. Vid. Icon. 1. Tab. LII.

SMilax *vocatur à* σμάω *rado, quia eſt planta acuta, vel Smilax, id eſt pulta volubilis aſpera, vel juxta* Ovidium *eſt nomen cujuſdam infantis, quia in hanc plantam fuit mutatus; aſpera dicitur, quia ſpinoſa eſt.*

SMilax aſpera, fructu rubente. *C. B. P. 296. Smilax aſpera. J. B. 2. 115. Smilax, aſpera, rutilo fructu. Cluſ. H 112. Smilax aſpera* longis, rigidis, ſarmentoſis *Viticulis* excreſcit nunc in hanc, modò in alteram partem, inquit *Cluſius*, certâ quadam ſerie ſervata inflexilis, ex geniculis *Capreolos* proferens, quorum ope vicinis arboribus, aliiſque advolvitur, & ab imis ad ſumma repit; horret autem *Spinis* duris rigidiſque non tantùm per ſarmenta ſurgentibus, ſed etiam per *pediculos*, unciales, plus minùs, quibus *Folia* ex intervallis ſingularia appenduntur. Cæterum folia *Sigilli B. Martæ* dicti poſſidet, ſed longè craſſiora, rigida, nervoſa, ſpinis non tantùm per margines horrentia, ſed & in dorſo ſecundùm nervos, nunc ampla, & viridia, modò anguſtiora, & albis maculis conſperſa. *Flores* è ſingulis extremorum ramulorum geniculatis tuberculis racematim cohærentes crebri erumpunt, parvi, albi, odorati, ſenis foliis conſtantes, in exiguis in medio apiculis: hoſce excipiunt *Fructus* rotundi, ſeu Uvæ, per maturitatem rubræ, vel rutilæ, in quorum ſingulis *Semina* duo, vel tria, vel unicum, lubricâ magnitudine, colore, & figura, ſeminum *Rhamni tertii*, ſeu *Paliuri* multis dicti, ſed duriora, pulpâ albicante, nauſeoſæ cujuſdam dulcedinis participe. *Cluſius* nucleos vocat duros, oſſeos, veluti *Aſparagi*, foris nigros, addens *Radicem* longè latèque ſerpentes ſub terra fibras habere tenues, candidas, & germina ſummâ tellure ſpargere minimi interdum digiti craſſitudine, nodoſa, ſeu articulata, albicantia. *Naſcitur in locis paluſtribus, & aſperis. Serius floret, imò Autumno etiam ipſo, cum fructu Octobri, & Novembri provenit.*

Temperamentum, & Vires.

Folia fructuſque *contra venena efficacis antidoti vim habent, auctore* Dioſcoride, *ſive ante, ſive poſtea bibantur. Quin & memoriæ proditum eſt, ſi quid ex his infanti recens nato tritum propinetur, nulla ei poſtea venena nocitura. Inciditur, & ad alexipharmaca, id eſt, ad ea medicamenta, quibus venena arcentur.* Plinius *autem, ut ex ante dictis patet, alium utendi modum tradit, dum ſcribit,* Acinorum corymbos *contra venenata omnia efficaciſſimos eſſe, in tantum, ut* Acinorum ſucco *infantibus ſæpè inſtillato nulla poſtea venena nocitura ſint.* Smilacis aſperæ folia *guſtata acrimoniam aliquam habere, & ſi illis utamur calefacere legitur apud* Galenum: *alioquin calidam, & ſiccam haud dubiè* Fuchſius *credit.* Fallopius *cùm in Monte* Juliani Piſis *vidiſſet* Smilacem aſperam, *eâ uſus eſt loco* Salſæ parillæ *per biennium, quo ibi fuit, fælici cum ſucceſſu plurimos à lue venerea liberans. Apud hodiernos Medicos uſurpatur hæc* herba *pro ſummo depurante ſanguinis, nam* ſarmenta *decocta ſanguinem depurant,* Radices, foliaque *decocta conducunt in morbis venereis, morbillis, variolis, & lue venerea laborantibus, qui ſudores ferre non poterant, hac ratione curantur.* Berh. *H. Pl.*

BRYONIA ALBA. *Dod. p. 400.*
Vid. Icon. 2. Tab. LII.

BRyonia *à voce* Græca βρύω germino, pullulo, *quòd abundè* pullulet. Bryonia Dioſcor. *l. 4. c. 184.* ἄμπελος λευκὴ Vitis alba, *&* βρυωνία ὀφιοστάφυλος μηλώθρος, *&* ψιλώθρος *&c. dicitur.*

BRyonia alba. *Dod. p. 400. Vitis alba, ſive Bryonia. J. B. 2 143. Bryonia aſpera, ſive alba, baccis rubris. C. B. P. 397. Bryonia aſpera, incana, alba, baccis rubris. M. H. 2. 4. Vitis alba Matth.* Multa longa, & tenuia *Sarmenta* promit, *claviculas*, ſive capreolos habet inſtar vitis: *Folia* ejus lata ſunt, quinquangularia ad ſimilitudinem vitis diviſa, ſed aſperiora, ſeu potius hirſutiora, candidioraque: *Flores* exigui, candidi, ſeu luteo-pallidi herbaceive: racemoſi *Fructus* in *Uvis* parvis, quæ initio virent, maturæ rubent: *Radix* prægrandis eſt, longa, & craſſa, alte deſcendens ex albido ſublutei coloris, guſtu perquam amaro, & ingrato. *Creſcit in dumetis: Floret Majo.*

BRYONIA NIGRA. *Dod. pempt. 399.*
Vid. Icon. 3. Tab. LII.

BRyonia nigra. *Dod. p. 399. Bryonia alba, baccis nigris. C. B. P. 297. Vitis ſyl. Sigillum Mariæ, & Tamus. In M. H. 2. 5.* Hæc longos, lignoſos, quaſi mediocris craſſitudinis, rimoſi corticis inſtar ſarmentorum vitis, obſcure ſubrubentes viticuloſos promit *Cauliculos*, quibus vicinis quibuſvis ſæpius, arboribus, fruticibus, multis amplexibus circumvolvit, ac crebris intorquet circuitionibus, ab imis ad faſtigium ſcandens: *Capreolis*, ſeu viticulis caret; *Folia* hederacea, cordata in mucronem acutum deſinentia, quaſi cordis figurâ, mollia, ſplendentia, viridia, *Smilacis lævis maj*; haud abſimilia: *Flores* candidi, exigui, ſuccoſi, odorati, racematim dependent: *Uvæ*, quæ parvæ ſunt, & virent primo, maturæ cocci modo rubent, modo ex rubore in fuſcum degenerant: *Radix* craſſa, longa, & magna, ſucco glutinoſo, & lento plena, adeo ut friata digitis adhæreat. *In Sylvis opacis, & ſimilibus locis aſperis, Martio menſe prima germina erumpunt: flores utriuſque Bryoniæ Majo producuntur: Uvæ circa vindemiam maturantur.*

Temperamentum, & Vires.

Radix Bryon. alb. *purgat validè ſeroſos, & pituitoſos humores. Splenenetica, Uterina, & Jecoraria eſt, utpote quorum obſtructiones aperit. Calefac., & ſicc. 2. Hydropicorum aquas per vomitum, ac ſeceſſum educit, menſes ciet, fœtum ejicit, ſuffocationes uteri arcet, aſthmata ſanat, podagricis convenit (intus, & extus). Doſis in ſubſtantia à drac. j. in infuſo ad onc. ſem., vel ultra. Extrinſecus confert Hydropi, abdomini emplaſtrata cum ſterc.*

C prillo, *quin & quartanam curare dicitur arteriis temporum*, *& brachiorum affixa*. (*Ad Sycrrhos*, *& carcinomata contuſa cum ſanguine taurino*). Schrod. Bryonia nigra *ad prædicta omnia ſimilis*, *niſi quod imbellior ſit*. *Vid.* Moriſ. Dod. *&c.*

IPECACOANHA. *Marcgr. 17.*
Vid. Icon. 4. Tab. LII.

IPecacoanha. *Marcgr. 17. Periclymeno accedens planta Braſiliana floſculis congeſtis albis Ipecacoanha*. *Piſ.* 101. *M H* 3. 535. *Ipecacoanha Braſilienſibus* ex *Radice* ſpithamæ longitudine, & ampliori, flexuoſa, nodoſa, ſeu geniculata, multis *filamentis* lateralibus prædita, quæque corticem habet ſubruffum inſtar *Tormentillæ*; interiùs autem alba eſt, ac in medio habens medullam, à qua reliqua ſubſtantia viridis radicis detrahi poteſt, medullaque removeri; progeneratur unus, aut alter *Caulis* ſemipedalis, aut paulo longior, teres, lignoſus, lentus, coloris cinereſcentis; partim terræ incumbens, aliſque radices agens, partim ſurrectus. In uniuſcujuſque hujus ſummitate, ſex, ſeptem, aut octo, ut plurimum, *Folia* inſident, modo *Herbæ Paris*, ſuperius ſaturate viridia, inferius dilutiora, nervo uno ſecundùm longitudinem, & multis venis tranſverſis prædita inſtar foliorum, *Lupini*, ad rectum, ut folia *Aſari*, ſed molliora. E medio foliorum in proprio pediculo enaſcuntur decem, duodecim aut quindecim *Floſculi* in capitulum congeſti, parvuli, albi, quinque foliolis conſtantes, & totidem *ſtaminulis* albis. Poſt flores ſequuntur totidem *Baccæ* brunnæ, ſeu *Laccæ* coloris, magnitudine *Ceraſi ſylveſtris*: Bacca continent intus *pulpam* albam, ſucculentam cum duobus granis *Seminis*, duris, flaveſcentibus lenticularis figuræ. *Amat planta humidas Sylvas*, *& in Hortos translata ſumit incrementum*, *quia amat ſylveſtria*.

Temperamentum, & Vires.

Radix *effoſſa in umbra non Sole ſiccari debet*, *recens ut & ſiccata ſuperamari ſaporis pungit linguam ſua acrimonia*, *proinde calidam in ſecundo grado*, *& ſiccam judico*. *Facultatem habet abſtergendi*, *meatus expurgandi*, *ac infarctus reſolvendi*. *Uſus* Radicis, *dragma una*, *aut altera contunduntur*, *ac in poculo Vini Aqua mixti per noctem macerantur*; *mane leniter ebulliuntur*, *ac percolentur*, *bibit æger*, *per vomitum*, *& ſeceſſum purgat*, *& non ſolum in dyſenteria*, *ſed etiam in affectibus ventriculi datur optimo ſucceſſu*. *Quo autem recentior eſt* Radix, *eo fortior*. *In quibuſdam plus ſuperne*, *quam inferne purgat*, *Auctor eſt* Marcgr.

RUSCUS MYRTIFOLIUS, ACULEATUS. *T. 79.*
Vid. Icon. 5. Tab. LII.

RUſcus Italis Bruſcus *nuncupatur quaſi* ruſus, *à colore fructus ad rufum inclinantis*, *dilutius tamen rubentis*. Ruſcus Myrtifolius, *quia habet folia* Myrti, *vel* Myrtacantha *à μύρθος* Myrtus, *& ἄκανθα quaſi* Myrthus ſpinoſus Oxymyrſine *ab ὀξὺς* acutus, *& μυρσίνη* Myrthus.

RUſcus Myrtifolius, aculeatus. *T.* 79. *Ruſcus*. *C. B. P.* 470. *J. B.* 1. 579. *Trag. Tab. Lob. Eyſt. Park. Ruſcus*, *ſive Bruſcus*. *Ger.* μυρσίνη ἀγρία, *&* ὀξυμυρσίνη ετ μυρτάκανθα. Ruſcum. *Dod p.* 744. *Radices* albæ, duræ, in capitula congeſtæ, multas à ſe *Fibras* craſſiuſculas, longas effundunt. Inde *Caules* plurimi, virides, ſtriati, fractu contumaces, firmi, calami ſcriptorii craſſitie, cubitales, & bipedales, in ramuſculos plurimos diviſi, aſſurgunt. His *Folia* myrtina, *Buxi* non minora, in acutum *Aculeum* tendentia, rigida, robuſta, pungentia, alternatim, ac ſatis confertim adhærent, & in medio *Floribus* minutis, ſtellatim, ex albido colore herbaceis obſidentur, exiguis *ſtaminulis* purpuraſcentibus circumpoſitis. Iſtis evanidis, proveniunt *Baccæ* rubentes, rotundæ, *Aſparagi* baccis ampliores, foliis mediis inhærentes, quæ nunc unicum, nunc bina oſſicula perdura, & cornea ſervant. *Creſcit copioſè in* Italia, *ut & quibuſdam in locis* Germaniæ. *Solo gaudet aſpero*. *Primo Vere turiones promit*, *Autumno ſemen*.

Temperamentum, Vires, & Uſus.

Ruſci radices *potiſſimum uſurpantur*, *quæ temperatè calidæ ſunt*, *ac eſſentiæ tenuis*, *mediocriter quoque reſiccantis*. Quinque radicum aperientium *ordinem in Officinis claudunt*. *Vino coctæ*, *& exhauſtæ*, *renum dolores*, *& veſicæ ſedant*; *ſtillicidio*, *ac urinæ difficultati*, *ictero*, *hydropi*, *capitiſque doloribus medentur*. *Brevi*, *calculoſis*, *& uterinis affectibus elevandis mire proſunt*. Amatus Luſitanus radicum *uſum quotidianum prædicat ad infarctus*, *& obſtructiones tollendas*; *in quo caſu*, *& ipſi non parum conferre multoties experti ſumus*, *inquit* Jo Bauh. *Horum quoque præcipuum uſum celebrat* Dodonæus. *Ad Hydropem matricis*, *ſcrotique intumeſcentiam curandam*, *de* Ruſci radice *inſignem vide relationem apud* Jo. Bauh. *T.* 1. *pag.* 582. Folia, *cauleſque exſiccati*, *in pulverem redacti*, *ac Lacte exhibiti*, *ad curandas hernias efficaciſſimi ſunt*. Cauliculi *recentes* Aſparagorum *vice ad urinam ciendam*, *ac obſtructiones reſerandas in cibo ſumuntur*; *ſed ob amaritudinem in Medicina potius*, *quam cibo petuntur*. Moriſ.

HIPPOGLOSSUM, LAUROTAXA. *Col. Part. 1. 165.*
Vid. Icon. 6. Tab. LII.

HIppogloſſum, *&* Biſlingua *dicitur à linguulis foliis mediis inhærentibus*, *aut quod cuilibet folio alterum inſit foliolum* linguam *referens*. Bonifacia *vocatur*, *forte à copia* bonorum, *quæ humano corpori affert*.

HIppogloſſum, Laurotaxa. *Col. Part* 1. 165. *Hippogloſſum*. *Matth. Ger. Dod. Lob. Hippogloſſum*, *& Biſlingua*, *Park. Bonifacia*, *ſive Biſlingua*. *J. B.* 1. 575. *Laurus Alexandrina fructu pediculo inſidente*. *C. B. P.* 304. *Laurus Alexandrina folii medio linguula inſidente*. *M. H.* 3. 540. *Ruſcus anguſtifolius*, *fructu folio innaſcente*. *T.* 79. *Radix Idæa*, *Hippogloſſon*. *Col Phytob.* 64. *Laurus Taxa*. *Hiſt. Lugd.* *Caulibus* ſe erigit pedalibus, rotundis, viridibus, lentis, ſtriatis, fractu vero contumacibus, à variis *Radicis* albicantis, ac oblongis ramoſis *Fibris* ſe diſpergentis, nodoſis capitibus duris prodeuntibus. Hos conſcendunt *Folia*, unciam plus minus lata, in mucronem producta, dura, rigidiuſcula, atrovirentia, per longitudinem crebris *nervis* virgata. Singulorum foliorum medio *gloſſarium*, ſeu *linguula* folioſa, parva, inſidet; ſub qua, in tenui pediculo, nervo à ſinu folii latioris exeunte lirato, appendet *Flos* exiguus ſtellatus, pallidus, *Ruſci* haud abſimilis. Poſt *Florem* evanidum, pendet *Bacca* rubra, *Aſparagi* major, *Seminis* oſſiculum quodlibet, ſubrotundum obvelans. *In* Ungariæ *Montibus Sylvoſis*, & *umbroſis* Cluſius *detexit*, *& in* Liguriæ *Alpibus* (Urbinati *agro*) *ſponte provenit*. *Apud nos in Hortis ſervatur*.

Vires, & Uſus.

Eſt ei, *teſte* Marcello Virgilio, *acrimonia*, *& calefaciendi vis*: *ideoque* Priſcis *ad ſiccandam linguæ nimiam humiditatem in pueris adhibebatur*: *& inde* Hyppoglotton *dicebatur*. *Sic Inſubres aliquæ Gentes*, *eodem Authore*, *eâ pro balbutientibus pueris utuntur*. *Ad* Columellam *humectam*, *ac collapſam ejus prædicant uſum* Tragus, *&* Cornarius. *Ad puerorum Enterocelas laudat* Cæſalpinus, *ſi diutiùs diluculo ejus ſumatur* pulvis *ſeſquidrachmæ pondere ex* Symphiti *majoris decocto*. *In uteri ſtrangulatu magno dari juvamento ſcribunt nonnulli*. *Alii pueris*, *ut nimia illorum humiditas exſiccetur*, *collo appendunt*. Chabr.

LAURUS ALEXANDRINA. *J. B. 1. 574.*
Vid. Icon. 7 Tab. LII.

LAurus Alexandrina *ab* Alexandria Troadis, *ubi mons eſt* Ida, *circa quem frequentiſſime naſcitur*, *eſt denominata*.

LAurus Alexandrina. *J. B.* 1. 574. *Lob. Ad. Part. alt. Laurus Alexandrina*, *fructu folio inſidente*. *C. B. P.* 305. *Laurus Alexandrina*, *Chamædaphne*. *Col. Part.* 1. 165. *Ruſcus latifolius*, *fructu folio innaſcente*. *T.* 79. *E Radicibus* albis, nodoſis, & lignoſis, *Ruſci* non incongruis, magis vero in latum ſparſis, & fibris plurimis demiſſis, proveniunt *Caules* lenti, virides, *Ruſci*, aut *Hippogloſſi* tenuiores, recti, cubitales; quibus *Folia Hippogloſſi* pene paria, latiora tamen, & rotundiora, molliora, in mucronem deſinentia, hilarique virore prædita, alternatim, ut plurimum, interdum vero tria quatuorve radiatim adhærent, venulis non in longitudinem recta per folia protenſis, ſed divaricatis. E mediis foliis nunc ſuperna, nunc prona parte, *Folioli* tenuis *rudimentum* ena-

enaſcitur, è cujus etiam exortu, pediculus unus, aut alter, tenuis, ſemiuncialis, *Florem* parvum, pallidum, ſtellatum, proferens erumpit. Is autem in *Fructum* rubrum, rotundum, *oſſiculum* plerumque ſingulare album continentem, oculum piſcis repræſentantem, tranſmutatur. *Plantæ bujuſce ramulis uſi eſſe putantur antiqui, corollaſque laureas, quibus heroum tempora redimire ſoliti ſunt, ex iis confeciſſe.*

Vires.

Radices *diureticæ ſunt; ſtillicidio urinæ auxiliantur; partuſque accelerant*, Dioſcoride *auctore*.

POLYGONATUM LATIFOLIUM, VULGARE. C. B. P. 303. *Vid. Icon. 8. Tab. LII.*

POlygonatum Græcis πολυγόνατον, *dicitur, quod radix multa genicula* (τὰ γόνατα) *habeat*. Sigillum Salomonis *in Officinis vulgò vocatur, haud dubie, quod in radicibus quædam veſtigia ſigilli inſtar impreſſa appareant, quorum ſingulis imprimitur nota delapſi caulis. Alii vero exiſtimant, appellatam hanc plantam ſigillum, eo quod ſugillationibus medeatur.*

POlygonatum latifolium, vulgare. *C. B. P.* 303. *Cluſ. Hiſt. Polygonatum, vulgò Sigillum Salomonis. J. B.* 3. 529. *Polygonatum. Ger. Matth. Vulgare. Park. Radix* oblonga, candida, frequentibus veluti articulis nodoſa, digitalis craſſitudinis, haudquaquam recte deſcendit, ſed per tranſverſum oblique progreditur, *Fibraſque* ſubtus demittit. *Caulem* emittit cubitalem, tenuem, lævem, viridem, nullis ramis brachiatum, ſed ſimplicem, in ſummitate reclinantem, & velut arcuatum; in quo binis ſeriebus, alternatim diſpoſita ſunt *Folia* latiuſcula, oblonga, ſuperne viridia, inferne cæſio colore obducta, nervis per longitudinem decurrentibus notata. Ex unoquoque folii ſinu ſive annexu, proveniunt *Flores*, à pediculo ſemiunciali, aut unciali, in pedicellos breves ſubinde diviſo, ſingulares, bini, ternive, ab inferiore parte caulis una, & continua ſerie dependentes; cylindracei, albidi, oris herbedis, in ſena ſegmenta diviſis, quibus totidem adnaſcuntur apices crocei. Hiſce decidentibus, *Baccæ* oriuntur virentes, mox glaucæ, *Corymbis bederaceis* pares, aut paullo etiam majores, in quibus *Semina* ſena, vel ſeptena, ſubrotunda, dura, continentur. *In Sylvis, & umbroſis, ad ſepes, & juxta earum margines, non modo in montoſis, ſed & in planis naſcitur. Floret Majo.*

Vires, & Uſus.

Radices *miſtam tum facultatem, tum qualitatem habere aſſerit* Galenus. *Ac in receſſu habere acrimoniam cum aſtrictione. & Salis volatilis participare perhibet* Ettmul. *Quamobrem externe in uſu coſmetico primatum ducunt: cum Vino coctæ, vel infuſæ, & illitæ, maculas cutis abigunt; cutemque dealbant. Unde inter Aquas coſmeticas, aqua* Foliorum radicumve Polygonati, Liliorumque alborum deſtillata, *ad nitorem faciei conciliandum, Mulierculæ uti conſueverunt*. Radix *tuſa ſugillationibus, contuſionibus, plagis, livorique faciei tepide applicatur; baſin cataplaſmatis conſtituit; brevique tempore medetur. Vulnerarium eſt egregium; ad fracturas oſſium, aut venarum ſanandas, aut quaſcunque fluxiones ſiſtendas, nihil habetur utilius*. Radix *lacte inciſa, & cocta, cui* Symphiti majoris *radix addatur, puerulis herniis laborantibus, ac ad menſes albos ſiſtendos cum ſucceſſu adhibetur. Introque ſumpta irruptionibus, quacunque corporis parte accidentibus, utiliter applicatur. Imo & in cereviſia cocta, in arthritide, infantumque epilepſiis commendatur*; D. Hermanno. Baccæ *pituitam mucilaginoſam per vomitum, ac ſeceſſum educunt.* (*Doſ. n.* 14. 15.) *Idem dicitur & de* Radice (*Dracm. unam*) *ac de* Foliis. Schrod.

LILIUM CONVALLIUM, ALBUM. C. B. P. 304. *Vid. Icon. 9. Tab. LII.*

LIlium convallium *dicitur à loco natali, quod in convallibus, & opacis creſcat*; Callionimus *vocatur*, à pulchritudine, & *utilitate*; *hinc* Lilium inter ſpinas, & Lilium convallium Salomonis.

LIlium convallium, album. *C. B. P.* 304. *Park. Lilium convallium vulgò. J. B.* 3. 531. *M. H.* 3. 539. *Lilium convallium. Dod. p.* 205. *Matth. Cæſ. Cam. Ger. Lilium convallium, flore albo. Eyſt. Lilium convallis, vel Sylveſtris, Brunf. Callyonimus, vel Chamæcitinus, Geſn. Hort. Radicibus* tenuibus, tenacibus, albeſcentibus, reflexis, geniculatis, & fibratis, Graminis modo ſe reſtibili fœcunditate propagat, *Caules* emittens palmares, binis longis *foliis Polygonati* folia quodammodo referentibus, longioribus tamen, & lævibus, præditos; & ex inferiori caulium tenui involucro, pediculum, ſeu ſtylum longum, qui ſuperius longa ſerie, *Floſculos* rotundos, concavos, parvæ nolæ effigie, nutantes, ſecundum oras in ſex *lacinias* reflexas diviſos, odoratiſſimos, albos, profert; quibus confeſtim marceſcentibus, *Baccæ* rubræ globulares, *Semina* ſubrotunda, dura intus continentes, ſuccedunt. *Sylvoſis, umbroſis, & montoſis gaudet. Majo menſe floret.*

Vires, & Uſus.

Flores *præſertim in Officinis veneunt, quos calidæ, & ſiccæ qualitatis eſſe ſtatuit* Dodonæus, *effectuſque arguunt. Odore conſtant gratiſſimo, qui conſiſtit in ſubſtantia ſalina admodum volatili; i. e. ſubſtantia volatili ſpirituoſa; hinc inter cephalica medicamenta, & ad ſpirituum vigorem reſtaurandum, ac adversùs morbos frigidos, nervoſque relaxandos, primum tenent locum. In apoplexia, epilepſia, paraliſi, vertigine, ſyncope, morbo comitiali, aliiſque capitis doloribus feliciter exhibentur. Sunt qui cum ſpiritu* Lil. convallium *eſſentiam parant pro ſcopo analeptico reſtaurativo*. Ettmul. *Ad morbos prædictos* Conſervam *florum commendat* Sim. Paul. Radix *dulcis, ac aromatica, cum* floribus *in pulverem redacta, naribuſque admota, pituitam elicit, & tanquam errhinum præſtantiſſimum habetur.*

ASPARAGUS SATIVA. C. B. P. 489. *Vid. Icon. 10. Tab. LII.*

Ἀσπάραγον, & Atticè ἀσφάραγον *vocarunt* Græci: Aſparagum, & Aſpharagum Latini.

ASparagus ſativa. *C. B. P.* 489. *Aſparagus hortenſis, & pratenſis. J. B.* 3. 725 *Aſparagus domeſticus. M. H.* 2. 3. *Eyſt. Aſparagus hortenſis. Dod. p.* 703. *Aſparagi* hujus domeſtici *Caulis*, poſtquam adolevit, craſſus, durus, & rotundus eſt, bicubitalis, ac ſæpe altior, in multos *Ramos* diſcinditur, qui *Foliolis* conveſtiuntur mollibus, virentibus, copioſis quidem, ſed exiguis *Capillamenti*, aut *Fœniculi* inſtar tenuibus: *Floſculi* ſecundum ramulos exeunt minuti, ſenis pariter petalis herbacei coloris præditi, atque plura intus *ſtaminula* apicibus luteis donata proferunt; quibus ſuccedunt *Baccæ* virides, per maturitatem *Coralli* ſimilitudine rubentes, rotundæ, *Ocbri* fructus magnitudine, in quarum ſingulis aliquot nigra *Semina* conduntur numero incerto, quinque, ſex, ſeptem: *Radices* ſunt multæ, craſſæ, molles, ſpongioſæque, fibris etiam ſcatentes, & ab uno capite, ſeu apice ſuperiore dependentes, longe lateque in rotunditatem ſparſæ. Datur & Aſparagus ſylveſtris tenuiſſimo folio; & maritimus craſſiore folio, *C. B. P.* differunt tantum ratione loci in quo producuntur, atque ex alterutro (mangonio) domeſticus noſter manavit: idem cernere licet in quamplurimis domeſticis plantis, in Hortos bene ſtercoratos translatis. *Florent omnes cum domeſtici, tum Sylveſtres prædicti, menſe Julio, & Auguſto, citius aliquando; atque menſe Octobri, & Novembri, matura edunt ſemina.*

Temperamentum, & Vires.

Aſparagi *urinas nonnihil promovent, renibus, & veſicæ ſunt utiles, atque urinæ per uretres in veſicam diſtillanti odorem ingratum, & quaſi quid hircinum conciliant. Alimentum autem corpori humidum adferunt, ſemen genitale augent, & ad venerem excitant*: Radices *cum* ſativi, *tum* ſylveſtris Aſparagi, *extergendi vim habent; renes, & jecur ab infarctu liberant, pectori, ac pulmonibus proſunt*: Decoctum *earundem* Radicum *dentium doloribus mederi, author eſt* Dioſcorides.

ALKEKENGI OFFICINARUM. T. 151. *Vid. Icon. 1. Tab. LIII.*

ALkekengi *in Officinis dicitur* Solanum hoc Monocarpon *forte, quia apud* Arabes, & Mauros Alcaquengi *appellatur, vel forſan à corrupto* Græco *vocabulo* ἁλικάκαβον Στρύχνος ἁλικάκαβος, & φυσαλὶς Dioſc. Solana veſicaria *appellantur, quod folliculi fructus* con-

continentes, veſicæ inflatæ *ſunt ſimiles*: *vel* (*ut* Plinius) *quoniam* veſicæ, *& calculis proſunt*.

Alkekengi Officinarum. *T.* 151. *Solanum veſicarium*. *Dod. p.* 454. *C. B. P.* 166. *Solanum*, *Halicacabum*, *vulgare*. *J. B.* 3. 34. 609 *Solanum veſicarium*, *vulgatius*, *repens*, *fructu*, *& veſicâ rubrâ*. *M. H.* 3. 526. *Halicacabum vulgatius*. *Eyſt. Solanum Halicacabum*. *Ad. Lob. Lugd. Ger. Solanum Halicacabum*, *ſive Alkekengi vulgare*. *Park. Germinum* repullulantium ſobolem hinc, & inde diffundit, *Radicularum* proſerpentium ope. *Cauliculi* cubitales ſunt, è rotundis anguloſi, ſubrubentes nonnunquam, & per intervalla, quaſi nodis geniculorum diſtincti; ſecundum quos, in oblongis pediculis, naſcuntur *Folia*, *Solani majoris*, aut *vulgatioris* conformia, bina frequenter ſimul juncta, mollia, breviſſima lanugine tecta. *Flores* alæ illorum porrigunt, ex una baſi monopetalos, ſubalbidos, in quinque angulos dilatos, unguis humani latitudinis; quibus delapſis, *Veſiculæ* ſuccedunt turbinatæ, & per longitudinem *nervis* aliquot virgatæ, primo ſubvirides, deinde ex rubicundo coloræ phæniceæ, complectentes intus, ad veſiculæ baſin, *Fructus* rotundos, *Ceraſorum* magnitudine, concolores, carnoſos, & pulpoſos, *Seminibus* ſubrotundis, planis, albeſcentibus, *Solanorum* ſimilibus. *Locis gaudet umbroſis*; *naſciturque in parietinis*, *Vineis*, *ſepibus*, *& agrorum marginibus*. *Floret Æſtate*, *Autumno fructum maturans*.

Temperamentum, & Vires.

Solanum veſicarium Alkekengi, & Halicacabum *dictum*, *haud pluſquam mediocriter frigidum*, *& ſiccum cenſetur*. *Tam* Folia, *quam* Fructus *ignibus ſacris convenientiſſime illiniuntur*. *Ægilopas*, *capitis dolores*, *tuſa atque impoſita ſanat*. Succus *Gallinarum cortalium fimo ſubactus*, *& linteolo appoſitus Ægilopis præſentaneo eſt remedio*. *Celebre remedium eſt adverſus nephriticos dolores*, *& calculoſos affectus*; *vias urinarias lubricat*; *calculos*, *& arenulas educit*; *renibus exulceratis ſanandis confert*; *urinæ acrimoniam temperat*; *ſtranguriam*, *& dyſuriam tollit*; *proinde multis compoſitis medicamentis*, *quæ ad jecur*, *veſicam*, *& renes accommodantur*, *miſcetur*. *Quod* Fructus *cieat urinas*, *tam notum eſt ruſticis* Palatinis (*inquit* Caſp. Hofm) *ut totos manipulos geſtent*, *& avide devorent*. *In Vino infuſus*, *aut ſero lactis decoctus aſſumptus*, *adverſus morbum Regium efficaciſſimus exiſtimatur*, Dioſc. *Auctore*. *In pulverem etiam redactus*, *& ex Vino albo*, *aut Juniperino hauſtus*, *ad urinam evacuandam*, *ac hydropicos*, *podagricos*, *& colico dolore laborantes auxiliandos*, *valde proficuus eſt*. *Ad morbum articularem ſedandum*, *& per urinam educendum*, *à multis laudatur*. *Sed de his plura apud* D. Soame, & Boerh.

ALKEKENGI FRUCTU PARVO, VERTICILLATO.
T. 151. *Vid. Icon.* 2. *Tab. LIII.*

Alkekengi fructu parvo, verticillato. *T.* 151. *Solanum ſomniferum*, *verticillatum*. *C. B. P.* 166. *M. H.* 3. 526. *Solanum ſomniferum*. *Dod p.* 455. *Solanum verticillatum*. *J. B.* 3. 610. *Matth. Cluſ. Hiſp.*, *& Hiſt. Adv. Lob. Forte Solanum Somniferum Antiquorum*. *Proſp. Alp. Somniferum Antiquorum verum*. *Park* Ad duorum, aut trium pedum altitudinem ſubinde attollitur. *Caules* ejus craſſi, rotundi, duriuſculi, in *Ramos* nonnunquam diſtributi, molli *lanugine* hirſuti, *Foliis* veſtiuntur multis, ſubpinguibus, latis, oblongis, *Mali Cotonei* majoribus, alioqui ſimilibus, è regione adnatis. *Flores* ad genicula oriuntur, tres, quatuor, & interdum plures, & verticillatim diſpoſiti, pallidi, anguloſi, monopetali, caules ambiunt; quibus ſuccedunt *folliculi* membranacei, oblongi, minores, ſinguli *Baccam* rotundam, rubri, & ex rubro crocei coloris, *Seminibus* exiguis refertam, continentes. *Radix* ſubeſt longa, craſſiuſcula, vivax. *Creſcit in Hortis*. *Floret Junio*, *fructus fert ante Autumnum*.

Vires, & Uſus.

Radicis Cortex, *auctore* Dioſc. *in Vino potus*, *drachmæ pondere*, *vim habet ſomniferam*, *Opio tamen mitiorem*. Fructus *valde urinam ciet*; *unde corymbi numero duodecim hydropicis exhibentur*, *plures enim mentis alienationem faciunt*.

ALKEKENGI MEXICANUM. *Recchi* 196.
Vid. Icon. 3. *Tab. LIII.*

Alkekengi Mexicanum. *Recchi* 196. *Solanum veſicarium*, *verticillatum*, *fructu erecto*, *minore*. *M. H.* 3. 526. *Caulis* ultra cubitalem altitudinem exſurgit, viridis, rotundus, lignoſus. *Folia* non longe ab *Radice* per totum caulem, longo pediculo adnaſcuntur, admodum *Peti minoris* ſimilia, viridia, craſſa; & ex quavis ala nova foliorum ſoboles enaſcitur. Longitudo internodii eſt duorum digitorum. Ex *alis* ſuperioribus *Floſculi* multi, exigui, pallidi, prodeunt, pediculo breviſſimo, ut adnati videantur. Inde *veſiculæ* ſequuntur, ſimiles noſtræ *Veſicariæ*, quoad figuram, & colorem, ſed minores longe; nec enim *Avellanæ* magnitudinem aſſequuntur: hæc caulem totum quaſi circumſtant. *Baccæ* veſiculis incluſæ, *Piſum cordatum* æquant magnitudine, ſed rubent, noſtræ *Veſicariæ* ſimiles; ſapor non ita gratus, ſed longe amarior. *Semina* alba, plana, renibus ſimilia. *Præcedenti multum accedit*. *Conſimile*, *ſi non idem è* Virginia *tranſmiſſum eſt*.

Vires, & Uſus.

Radicis *amariſſimæ* pulvis *ad drach* 1. *uncias* 4., *vel* 5. *Aquæ frigidæ potius*, *quam tepidæ injectus*, *& ventriculo jejuno*, *vel ſub noctem à non cænato hauſtus*, *movet corpus* κάτω, *& quandoque* ἄνω, *duratque aliquando* 4., *vel* 5 *dies*, *donec viz. morbus tollatur*. *Sic tollit obſtructiones*, *morbos ventriculi*, *ejuſque dolores*; *auxiliatur morbis matricis*; *calculum veſicæ rumpit*; *doloribus colicis*, *& iſchiadicis ſubvenit*, *movet edendi appetitum*; *juvat*, *& facilem reddit partum*. *Poteſt infantibus unius anni exhiberi*: *nam Pharmacum eſt ſecuriſſimum*. *Plura in* Hiſt. Mex. *p.* 296.

SOLANUM OFFICINARUM, ACINIS NIGRICANTIBUS. *C. B. P.* 166. *Vid. Icon.* 4 *Tab. LIII.*

Solanum *vocatur à* Solari, *quia hæc planta humores dulces reddit*.

Solanum officinarum, acinis nigricantibus. *C. B. P.* 166. *Solanum hortenſe*, *ſive vulgare*, *Acinis nigris*. *J. B.* 3. 34. 608. *Solanum hortenſe*, *Baccis nigricantibus*. *Dod. p.* 453. *Solanum vulgare*. *Park. M. H.* 3. 520 *Solanum nigrum*, *vulgare*. *Cord. Hiſt.* 158. *Solanum hortenſe*. *Matth. Dod. Ger. Lugd. Tab. Cam. Caule* ex inutili, fibroſa, *Radice* annua, aſſurgit cubitali, *alis* frequentibus ramoſo, ex membranulis anguloſo; *Foliis* latiuſculis, mollibus; nunc *Atriplicis* in modum ſinuatis, nunc integris, atrovirentibus, fœtidis, fortuito *Petiolis* adhærentibus, veſtito. Ex adverſa parte foliorum, plerunque tamen in caule aliquanto inferius exeunt *Petioli* in plures minores *Pedicellos* diſpertiti, quibus ſingulis *Flores* prodeunt monopetali, albi, nutantes, in quinque lacinias acutas, & plerumque reflexas ad unguem fere diviſi, totidemque *Stamina* cum apicibus ſuis luteis oblongis coëuntibus, & *Stylum* viridem è media *Bacca* exeuntem occultantibus ambientes. Flores excipiunt *Baccæ* corymbis hederaceis pares, per maturitatem plerunque nigricantes; interdum tamen virides, & ſubflavæ conſpiciuntur, *Succo*, & pulpa prægnantes, in quibus *Semina* parva, compreſſa, ſubrotunda, continentur. *In Hortis oleraceis*, *& pinguiore ſolo*, *paſſim reperitur*. *Autumno floret ſemenque perficit*; *pruinis advenientibus*, *frigoris impatiens langueſcit*.

Temperamentum, & Vires.

Qualitatem frigidam, *& nonnihil aſtringentem poſſidet*. Dioſc. Plin. Galen. &c. *Externe applicatum*, *capitis dolores*, *& æſtus febriles ſedat*. *Inflammationibus*, *ulceribus*, *& mammarum cancro medetur*; *ob quam facultatem* Succus *ipſius Unguenta*, *& Cataplaſmata ingreditur*. Moriſ. *Medici hanc* Plantam *ſummopere externè commendant*; *externus ujus quidem mihi probatur*, *ſumunt nempe* Folia *contuſa*, *&* ſuccum *expreſſum Unguento Roſaceo permiſtum imponunt capiti phrenitici hominis ad refrigerandum*, *& dolores ſedandos*, *hinc ejus* ſuccus *eſt antiphlogiſticus*. Folia *cum Sale*, *vel Nitro contuſa quoque in inflammatione*, *gangræna*, *& ſuppuratione conveniunt*; *internè hæc* Planta *dicitur mitigare ardorem*, *refrigerare*, *& reficere*, *ſed cum plurimi ruſticorum pueri inde ſint convulſionibus affecti*, *& mortui*, *uti & eorum Gallinæ*, *ut ruſtici teſtantur*, *hinc nobis ſit* Planta *ſuſpecta*, *ſic &* eorum Baccæ, *externè*

nè Folia *contuſa conveniunt in hæmorrhoidum inflammatione: inquit* Boerh.

SOLANUM SCANDENS, *vel* DULCAMARA.

C. B. P. 167. Vid. Icon. 5 Tab. LIII.

SOlanum ſcandens, *vel* Dulcamara. *C. B. P. 167. Dulcamara. Dod. p. 402. Dulcis amara, flore cæruleo vulgatior. Eyſt. Glycypicros, ſive amara dulcis. J. B. 2. 109. Sarmenta* lignoſa, pedes duos, aut tres longa, & ferè niſi ſuſtineantur, procumbentia, emittit, viridantia, & nonnihil purpuraſcentia: angulosè enaſcuntur *Folia Solani hortenſis*, atrovirentia, pediculo unciali: *Flores* fœtidi, ſed pulchelli, purpuraſcentes, vel ex cæruleo purpurei, hiſce ſuccedunt *Baccæ*, per maturitatem coccinei coloris, ſuboblongæ formæ, molles, lenti, & ingrati ſaporis, parvis granulis plenæ: *Radix* fibroſa. *Aquoſa, & rigua amat, ac circa ſcrobes, & foſſas reperitur, ſepibus, aut fruticibus aliis innitens. Flores Julio exeunt: Baccæ Auguſto maturæ ſunt.*

Temperamentum, & Vires.

Dulcis-amara, *vel* Dulcoamara, *ſi partem recenter avulſam manduces, per tatum os amaritiem diffundit, & paulo poſt dulcedinem mellitiam;* Succus *ejus eſt penetrantiſſimus, ſaponaceus, & detergens, hinc convenit, ubi ſanguis eſt extravérſatus, & grumoſus per vulnus, eſt diureticus, ſabulumque renum expellit, eſtque ſudoriferus; hinc Medici in Phtyſi vimia diutiſſimè cocta dant potandum ad depurgandum, & attenuandum, ſed ubi nimia ſanguinis tenuies, quæ per ſudores nocturnos ſe manifeſtat, adeſt, tum nocet; in inflammationibus, & fibris nimis tenſis eſt optima planta;* Folia *contuſa conducunt in hæmorroïdibus, ejus* Succus *in cancro eſt optimus ad lavandum, cum Spiritu Vini rectificatus conducit in Eryſipelate, & omnibus cutis morbis, vis eadem, ac in Glycyrrhiza: in Decocto ſummus uſus contra omnes morbos ab obſtructionibus, deterget enim, aperit in omnibus pectoris morbis, corporibus ulceribus vel externis, vel internis, contra ſcorbutum, & luem veneream laudatur, eſt planta maximè diuretica, & nulla magis in caſtris commendatur, ſi milites internè, vel externè læſi ſint, externè in podagra conducit, uti ad ſopiendos dolores.* Boerh.

SOLANUM POMIFERUM, FRUTESCENS, AFRICANUM, SPINOSUM, NIGRICANS, FLORE BORRAGINIS, FOLIIS PROFUNDE LACINIATIS *H. L. 573.*

Vid. Icon. 6. Tab. LIII.

SOlanum pomiferum, fruteſcens, Africanum, ſpinoſum, nigricans, flore Borraginis, foliis profundè laciniatis. *Herman. H. L. Bat. 573. Solanum ſpinoſum, arboreſcens, Capitis Bonæ Spei vulgò. Breyn. Radix* alba, lignoſa, perennis, longo, & obliquo reptatu diſperſa. Ex hac fruticat *Caulis* lignoſus, ſeſquicubitalis, ramoſus, in viridi colore nigricans, *Aculeis* mordacibus undique armatus. *Folia* promit atroviridia, oblonga, profundè laciniata, *coſtis* ab utraque parte ſupparibus obſeſſis; *Flores* ad ramorum cacumina pentapetaloides, *Borraginis* facie, ex cæruleis pallentes; *Baccas Pomi amoris* amplitudine, & forma, primùm virides, dein flavas, & ex maturitate in nigrum degenerantes colorem, foventes *Semina* compreſſa, orbiculata, fuſca, in pulpa flaveſcente, viſcida, acria, amara, nauſeoſa, & viroſa. *Ad foſſarum margines, lociſque aliis incultis* Promontorii Bonæ Spei *ſponte provenit. In Hortis tam per ſemina, quàm ramorum circumpoſitionem, vel ſubmerſionem commodiſſime propagatur. Vidimus, & delin. nos in* Hort. Reg. Acad. Taurinen.

Vires, & Uſus.

Radicem, *quam acrem, & ſubamaram deprehendi, exemplo* Hottontottorum, *ad Hydropicorum aquas per urinam educendas, ex* Decocto *præſcripſi magno ſemper ægrotantium levamine.* Pulpam *vero* Baccarum *virulentam reperi, inducentem capitis gravedines, torpores, dolores, furorem, denique ipſam necem.* Hermannus.

CAPSICUM SILIQUIS LONGIS, PROPENDENTIBUS. *T. 152. Vid. Icon. 7. Tab. LIII.*

CApſicum *dicitur, vel à voce* Græca κάπτω mordeo, *propter vim deurentem ſeminis, vel à voce* capſa, *propter fructus formam, quæ* capſulam *refert.* Piper Indicum *nominatur, eo quod tam ſemen, quam ipſa cutis* Piperis *ſaporem, & acrimoniam præ ſe ferat.* Siliquaſtrum *porro audit, quod ob* Piperis *ſaporem* Piperitidis *nomine donatur.*

CApſicum ſiliquis longis, propendentibus. *T. 152 Piper Indicum, vulgatiſſimum, C. B. P. 102. Solanum Capſicum dictum, vulgatiſſimum. H. L. Piper Indicum, medium. Eyſt. Solanum urens Capſicum dictum, ſive Piper Indicum, vulgatiſſimum. M. H. 3. 528. Piper Indicum, ſeu Calecuticum, ſive Piper ſiliquaſtrum. J. B. Capſicum Actuarii, ſive Caninum Zinziber, Avicennæ Calecuticum Piper, ſive Piper Indicum, longioribus ſiliquis. Lob. Ic. 316. Capſicum Cluſ. in Monard. Axei, ſive Capſicum Monardi. Chilli, ſive Piper Indicum ſiliquoſum Recchi* 134. E *Radice* gracili, annua, ac fibroſa, *caulis* aſſurgit pedalis, & cubitalis, (in calidioribus regionibus bicubitalis, & altior) viridis, anguloſus, erectus, ac in multa *brachia* diviſus. *Folia* longis ſubnixa pediculis, crebra, integra, viridia, glabra, *Solani vulgaris* longiora, magiſque acuminata, marginibus æqualibus prædita, incondito ordine eundem conveſtiunt. *Flores* ſingulatim paribus pediculis, nunc è ramuſculorum angulis, nunc è foliorum alis prodeuntibus, nituntur, parvi, è quinis petalis albis, ut plurimum ſtellatim diſpoſitis, conſtructi, *umbilicum* in medio prominentem, plerumque flavum, interdum vero herbidum, circumdantibus. Iſtis ſubjiciuntur *Fructus* digiti humani longitudine, propendentes, & *Siliquarum* ſpeciem monſtrantes, *Corallii* colore, & nitore reſplendentes, coriaceo cortice velati; in quorum medio nervis humidis, & carnoſis affiguntur glomeratim longo ordine *Seminis* plurima, compreſſa, è flavis palleſcentia, *guſtu Piperis* acri, qualis eſt ipſa *ſiliqua*; totaque planta ſapore non deſtituitur. *Fructus* nonnunquam *lutei coloris* conſpiciuntur. *Ob uſus quotidianos domeſticos apud* Indos *frequenter ſeritur; & orexi excitandæ, condiendiſque ferculis ſuppetias fert, adeo ut nullam ſit reperire menſam ſine* Capſico: *unde fit ut in noſtram orbem transferatur, ibique in Hortis, & in vaſis fictilibus, ornamenti gratia ſeratur.*

Temperamentum, & Vires.

Summam acrimoniam, & ſupra modum excalefactoriam vim habet, & raro in Europeis *Officinis admittitur.* Americani *indigenæ, & inter illos degentes* Europei, Piperitide *frequenter ad ciborum condimentum utuntur, vimque habere volunt ad frigidum ventriculum corrigendum; & faciles concoctiones promovendas;* ad flatus *diſcutiendos; orexim excitandam &c.* Hernandez *in* Hiſt. Mex. *tum vires, tum ex immodico uſu incommoda enarrat. Si quis vero plura deſideret de noxiis qualitatibus, de* Siliquas *præparandi modo, quo corrigantur, & innoxiæ fiant, & de ipſis denique facultatibus ad plenum traditis: adeat elegans Commentariolum, quod Latinum fecit* Car. Cluſius, *& in* Curas poſteriores *tranſcripſit.*

LYCOPERSICON GALENI. *Ang. 217.*

Vid. Icon. 8. Tab. LIII.

LYcoperſicon *dicitur à vocibus* Græcis λύκος, Lupus, *&* περσικός, Perſica, *quaſi* Perſica Lupina.

LYcoperſicon Galeni. *Ang. 217. Aurea mala. Dod. p. 458. Pomum amoris, fructu rubro. Eyſt. Solanum pomiferum, fructu rotundo, ſtriato, molli. C. B. P. 167. Poma amoris. Ger. Pomum amoris fructu rubro. Park. Parad. Mala aurea odore fœtido, quibuſdam Lycoperſicon. J. B. 3. 620. Tumatle Americanorum. Guil. pap.* In bicubitalem, & tricubitalem plerunque *Caulem* ſurrigit, facile procumbentem, ſubhirſutum, teretem, ramis multifidum, *Foliis* ſeptum frequentibus, è viridi colore pallidis, & parum hirſutis, firmis pediculis innitentibus, ac ſingularibus inciſuris *Agrimoniæ* proximis, alatis, parvulis quoque foliorum particulis intercedentibus. Inter folia tres, aut quatuor *Flores* luteo-pallidi, *Solani vulgaris floribus* majores, utcunque ſimiles, in paribus oblongis, ramoſis pediculis eminent; quibus ſuc-

cre-

creſcunt *Poma* mollia, orbiculata, paullatim depreſſa, pulchre rubentis coloris, *Ceraſis* maximis majora, cute exterius tenerrima, interius *pulpa* humenti referta, qua operiuntur *Semina* quamplurima, parva, depreſſa, obrotunda, carnoſa quaſi villoſitate donata. *Radix* annua eſt craſſaque, & tenuiter fibratis proceſſibus ſub tellure diſpergitur. Tota planta gravem, & ingratum ſpirat odorem, caput tentantem. *Habetur in Hortis, Junioque, & Julio floret, ac Auguſto fructum perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Cum univerſa planta refrigerant, aliquanto tamen minus, quam Mandragoræ. Poma (*viz. immatura*) *à nonnullis cum Pipere, Sale, & Oleo præparata, ac cocta eduntur. Præbent autem corpori alimenti quidem perquam exiguum, & hoc ipſum parvum, ac vitioſum.* Dod. Succus *apud* Jo. Bauhin *commendatur incipienti epiphoræ, fluxionibuſque oculorum fervidis glaucoma fracturis; item eryſipelatibus ſacris. Ipſa vero* Poma *in Oleo cocta adversùs ſcabiem vim habent.* Oleum *arte Chymica eis extractum contra partes igne, vel alia quavis re candente uſtas percommodum; idem temporibus, & carpis inunctum ſomnum conciliat.* Moriſ.

EBULUS, *ſive* SAMBUCUS HERBACEA. *J. B.* 1. 456.

Vid. Icon. 9. *Tab. LIII.*

EBulus, & Ebulum, *forte ex* Ebulo Hiſpaniæ *inſula, notante* Iſidoro, *nomen ſortitur.* Sambuco ἀκτῃ *vocitatæ non multum abſimilis eſt; atqui ſi* caules *molles hyeme contabeſcentes ſpectaveris, ad* Herbacea genera *forte non incongrue traduxeris.* Sambucus *humilis, & pumila appellatur;* Χαμαι ἀκτη *humilis eſt, longe Sambuco brevior, & ad* Herbacea genera *propius accedens,* Dioſc.

EBulus, *ſive* Sambucus herbacea. *J. B* 1. 456 *Ebulus, ſive Sambucus herbacea vulgaris repens. M H* 3. 534. *Sambucus humilis, ſive Ebulus.* C. B. P. 456. *Ebulus, ſive Sambucus humilis. Ger. Park. Ebulus. Dod.* 831. *Matth. Trag. Lug.* 169. *Lob. Tabern. Radix* longa, albida, digitalis craſſitudinis, ſub terra longe lateque repens, ſe ſpargit. *Caules* fundit bicubitales, & tricubitales, è quadratis anguloſos; ad cujus ſingula genicula è regione naſcuntur *Folia* alata, ex tribus quatuorve conjugationibus ad rachim annexis, imparique extremo foliolo compoſita. Horum ſingula Sambucinis longiora, & acutiora, odore graviore prædita ſunt. *Flores* in ſummitatibus umbellatim ad inſtar florum *Sambuci* congeruntur, monopetali, albi, quinquepartiti, ferrugineis in medio apicibus, quos *ſtamina* ſuſtinent candida. His dehiſcentibus, *Baccæ* ſuccedunt è rubris nigricantes, *Sambuci*, ut plurimum majores, pulpoſæ, tria *Semina* arillaſve in ſe continentes; quibus Autumno matureſcentibus, folia cauleſque omnino pereunt, & coaleſcunt. *Fructus* ſparſim proveniunt, ut & in aliis plantis repentibus, quibus natura aliam incrementi præparationem ſtatuit, videre licet. *Exit paſſim in locis humentibus, incultis, ſecus vias, & agrorum margines, ubi importuno reptatu mire ſe propagat. Julio menſe floret, & Autumno ſemen perficit.*

EBULUS LACINIATA. *Pon. Ital.* 234.

Vid. Icon 10 *Tab LIII.*

EBulus laciniata. *Pon. Ital.* 234 *Sambucus humilis, ſive Ebulus foliis laciniatis. M. H.* 3. 535. Hujus Plantæ habitus præcedenti proximam eam eſſe facile demonſtrat; *Folia* tamen in tenuiſſimas lacinias diſſecta. *Sambuci laciniato folio.* C. B. P. &c. ad inſtar felinoidem formam obtinent; quibus facile dignoſcitur. *Floret* ad eundem modum, quo & præcedens.

Ebuli Vires, & Uſus.

Ebulus *viribus ſuis cum* Sambuco *convenit. Calidum ſiccumque temperamentum obtinere ſcribit* Dioſc. *Tum deſiccandi, tum glutinandi, modiceque digerendi vim poſſidere perhibet* Galenus. Folia, Flores, Fructus, Semen, & Radices *in uſum veniunt; ex quibus varia concinnantur medicamenta, præcipue ad hydropicorum aquas ducendas utilia.* Succus radicis, *aut* Foliorum *intro aſſumptus ſtomacho nauſeoſus, cum moleſtia purgat, viſceraque perturbat, Cinnamomi, vel Nucis moſchatæ momento cum Saccharo addito, mitior fit, alvoque aquam detrahit; ideoque aquæ cutem ſubire incipienti, & frigidæ tuſſi utiliſſimum eſſe confirmat* Tragus. Radices, *aut earum* Cortex *Vino infuſus, & aſſumptus, potenter aquas prolicit, & hydropicis proficuum eſt remedium.* Electuarium ex Fructu *paratur ſtomacho gratius. Teneri, & recentes* Ebuli turiones *decocti, inque cibo ſumpti, alvum emolliunt; pituitam, ac bilem ducunt; hepaticis, ſpleneticis, calculoſis, & hydropicis proſunt. In Vino decocti, adjecto Melle, ac per aliquot dies poti, frigidæ, & ſiccæ tuſſi minuendæ conducunt; vitia pectoris purgant, & quoſvis craſſos lentoſque humores incidunt.* Aqua Florum, Foliorum, *aut* Radicum *deſtillata, hydrope, & tympanitide laborantibus, mane, & veſperi potanda, cum ſucceſſu exhibetur. Eadem anginæ gargarizatu opitulatur.* Oleum *etiam ex* Ebulo *paratur, quod illitum ad articulorum juncturarumque dolores mulcendos apprime idoneum eſt.* Folia *tuſa, & Cataplaſmatis in modum applicata ambuſtiones ſanant; tumores emolliunt; inflammationes mitigant; doloreſque podagricos ſedant. Iiſdem uſibus, &* Flores *tepefacti inſerviunt.* Folia Ebuli *per noctem in Aqua vel cocta, vel macerata, ſi eo* Decocto *locus aſpergatur, pulices, & muſcas enecare traduntur.* Moriſ.

MANDRAGORA MAS. *J. B.* 3. 617.

Vid. Icon. 1. *Tab. LIV.*

Μανδραγόρας ἢ ἀνημωνλον ἢ Κιρκάια Dioſc. *l.* 4. *c.* 76. Mandragora, *quod ad* Mandras *pecorum aliaſque ſpeluncas provenit;* Pythagoræ ἀνθρωπόμορφον *dicitur, à radicibus, quæ* humanum *truncum, & artus nonnihil referunt; quæque implexæ crura bina, & clunes quaſi diſpertitos oſtentant.*

MAndragora mas. *J. B.* 3. 617. *Trag. Matth. Lugd. Cam. Mandragora fructu rotundo.* C. B. P. 169. *Mandragoras. Dod. p* 457 *Mas vulgatior. Park. Radix* longa, albida, in terram alte demiſſa, frequenter bifurcata, nonnunquam verò in terna, & quaterna crura longa diviſa, *Fibris* aliquot per totam adnexis, veſtitur; & cum apophyſibus longis à corpore pendentibus, *humanum corpus* quadrantenus refert. Ex hujus capite producuntur primo vere plurima *Folia* mollia, viridia, pedalis latitudinis, & duplicatæ longitudinis, in mucronem acutum deſinentia, oris veluti criſpis, & ſuperficie inæquali, & quaſi tophoſa, narcotici fætidique odoris, abſque pediculis, humi in orbem procumbentia. Inter hæc, quaſi è foliorum centro, prodeunt *Flores* uncialis longitudinis, ex quinis longis è viridi colore albeſcentibus petalis mucronatis, conſtructi, pediculis ſingularibus palmaribus appendentes, & è *Calyce* herbaceo pentagono emergentes. His ſuccedit *Fructus* ſphæricus, (ſeu *Malum* rotundum) *Aurantii minoris* magnitudine, lutei croceive coloris, lævis, ſucculentus; in cujus pulpa, *ſemina* latiuſcula, & craſſiuſcula, renalia conduntur. *Fructus* maturus ſuaveolet, aut (ut magis proprie loquar) præ nimia ſuavitate, *Melonum* ad inſtar nimis maturorum, ingratus fit noxiuſque. *In calidioribus regionibus* Europeis, *in ſylveſtribus, & Montoſis ſponte provenit. Menſe Januario pullulant folia; Aprili floret, & Julio ſemina perficit.*

MANDRAGORA FOEMINA. *J. B.* 3. 618.

Vid. Icon. 2. *Tab. LIV.*

MAndragora fœmina. *J. B.* 3. 618. *Cluſ. H.* 87. *Eyſt. Mandragora flore ſubcæruleo purpuraſcente.* C. B. P. 169. *Radices* promiſſæ pedales, & longiores, capillaribus *Fibris* hirſutæ, interdum bifidis, vel trifidis proceſſibus demiſſis, crurum modo inter ſe convolutis diſterminantur. *Folia* præcedentis anguſtiora, minora, & nigriora, magis etiam rugoſa criſpaque, & in acutum quiddam coacta, humi expanſa. Inter hæc longi *pediculi* exſiliunt, per terram ſtriati, quibus inſident *Flores*, *Melopeponum* floribus formâ fere ſimiles, coloris ex cæruleo purpuraſcentis. Iſtis ſuccedunt *Fructus* rotundi, *Veſicariæ* fructu triplo majores, maturitate palleſcentem ex luteo colorem adquirentes, odorati, ſucci pleni, *ſemine* abundantes plano, quali etiam turgent *Mandragoræ Maris fructus*, ſed minore nigrioreque. *Locis uliginoſis, Februario menſe florentem reperies, & paullo poſt fructum matureſcentem.*

Vi-

Temperamentum, & Vires.

In quo gradu conſiſtat Mandragoræ *frigiditas, in exceſſu vulgo poſita, diſputat* Hoffmannus; *atque ex emoliendi facultate eam non ignavo frigore torpere colligit; additque, quòd ſapor amarus, qui tam in* Pomis, *quam in* Radice *eſt, arguat calorem, quem teſtatur etiam odor, vel è longinquo caput feriens. Tam* Poma, *quam* Radix *vim narcoticam habent, aut habere creduntur. Eſt autem hæc, auctore* Dodonæo, *in* cortice radicis *major, quàm in reliquis partibus:* Poma *enim mitiora, cum Pipere, & aliis perinde calidis cocta, edi poſſe ferunt.* Dod. Pempt. 3. *l.* 4. *c.* 29. *Veteres quidem* Radicis corticem *in hyponoticis, & anodynis uſurparunt, recentiores vero eum rejiciunt, aut omnino negligunt, ac proinde vis illa ſomnifica à modernis Medicis haud facile probari poteſt. Sed quantacunque ſit vis narcotica in* Radice, *in* Pomis *tamen nulla eſt: nam ſæpius experimentum fecit* Jo. Terentius Lynceus Romanus, *atque idem confirmatum habuit ab amico, & Symniſtra ſuo doctiſſimo* Jo. Fabro *in Romano Athenæo Profeſſore, qui coram ſuis auditoribus magnum* Pomum *una cum* Seminibus *jejunus abſumpſit, ſine ullo, vel ſomni, vel alterius mali ſigno minimo: & ut experimentum eſſet certius, jejunus uſque ad prandium, per aliquot nempe horas permanſit, & à Vino, ne vis pharmaci debilitaretur, abſtinuit. Partium omnium facultates enumerat* Dioſcorides, *ſed apud modernos vix alia, quam* Radix, & cortex *commendatur, qui potens habetur ad tumores duros, & ſcirrhoſos emolliendos.* Folia *quoque in Unguento Populneo Officinas ingrediuntur.*

CAPPARIS SPINOSA. *J. B.* 3. 63.
Vid. Icon. 3. *Tab. LIV.*

Capparis *vocatur à* capite, *quia calices hujus arbuſculæ parva capita referunt.*

Capparis ſpinoſa. *J. B.* 3. 63. *Capparis ſpinoſa, fructu minore, folio rotundo.* *C. B. P.* 480 *Capparis, retuſo folio.* *Lob. Ic.* 635. *Frutex* eſt ſenticoſus, humilis, *ſpinis* deorſum ſpectantibus armatus: cujus *Ramuli* aculei horrentes orbiculariter per terram ſternuntur: *Folia* alterno poſitu naſcuntur, circinatæ rotunditatis, ſaporis perquàm amari: ex quorum ſinu *pediculi* ſingulares exeunt longi, quibus *Capitula* inſident viridantia, quæ explicata ſtolonem exhibent candidum, *Roſæ* parvulæ æmulum, medium obtinentibus infinitis fibrarum cirris: *Semen* pericarpio oblongo clauditur, multum, parum. *Radix* longa, craſſa, ejus cortex eſt tubuloſus, rugoſus, craſſus, cinereus, ſaporis acris, & auſteri. *Creſcit in locis aſperis, & ſaxoſis.*

Vires.

Radicis cortex *imprimis laudatur, ubi aperiendum, roborandum eſt, hinc ad viſcera roboranda conducit.* Cortex, Radix, & Fructus *ipſe dicuntur morbis ſplenicis prodeſſe,* Fructus *in menſa quoque adhibitur ad confortandum ſtomachum, uti notum eſt;* Cortex *Vino albo infuſus eſt diureticus. Prodeſt in affectibus arthriticis, hypochondriacis, & ſimil. Vid.* Schrod., & Boerh.

MOSCHATELLINA FOLIIS FUMARIAE BULBOSAE, DE QUA CORDUS. *J. B.* 3. 206.
Vid. Icon. 4. *Tab. LIV.*

Moſchatellina *vocatur à* Moſcho, *quaſi* parva planta odorem Muſci habens.

Moſchatellina Foliis Fumariæ bulboſæ, de quâ Cordus. *J. B.* 3. 206. *Ranunculus nemeroſus, Moſcatellina dictus.* *C. B. P.* 178. *M. H.* 2. 438. *H. L.* 514. *Ranunculus minus Septemtrionalium, herbido, muſcoſo flore, & Muſcatellina Cordi.* *Lob. Ic.* 674 *Ariſtolochiæ rotundæ concavæ ſimilis herbula.* *Tragi. Radix cava minima.* *Tabern. Ger. Denticulata.* *Lugd.* 1296. *Moſchatella.* *Thal. Cam. Capnos Plinii.* *Tur.* Doctis *Herbariis Denticulata* hæc dicitur à *Radice* veluti per juxtapoſitionem è *Radicibus* parvis coagmentata, paulatim granulaſcente, albicantibus *fibris* capillata; ab hac *Cauliculi* multi proſiliunt dodrantales; in quibus *Folia Apii*, ſive potius *Fumariæ luteæ*, ſive *bulboſæ*, in ambitu minime ſerrata; *Flos* non in petala explicatur *Ranunculi* floris modo, ſed ut in *Pimpinella* in capitula anguloſa conglobatur, ex viridi ſubluteus, ſingulis *Capitulis* quini, aut ſeni ſunt *Flores*, guſtu amaro, & ſubacri. *Ad fontium ſcaturigines, & rivulos Prata rigantes, & in umbroſis ſepibus, in Foſſis, & ſtagnis exſiccatis, naſcitur cum Ranunculo nemorenſi primo Vere, ſtatimque fatiſcit.*

Vires.

Radix *hujus plantæ eſt reſolvens, vulneraria, & detergens.* Boerh.

HERBA PARIS. *J. B.* 3. 613.
Vid. Icon. 5 *Tab. LVI.*

Herba Paris. *J. B.* 3. 613. *Dod. p.* 444. *Ger. Park. Solanum quadrifolium bacciferum.* *C. B. P.* 167. *Solano congener, non ramoſum, tetraphyllum.* *M. H.* 3. 532. *Radix* tenuis, longiuſcula, geniculis aliquot articulata, fibris aliquot enaſcentibus, obliquè ſerpit, alicubi interdum progerminans. *Caulis* inde erigitur pedalis, teres, ſingularis, ſolidus, inferiùs purpuraſcens, ſuperiùs viridis; atque circa hunc *Folia* quaterna, binas uncias lata, in mucronem abeuntia, ſubtus ſplendentia, horizontaliter, & decuſſatim diſpoſita ſunt. In faſtigio, binarum unciarum intervallo, ſupra hæc, *Floſculus* prodit herbaceus, *Foliolis* quaternis, anguſtis, veluti calycis ſui alabaſtris, inſidens; inter quorum duorum quælibet *Foliolum* tenuiſſimum acutiſſimumque ejuſdem coloris intercedit. *Stamina* pro foliorum numero octona, longa, acuta, viridia, additamentis croceis obſita. In medio ſeſſilis eſt *Bacca*, ad quadrangularem formam ex rotunda accedens, atropurpurea, aut nigricans; ex cujus umbilico quaterna *filamenta* concoloria emicant. *Semina* intus plurima, non adeo, ac *Solanorum* compreſſa, includuntur. *In Sylvis opacis, ac aliis umbroſis, pingui, ac læto ſolo reperitur. Aprili menſe è terra exit; Majo floret; eodem exeunte, & Junio decurrente Baccam perficit.*

Vires, & Uſus.

Inter Alexipharmas reponitur, & contra venena, peſtem, morboſque peſtilentes valere perhibetur. Baccæ *quidem recipiuntur ad compoſitionem* Pulveris Saxonici, *qui contra peſtem, ac venena primùm* Saxonia *celebris antidotus evaſit.* Moriſ. Baccæ, & herba *extrinſecus impoſitæ ad inflammationes, ulcera, tumores, ac ſpeciatim ad bunones peſtilentiales maturandos commendatur.* Oleum, *in quo* Baccæ *coquuntur, hæmorrhoidibus ſanandis prodeſt.* Baccarum ſemine *fatuos, ac deliros factos priſtinæ ſanitati reſtitutos novit* Matthiolus.

COLOCASIA. *J. B.* 2. 790. *Vid. Icon.* 6. *Tab. LIV.*

Colocaſiam Culcas *dictam* Vesling. *in Alp.* Dioſcorides Fabam AEgyptiam *deſcribens.*

Colocaſia. *J. B.* 2. 790. *Raj. Meth.* 75. *Par. Bat.* 85 *Cluſ. H.* 75. *Eyſt. Lugd. Culcas.* *Vesling. in Alp.* 37. *Culcas, Faba AEgyptia Pr. Alp. AEgypt.* 40. *Arum maximum, AEgyptiacum, quod vulgò Colocaſia.* *C. B. P.* 193. *M. H.* 3 546. *Arum AEgyptiacum.* *Col.* 2. 1. *Faba, & Lotus AEgyptiaca Bellonii. Arum magnum, & Pampina Paradiſi Siculorum.* *Cæſ Talaſſe Javanenſibus.* *Jo. Iſador. du Bry p.* 15. *Caulis* digiti craſſitie; *Folia* ampla, rotunda, in parte inferiori nervoſa, longis, & craſſis caulis adhærentia ſuccum aquoſum, & viſcoſum habentia, levia, *Pedunculo* in umbilicum folii inſerto; ſinis pedunculi dat *Calicem* monophyllum membranaceum, infra cavum, turgentem in ovalem figuram, ſupra in *Vaginam* acutam, ſemi-patulam inſtar auris ovillæ explicatam: ex imo fundo calicis axis, cui circumnaſcuntur multa *Ova* ſphærica, baccata, ſingula inſtructa tubâ longâ, tenui, cum filamentis, gerentia unum, vel alterum *Semen* ſubrotundum; eidem axi ſupra hæc ova circumcreſcunt *ſtamina* maſculina densè ſtipata, ſuis teſticulis inſtructa; denique ſupra hæc iterum tertia ſeries filamentis numeroſis eundem axim ornat, qui tum format pedunculum graciliorem purpureum; ille denique eminens in *Clavam* longam, nigram plerumque abit; *Radix* tuberoſa, craſſa, carnoſa, farinoſa, edulis, ſaporis *Caſtaneæ*. *Hæc planta creſcit in lacubus, & paludibus, præſertim in AEgypto, & Alexandria.*

Vires.

Dum hæc planta manducatur, os quaſi ab igne penetrantiſſimo afficitur, hinc habetur inter plantas alexipharmacas, & venena expellentes; verum hæc acredo miteſcit, ſi coquatur, ut quoque de Aris *verum eſt.* Boerh. *Calidum quoque eſt, multo tamen remiſſiore gradu. A'* Turcis Afris *aliiſque* Orientalibus *populis* Radices *frequentiſſime adhibentur, atque à mancipiis expetuntur, ac celebrantur.* Moriſ.

ARUM VULGARE. *C. B. P.* 195.
Vid. Icon. 7. Tab. LIV.

ARum, & Aron *nominarunt ab α, quod ſignificat ſimilitudinem, & ῥοα Malum punicum; eo quod producat fructum perſimilem granis Mali punici.*

ARum vulgare. *C B. P.* 195. *Ger. Arum vulgare non maculatum, & Arum maculatum maculis candidis, vel nigris. C. B. P.* 195. *Arum vulgare maculatum, & non maculatum. Park. Arum Officinarum. Lob. Arum. J. B.* 2. 783. *Dod. p.* 382. *Eyſt.* Radix huic plantæ vulgari tuberoſa eſt, ex rotunda oblonga, alba, pollicem craſſa, carnoſa, *fibris* non carens, multiſque adnatis exiguis veluti *bulbulis*, quibus ſe propagat. Ex hac autem *Folia* primo Vere exſurgunt palmaria, longa, levia, acuminata, & *Sagittariæ* ſimilia, *Auriculis* dependentibus prædita, nunc immaculata, viridia, & utrinque ſplendentia, nunc *Maculis* nigricantibus, fuſcis, nunc albicantibus *lituris* veluti ſugillata, petiolis propriis inſidentia. *Scapus* inter hæc exit ſemipedalis, involucrum membranaceum, foliaceum, latum, mucronatum, pallidè vireſcens, oblongum, proferens, *leporinæ auriculæ* æmulum, amplectens in medio *piſtillum* longum, purpuraſcens, ſuperiore parte glabrum, inferiore piloſum. His autem *Aprili* menſe dehiſcentibus, *Uva* apparet, primò viridis, è *Baccis* pulchre per maturitatem rubentibus, & ſuccoſis emicans. *Semen* in his unum alterum exiguum duriuſculum includitur. Tota planta guſtus eſt acerrimi. *Naſcitur hoc Arum frequens in Sylvis, & ad ſepes, locis præſertim umbroſis. Flos membranaceus cum piſtillo Aprili apparet & citò evaneſcit; Baccæ Julio, & Auguſto menſibus racemos erectos conſtituentes, matureſcunt.*

Temperamentum, & Vires.

Arum *vero noſtras* vulgare, *præſertim, quod* maculata *habet* Folia, *acerrimum eſt, & cauſticum. Hinc* Folia *maſticata veſicas excitant in lingua; Sal enim volatile habent acerrimum, & penetrantiſſimum.* Cl. Ettmulero *monente. Stomachicum eſt, & pectorale, ad inveterata pectoris vitia movenda maximè utile; ſuſpirioſis, morbiſque pituitoſis laborantibus, aſthmaticis, ac tuſſientibus prodeſt; à phlegmate, & atra bile ſtomachum purgat; diſcutiendi, & extenuandi quoſvis craſſos lentoſque humores facultate præditum eſt, ac pituitam viſcidam (potiſſimum in bronchiis) incidit, & reſolvit. His facultatibus præditum ſaleque, quale diximus, abundans antiſcorbuticum eſt inſigne, æquè ac diureticum; frigidiſque uterinis morbis tollendis percommodum.* Radix *tuſa, ſive ſicca recens, ac ad minus drachmæ pondere ſumpta, remedium eſt præſtantiſſimum, ac minime fallax adverſus venenum, & peſtem.* Trago *auctore.* Succus herbæ *expreſſus, menſura cochlearis, aut majore, potus, eaſdem habet facultates. Quòd ſi illi parum Aceti admiſcueris, quo minus linguam vellicet, perinde valet. Atque idem de* Radice *judicium eſto. Noſtrates Mulieres, inquit* Jo: Bauhinus, *ex* Ari Radicibus *ſtillatitias* Aquas *ad fucum parant, quas ad faciem erugandam illuſtrandamque magnis laudibus efferunt. Id quod etiam efficaciter præſtat extractus* Radicum ſuccus, *Ceruſæ ſpeciem inferens, quem* Gerſa *vulgo nominant, is ſiquidem mirum in modum carni ſplendorem, & candorem conciliat. Eadem* Aqua, *ſuccuſve, quævis veterata ulcera purgat ſanatque.* Moriſ. *Ex* Foliis *contuſis fit* Conſerva *optima in cachexia.* Folia *contuſa proſunt ad ulcera vetuſtiſſima depuranda, eſt purgans optimum in morbis chronicis, uti & in herniis: parant quoque in* Italia *ex* Radice *contuſâ, & diligenter abultâ ſuccum Ceruſa ſimilem: denique hæc* herba *ciet urinam, & viſcerum obſtructionem reſolvit.* Boerh.

DRACUNCULUS POLYPHYLLUS. *C. B. P.* 195.
Vid. Icon. 8. Tab. LIV.

DRacunculus, Dracontium, & Serpentaria, *nuncupatur à maculis purpureis, & albis, quæ in caule viſuntur, ita ut* Anguem *plane referat. Hoc ut plurimum* polyphyllum *eſt.*

DRacunculus polyphyllus. *C. B. P.* 195. *Dracunculus major, vulgaris. J. B.* 2. 789. *Dracontium. Dod. p.* 329 *Dracontium majus. Eyſt. Ger. Arum polyphyllum, Dracunculus, & Serpentaria dictum, caule maculato, majus, & elatius. H. L. Arum polyphyllum, ſive Dracunculus, polyphyllus. M. H.* 3. 548. *Anguina Dracontia. Adv. L b. Et Serpentaria columbina. Caulis* altitudo trium eſt pedum; craſſitudo pollicaris; color ex herbaceo palleſcens. Ille vero *Serpentis* ſpecie è longinquo intuenti, quaſi horrorem incutiens, pullis, luridis, verſicoloribus *lituris*, ſive *maculis* conſpergitur; alioquin plane levis, & glaber, ſubnixus *radice* albida, rotunda, carnoſa, ſucculenta, & in ſobolem parvam lateralem extuberante, ſuperne aliquot craſſiuſculis proceſſibus fibrata. *Folia* ampla in oblongis ſimul, & craſſis, levibus, caulis ritu, quem amplexibus veluti fulciunt, verſicoloribus *pediculis* hærentia, ex una baſi in partes ſenas, vel plures molles, in ambitu rugatas, & *Oxylapathi criſpati* folia æmulantes, diremta, pariter *maculis* albicantibus in medio notantur. Surgit *ſcapus* è *vagina* foliacea, ſtriata, & inferius *Cuculli* papyracei inſtar convoluta, ſuperne verò expanſa, & in mucronatam formam deſinente, intus obſcure punicante, atque foris pallidè herbacea, *piſtillum* cornutum, è puniceo colore nigricantem depromit, *Ari vulgaris* in modum, ſed majores. Faſtigio caulis ſub thecæ cucullaceæ membranula *Fructus* adnaſcitur, compactioris *Uvæ* racemulum referens, & primo *Baccas* virides, poſt *Ari* ad inſtar baccarum rubentes, rotundas, nec illis abſimiles profert. Hæ vero intus cohibent *Semina* rotunda, ferventia, ac mordacia. *Flos* ipſe poſt tertium diem valde fœtet. *Menſe Majo, aut Junio provenit.*

Temperamentum, & Vires.

Arum polyphyllum Dracontium *dictum quiddam* Aro vulgari *perſimile obtinet, tum* Foliis, *tum* Radice: *cæterùm illo tum acrius eſt, tum amarius, ac proinde calefactorium magis, & tenuioribus partibus. Habet etiam levem quandam adſtrictionem; quæ quandoquidem cum prædictis duabus qualitatibus, acri ſcil., & amara, conjuncta eſt, medicamentum factum eſt utique maxime efficax. Nam viſcera omnia expurgat, craſſos potiſſimum, & lentos ſuccos extenuans. Recens* Radix *ferventi cinere toſta, & illita, dolorificas, tumentes hæmorrhoides curat. Reſolvit ita ſcirrhoſos tumores, ſtrumas, & chæradas, & lienis duritiem emollit. Cum Melle, & fimo Caprino illinitur utiliter partibus podagra affectis, nervorumque contuſiones.* Aqua *foliorum cauliumque deſtillata inter alexipharmacas, & pectorales præſtantiſſimas in Officinis habetur.* Moriſ. *Apud Arabes hæc planta dicitur dare nutrimentum, ſed tamen experientiâ nondum ſatis ſcio, hoc eſſe comprobatum; cæterum ſapor eſt dulcis.* Boerh.

DISTRIBUTIO XXX.

PLANTAE POMIFERAE.

Momordica vulgaris; Cucumis ſativus, vulgaris; Elaterium Officinarum; Melo vulgaris; Pepo oblongus; Anguria Citrullus dicta; Cucurbita lagenaria; Cucurbita latior; Cucurbita longior; Colocynthis fructu rotundo major; Granadilla pentaphyllos, flore cæruleo, magno; & Ananas.

MOMORDICA VULGARIS. *T.* 105.
Vid. Icon. 1. *Tab. LV.*

HOc Nomen *ignoratur ab Antiquis*, *dicitur etiam* Balſamina, *&* Poma Balſami. Balſamina mas *dicitur*, *quòd ex* Pomis *ipſius maris maturis*, *Oleo injectis*, *inſolatione*, Oleum, *ſeu* Balſamum (*ut* Chirurgi *vocant*) *ad vulnera præſtantiſſimum conficiatur*. Cucurbita Somphos *à* Græcis *appellatur*, *quibuſdam* Italis Viticella.

MOmordica Vulgaris. *T.* 105. *Balſamina cucumeraria*. *J. B.* 2. 251. *Balſamina mas*. *Park. Ger. Balſamina Pomifera*. *Geſn. Balſamina*, *rotundifolia*, *repens*, *ſive mas*. *C. B. P.* 306. *Balſamina cucumeria*, *punicea*. *Adv. Lob. Taber. Cucumis puniceus Cordi*. *M. H.* 2. 33. *Momordica*. *Caſt. Dur.* 61. *Charantia*. *Dod. p.* 670. *Momordica fructu rubeſcente*. *Eyſt. Balſamum*, *ſeu Pomum mirabile*. *Trag. Nonnullis Pomum Hieroſolymitanum*. Hic perexiguus, & tenuis *Cucumis Cauliculis* aliquot tenuibus, gracilibus, & viticuloſis vicina quæque conſcendit, & *Capreolis* ſuis ex alarum ſinubus prodeuntibus eadem apprehendit. *Folia* non magna, lata, glabra, ac mollia, in quinque partes diſſecta, quarum ſingulæ ambitu circumroſæ: *Floſculi* ex quinque petalis mediocris magnitudinis, ſed omnium horariorum fructuum minimi, ex albido in luteum, aut viridi herbaceum elangueſcunt. *Fructus* oblongi aliquantulum in medio tumidi craſſioreſve, *Ovi columbini* magnitudine, & fere forma, ſed minores, ſaltem longiores utrinque in mucronem obtuſum deſinentes, ſeu utrinque in conum faſtigiati, medio ventrioſa ſuperficie crebris bullis ſpinoſis *Opuntiæ*, ſeu *Ficus Indicæ* inſtar tumido, ac veluti tuberculis ſpinulis aculeatis innocentibus donato, ſeu fragis ſpinoſis fructus cujuſdam *Fragariæ* more experato, qui per maturitatem foris intuſque rubet, ſponteque finditur, in quibus *Semina* lata, fimbriata, nigra, aut ſubnigricantia apparent, ubi inaruerit fructus. *Colitur in Hortis*: *Menſe Auguſto floret*.

Temperamentum, & Vires.

Obtinent Fructus *hujus* Cucumeris punicei, *ſive* Balſamina cucumeraria, *tum etiam* Folia, *eximiam reſiccandi vim*, *cum moderatâ quadam frigiditate temperiei medicæ proximâ*. *Vulnera recentia conglutinare* Folia *impoſita feruntur*. *Cum Vino verò aſſumpta coli*, *inteſtinorumque dolores ſopire*, *& ruptis convulſiſque utiliter exhiberi judicantur*. Oleum *in quo* Fructus (*exempto* Semine) *vel inſolitur*, *vel in Aquæ calentis balneo decoquitur*, *aut in fimo equino maceratur*, *vulnerum inflammationes arcet*, *idem facilè*, *ac citò unit*, *ac perſanat*: *doloribus*, *ac ulceribus mammillarum auxiliatur*: *uteri exulcerationes injectum curare poſſe exiſtimatur*: *punctis*, *ac vulneratis nervis utiliter adhibetur*: *adverſus combuſtionem ex aqua*, *oleove fervente*, *ferro ignito*, *vel ipſo igne*, *multum confert*: *cicatrices extenuat*: *ramices quoque hujus unctione ſaneſcunt*, *ſi* foliorum pulvis *aliquot diebus interea exhibeatur*. *Steriles quoque hujus* Oleo *fœcundas reddi affirmatur*, *ſi poſt balnei convenientis uſum partes circa pubem*, *ac uterum iſto ungantur*, *ac demum mulier viro miſceatur*. *Teſte* Moriſ. Fuchſ. Chabr. &c.

CUCUMIS SATIVUS, VULGARIS. *C. B. P.* 310.
Vid. Icon. 2. *Tab. LV.*

CUcumis, *ſeu* Cucumer *appellatur*, *& pro habetur*, *quæ* σίκυς ἥμερος, *id eſt* Cucumis ſativus *dicitur*. Cucumer Plin. *l.* 19. *c.* 5. Cucumis Varroni *à curvore quaſi* Curvimer *dicitur*.

CUcumis ſativus, vulgaris. *C. B. P.* 310. *Sativus*. *Matth. Park. Sativus*, & eſculentus. *Ad. Lob. Hiſt. Lugd. Cucumis vulgaris*. *J. B.* 2. 245. *M. H.* 2. 31. *Dod. p.* 66. *Ger.* Longis, ſarmentoſis, ramoſis, & aſperis *Caulibus*, per terram ſtriatis, *Cucumis* hic *ſativus* reptat: circa quos *Folia* anguloſa, ampla, aſpera, ambitu ſerrata, ſeu potius ſinuata; ſubinde *Claviculæ* quædam ex finibus pediculorum oriuntur, atque ex finibus prædictis *Floſculi* erumpunt dilute lutei, integri in fundo, & quinquefariam in margine diviſi, multo minores *Peponum*, & *Cucurbitarum* Floribus; deinde *Fructus* quadanteous craſſi, medio ventrioſa ſuperficie eminente, & crebris ſpinoſis bullis *Opuntiæ*, aut *Ficus Indicæ* dictæ æmuli, ſeu tuberculis exaſperatis ſcatentes, ſemipedem longi, primò virides, per maturitatem lutei, in quorum ſingulis tranſparens ſolidior *Medulla*, ſeu *pulpa* eſt, quæ recens comeditur, antequam ad integram maturitatem pervenerit; *Semina* oblonga, plana quadantenus, in medio tumida, ſive convexa candicant, quemadmodum *Melonum* ſemina (ut plurimum) flaveſcunt. *Seritur in Hortis*: *Majo*, *& Junio menſe floret*. *Julio*, *& Auguſto menſibus fructus edules edit*: *Septembri autem ad perfectam maturitatem perducuntur*.

Temperamentum, & Vires.

Semen (*ſeu* Nuclei) *ex numero eſt famoſior*. 4. *Sem. frig. maj. refriger.* (*præcipuè ſi aridum ſit*, *alias humect.*) *in fine grad.* I. *abſterg. aperit*, *urinam ducit*, *uſuſque creberrimi eſt in* Emulſionibus *antipleuriticis*, *antiphreniticis*, *& ſim. Ipſa* Cucumerum *ſubſtantia refrigerat*, *& humectat*. *Excrementii eſt* Succi, *adeoque non niſi robuſtioribus ventriculis edenda*, *idque non ſine corrigentibus condimentis*, *v. g.* Pipere, *& ſimil.* Trag., *&* Schrod.

ELATERIUM OFFICINARUM. *Boerh. Ind. Plant.* 2. 77.
Vid. Icon. 3. *Tab. LV.*

Σίκυς ἄγριος Dioſcoridi, *l.* 4. *c.* 154. Theophraſto 7. *Hiſt.* 6., *&* 9. *Hiſt.* 10. Cucumis ſylveſtris. Plinio *l.* 20. *c.* 1.

ELaterium Officinarum. *Boerh. Ind. Plant.* 2. 77. *Cucumis Aſininus*. *M. H.* 2. 32. *Taber. Ger. Eyſt. Agreſtis*, *Lugd. Hiſt. Cucumer Elaterii ſylveſtris*. *Adv. Lob. Eraticus*, *vel Aſininus*. *Geſn. Hort. Cucumis ſylveſtris*, *Aſininus dictus*. *C. B. P.* 314. *Cucumis ſylveſtris*, *ſive Aſininus*. *J. B.* 2. 248. *Cucumis ſylveſtris*. *Dod. p.* 663. *Fuch. Trag. Matth.* 2. 77. Hic *Cucumis* ſylveſtris *Caulibus* conſtat ſarmentoſis, humi procumbentibus, & *Foliis* ſubrotundis, mollibus tamen, incanis, & aſperioribus: *Flores* ſunt ſublutei, ſeu luteopallidi, minores: *Fructus* oblongi, glandibus *Calice* exemptis ſimiles, majores tamen, alioqui iiſdem forma omnino ſimiles (ſativi *Cucumeris* fructibus tanto ſunt minores, quantum glans minor cono *Pini*) qui maturi ad flavedinem inferne vergentes, vel ultro, vel leviſſimo contractu deſiliunt, *ſeminaque* ſua cum liquore actutum ejaculantes cum vi non ſine ſtrepore adſtantem attonitum reddunt: *Radix* multiplex, craſſa, candida; tota ſtirps vehementer amara. *In pleriſque regionibus calidis*, *in ruderibus ſabuloſis*, *aliiſque incultis locis reperitur*: *ſemel autem ſatus pluribus inde annis renaſcitur*, *ſeminibus ex ſe ſparſis provenit*: *floret per totum Junium*; *Auguſto poſtea Septembrique ſemen ſuum perficit*, *idque ſparſim longe lateque projicit*.

Temperamentum, & Vires.

Circa Autumnum Cucumeris Aſinini *maturantur* fructus, *atque eo tempore ad* Elaterium *conficiendum colligendi ſunt*.

P 2 *Eſt*

Eſt enim ſuccus iſte denſatus. Elaterium *dictus, ex ſecundo ordine calfacientium* (*teſte* Galeno) , *& ſubtilium partium ; extergendi, item digerendi vim habet .* Folia Cucumeris ſylveſtris, Radices , earumque Cortices , *uti vehementer amara , ita ſimiliter quoque excalefaciunt , & extergunt , ſed minus tamen , quam* Elaterium . *Expurgat autem iſtud* Elaterium *bilem, pituitam , aquoſoſque humores , & quidem valenter , ac non modo per ventrem inferiorem , ſed & quandoque per ſuperiora . Doſis à ſemiobolo ad obolum , pro virium proportione : cit idem menſes in peſſario ſubditum : naribus cum lacte infuſum , oculorum in morbo regio colorem emendat . Paratur ex* Fructu *hujus medicamentum mochlicum ,* Elaterium *dictum , cujus colligendi conficiendique rationes , & modos* Dioſcorides *pluribus verbis refert .* Elaterium ἐλατήριον Dioſcoridi *l.* 4. *c.* 155. *ex* Theophraſto 9 *Hiſt.* 10. *dicitur :* (*agitatorium vertit* Gaza, *forte quia motu turbatorio corpus exagitat*) . Elaterium Plinio *l* 20 *c.* 1. *Hoc* Dioſcorides *ex* Succo Fructus , *addito extrahendi modo ;* Theophraſtus *ex* Semine (Fructum *intelligens*) *liquato ;* Plinius *ex* Succo , & Semine *expreſſo fieri ſcribit. Hoc à binatu ad decennium colore candido utile ,* Dioſcoridi . AEgineta *quod anno antiquius non eſt , & quod vireſcit probat .* Theophraſto *omnium medicamentorum diuturniſſimum , & optimum , quod vetuſtiſſimum .* Plinius *ex* Theophraſto 9 *Hiſt.* 14. *ducentis annis ſervatum meminit . Hoc* Hippocrates *uſus fuit, nunc vero ob ejus vehementiam , non facile uſurpatur .* Elaterium *optimum , quod leve , & candidum, & igne inſtar pinguedinis accenditur .* Bellon.

MELO VULGARIS. *C. B. P.* 310.
Vid. Icon. 4 *Tab. LV.*

MElonem , *ut putant, appellarunt à voce* Græca μῆλον , *quod* Pomum *ſignificat. Ad* Melon Theophraſti Sycion ; Plinio Cucumis Mali cotonei *effigie.*

MElo vulgaris. *C. B. P* 310. *J. B.* 2. 242. *M. H.* 2 29. *Trag. Ger Melopepo vulgo , Cucumis Galeni . Dod. p.* 663. *Melo* à recentioribus nuncupatus , eſt *Cauliculis* humi procumbentibus , longis , ſarmentoſis , & aſperis , vulgaris *Cucumeris* modo : *Folia* ſatis reſpondent etiam *Cucumeris* foliis , minora tamen , rotundiora , minuſque anguloſa : *Floſculi* ſimiliter lutei ut *Cucumeris* ſativi : *Fructus* craſſiores , initio nonnihil piloſi, ſulcis , & rigis affecti , qui modo contractiorem rotundam figuram , (ut in hoc) modo oblongam obtinet ; ſubinde vero majores , quandoque minores reperiuntur : *Cortex* omnium *Melonum* cujuſcunque magnitudinis, aut figuræ (mire enim natura in *Melonum* fructibus condendis ludit) vel viret , vel ex luteo viridis eſt : planus , canalatus, ſulcatus, teſſulatus , aut reticulatus &c. *Pulpa* ſubdita cortici , ſive caro ipſa quæ editur, ex luteo langueſcit : *Medulla* interior lutea , vel aurea potius, humida , mucilaginoſa, defluens, in qua *Semen* veluti *Cucumeris* continetur , luteum utplurimum , aliquando in peregrinis album Multiplex eſt differentia in fructu, non tantum colore cutis, carnis ſapore, & odore , verum etiam forma , rotunda , ſeſſili , oblonga &c. Melones *cujuſcunque formæ , aut figuræ , coloris , ſaporis , aut odoris , ſeruntur in* Europæ *partibus meridionalibus videlicet in terra ſatis pingui bene ſtercoratâ , & Sole illuſtrata . Florent omnes AEſtate , & fructus ſub finem ejuſdem maturantur.*

Temperamentum , & Vires.

Caro Melonum , *ut* AEtius , *ſi in ventriculo diutius hæreat , corrumpitur , & malignis febribus occaſionem præbet . Non vero* Melonum *caro frigida , & humida eſt, ut vult* Dodonæus, *nec difficilius coquitur , quam reliquorum* Cucumerarium *fructuum caro : ipſa enim* Melonum *caro melior , odorata , concoctionem faciliorem demonſtrat .* Melones *ſemper ſine manifeſta noxâ , ſi ſufficienter à Sole ſint cocti , & pene maturi edantur , atque ne* Melonum *caro per concoctionem in ventriculo vitietur , ac corrumpatur , noxamve aliquam inferat , ſolent ubique terrarum gentes , in* Meridionalibus *præſertim , eos cum Pipere , & Saccharo comedere , vinumque generoſum (præcipue ditiores) ſuperbibere ; etiam cum Pane , & pauco Sale eſitantur .* Seminis Peponum , & Melopeponum *cremor febricitantibus utiliter ex hordeacea Ptiſana (teſte* Matthiolo) *propinatur , non ſolum refrigerat ſitimque extinguit , ſed obſtructiones tum hepatis , tum vaſorum expedit , & urinam provocat : datur tuſſientibus , tabidis , & maraſmo affectis : atque etiam contra urinæ ardores valde prodeſt . Sed & magis confert, ſi* Seminum Papaveris *cremor accedat,* Baccarumque Halicacabi, & Malvæ , Althææve *decoctum fiat ,* Melonibus, Melopeponibus *in particulas ſectis,* Ari , Bryoniæ Radicibus, & Limonum ſucco, *ac* Caprino lacte , *quod hæc omnia ſuperet, ſi Aqua vitreis vaſis , ſeu organis , ut vocant, diſtillatur , qua faciem mulieres adornant , & concinnam reddunt Medici coſmetici.* Moriſ.

PEPO OBLONGUS . *C. B. P.* 311.
Vid Icon 5 *Tab. LV.*

Πεπον Dioſcoridi *l.* 2, *c.* 164 Theophraſtus I. *Hiſt* 22. Plinius *l* 20. *c.* 2 *de* Peponibus, *quæ* Dioſcorides *refert ;* qui *l.* 19 *c* 5 *ſcribit ,* Cucumeres *cum magnitudine exceſſerunt ,* Pepones *vocari.* Peponem *dictum volunt ,* ἀπὸ ȣ πεπαίνεσθαι *mature*ſ*cere, eo quod maturitate flaveſcant .*

PEpo oblongus . *C B. P.* 311. *M. H.* 2. 26. *Pepo major , oblongus. Dod p.* 665. *Maximus , oblongus. Tab. Ger. Pepo , ſeu Cucumis oblongus , ſeu ovalis vulgatiſſimus, Ad. Lob.* Hic *Pepo oblongus* , aſperos, ſpiniſque nonnullis obſitos *Caules* promit prælongos, qui *Claviculis* , ſive *Capreolis* ſuis vicina comprehendentes, perticas , frutices , & ſepimenta conſcendunt , quæ niſi juxta poſita fuerint , humi procumbunt. *Folia* ampla , ſunt , valde aſpera, aliquot profundis inciſuris diviſa, marginibus hirſutis. *Florem* habet luteum, integrum in fundo, quinquefariam in margine, ſeu limbo diviſum. *Fructus* oblongus, craſſioribus rigis veluti anguloſi, & ſulcis depreſſi, quorum *pulpa* cortici ſubjacens candida , mediocriterque dura eſt . Interior *medulla* fungoſa . *Semen* album , latum, planum , in medio tumidum , Romboideum, ſeu *Rombi* piſcis figura , cæterorum deducendorum *Peponum* ſeminibus ſimile . *Cucumerum* ſemine multo majus, quin & in margine habet fimbriam exterius planam,interius criſpam , cingentem ipſum ſemen . *Peponum* multæ ſunt ſpecies, atque multo plures varietates , quæ figura, colore , & ſapore diſtinguuntur . Eſt enim verrucoſus *Pepo*, qui à pediculo ad umbilicum uſque ſtriatus, & canalatus eſt : alius eſt fœmina vocatus, qui minus eſt ſtriatus : quidam totum corticem textura quadam , reticulato miro naturæ artificio , conſperſum habent . Aliquorum fructus grandis eſt humani capitis magnitudine , aliquando etiam major, nonnullorum longe minor . Sunt qui herbaceo ſunt colore, alii flavo, alii pallido, nonnulli cinereo: interior quoque pulpa varia , in quibuſdam enim rubet, in aliis albicat, in nonnullis ex albo ruffeſcit, in quibuſdam dulcis, & guſtui ſuaviſſima : in aliis inſuavis, & inſipida . *Proveniunt in oris Maritimis , ſabuloſis &c. , & in Hortis . Florent ineunte AEſtate, citius, ſi cito ſerantur in pulvinis bene ſtercoratis .*

Temperamentum , & Vires.

Omnes Pepones *ſunt naturâ frigidi , cum copioſâ humiditate ; habent autem vim quandam abſtergentem , cujus beneficio urinam ciunt , & deorſum expeditius , quam* Cucurbitæ *permeant, ut* Galenus *ſcriptum reliquit . Editur* Peponum *caro haudquaquam cruda , ſed cocta ; deſcendit autem omnino faciliter , alvum facilem , & quodammodo lubricam reddens . Alimentum autem confert exiguum , tenue , humidum frigidumque (vitioſum inquit* Galenus) *idque potiſſimum , cum probe concocta non fuerit pulpa , quo caſu Choleræ morbo obnoxios efficere ſolet ;* Semen *magis , quam caro extergit , urinas promovet , renibus , & calculo infeſtatis utile eſt . Vid.* Moriſ. Boerh. *&c.*

ANGURIA CITRULLUS DICTA. *C. B. P.* 312.
Vid. Icon. 6. *Tab. LV.*

ANguriæ *voce primum* AEtium *uſum eſſe volunt : aliàs* Citrullus *à* Citreo *colore dicitur .* Peponem Dioſcorides, Galen., & Plinii . Arabum Battecha *eſſe volunt.*

ANguria Citrullus dicta . *C. B. P.* 312. *M. H.* 2. 28. *Anguria . T.* 106. *Matth. Lugd. Anguria ſylveſtris Cam. Anguria, Cucumis, Citrullus. Dod. p.* 664 *Citrullus folio Colocyinthidis ſecto , Semine nigro, quibuſdam Anguria . J. B.* 2. 235. *Citrullus officinarum . Ad. Lob Ger.* Italis *Citrullus , ſeu Citrullo , & Melo aqueus* Gallis *dicitur. Anguria* Sarmentoſis, viticuloſis

loſis aſperis, ac humi procumbentibus *Caulibus*, tum etiam *Claviculis*, ſuprà dictos *Pepones*, ſeu *Citrullus* refert: *Folia* autem majora ſunt, & profundis utrinque laciniis diviſa, vel diſſecta. *Flos* aurei coloris. *Fructus* globoſi ſtriati, colore ſuperius virentes, inferius qua humi jacent inalbicantes, quorum exterior cutis lævis, interior caro mediocriter dura, *Peponum*, quàm *Melonum* ſimilior; *Medulla* fungoſa, in qua *Semen*, ſupra nominatum latet, cujus exterior cortex eſt durus. Variat corticis colore, qui aliis viridis, ſeu herbaceus, aliis candidus maculis aſperſus: Caro aliis rubens, & dulcis, aliis candida: *Semina* colore nigro, rubro, fulvo. *In calidis Regionibus ſponte*, *ut* Apulia, Calabria, Sicilia, *ac ſimilibus* Meridionalibus *locis calidis: apud* Septentrionales *ſeritur*, *& provenit*, *ſed non matureſcit*. *Floret Auguſto: Semen perficit Autumno: in* Italia, Hiſpania, *& calidis regionibus frequens eſt*.

Temperamentum, & Vires.

Anguriæ *caro*, *quæ cortici ſubeſt*, *cruda*, *ſed frequentius cocta comeditur; alimentum confert exiguum*, *idque frigidum*, *ac humidum*, *ſanguinemque generat aquoſum*, *qui internarum partium inflammationes mitigat*, *& bilis acrimoniam*, *& fervorem contemperat: cruda in ore commanſa*, *linguæ ardorem*, *& aſperitatem lenit*, *& ſitim ſedat*, *multo magis Aqua ejus hauſta*, *qua* Itali *per fervorem caloris AEſtivalis frequenter* Romæ *utuntur*. Semen *eſt ex* 4. *ſem. frig. maj. Viribus*, *& facultatibus* Cucumerum *ſimile eſt*. Moriſ., & Schrod.

CUCURBITA LAGENARIA. *J. B.* 2. 216.
Vid. Icon. 1. *Tab. LVI.*

Κολόκυνθα ἐδώδιμος Dioſcoridi *l.* 2. *c.* 162. *dicitur*, *ad differentiam* κολοκυνθίδος *de qua l.* 4. *c.* 178. *Meminit*, & Theophraſtus l. *Hiſt.* 18. Latinis Cucurbita, *à* curvatu, *quod facile*, *ſi quid obſtiterit*, *quo minus extendatur*, *incurveſcat*. Itali Zuccas, & Zucchas *vocant*.

CUcurbita lagenaria. *J. B.* 2. 216. *Lob. Ic.* 644. *Cucurbita lagenaria*, *flore albo*, *folio molli*. *C. B. P.* 313. 216. *M. H.* 2. 23. *Lagenaria major*. *Park. Dod. Ger. Lagenaria major*, *& minor*. *Tab. Cucurbita Cameraria*, *ſeu Lagenaria*. *Hiſt. Lugd.* *Caules* oblongos, viticuloſos, & anguloſos, in alas nonnullas diſtributos profert, qui *Capreolis* vicina propeque aſſiſtentia adminicula apprehendentes, surſum ſcandunt, & in altum tolluntur. *Folia* admodum magna, lata, & nonnihil acuminata, *Bardanæ* fere magnitudine ſimilia, ſed mollia, albove veluti tomento unà cum caulibus, ac foliorum pediculis candicantia, inſtar *Althææ*. *Flores* è foliorum ſinu exeunt magni, albidi, *Calathi* effigie in fundo integri, in margine autem quinque latis, & longis quaſi lobis diviſi: *Fructus* ſubſequitur non unius formæ, quandoque enim lagenarum formam exprimens, qui in ventris modum excreſcit, & turgeſcit, ſupereminente collo minore ſurſum verſus anguſtiore; ſubinde vero ventricoſus, & craſſus abſque collo, & in inferiore ſede latior, *Pyri* quodammodo turbinatam figuram referens: alias in longitudinem producitur. Creſcit inquit *Plinius l.* 19. *c.* 5. *Cucurbita*, quâ cogitur forma, plerumque, & intorti *Draconis* figurâ. Libertate penſili conceſſa, viſa eſt habere *Fructum* novem pedum longitudinis. Omnibus autem cujuſcunque formæ *Cortex* per maturitatem durus, & quaſi ligneus, flavi *Coloris*: caro autem iis, ſive *Pulpa* interior, candida recens, lutea matura. *Semina* oblonga, plana, compreſſa, ſuperiore parte cornuta, ſive auriculata, duabus apophyſibus eminentibus, & quaſi anguloſis affecta: *Cortex* hujus generis ſubalterni eſt durus, candidus, aut ſubfuſcus: *Medulla* ſubalbida ſimiliter, ac dulcis matura. Quod cito fit, cito perit, ut vulgo dici ſolet, quod ſane dictum, ſi ulla alia de re dici poterit, certo certius de *Cucurbita* dicitur; nam à ſatione poſt ſemeſtre, aut octomeſtre ſpatium perficitur.

CUCURBITA LATIOR. *Dod. p.* 669.
Vid. Icon. 2. *Tab. LVI.*

CUcurbita latior. *Dod. p.* 669. *Cucurbita latior*, *folio molli*, *flore albo*. *J. B.* 2. 214. *Cucurbita major*, *ſeſſilis*, *flore albo*. *C. B. P.* 312. Omnes *Cucurbitæ* unâ AEſtate in ſublime conſcendunt, ut faſtigia altiſſima arborum attingant; Autumno autem ſi vel unam pruinam ſenſerint, dejiciuntur, *Foliis*, & *Palmitibus* prorſus marceſcentibus: *Seſſilis* hæc variat magnitudine, colore *Corticis* viridi, flavo candido, atque cortex inveteratis eſt durus, quo, *Carne* ſeu *Pulpa Seminibuſque* exinanitis, peregre proficientes urceorum vice frequenter utuntur, in eo vinum condentes, quo per iter à ſitis injuria ſe vindicare poſſint.

CUCURBITA LONGIOR. *Dod. p.* 669.
Vid. Icon. 3. *Tab LVI.*

CUcurbita longior. *Dod p.* 669. *Cucurbita longa*, *folio molli*, *flore albo*. *J. B* 2. 214. *Cucurbita oblonga*, *flore albo*, *folio molli*. *C. B. P.* 313. *Oblonga*. *Fuch. Longâ*. *Park. Tab. Cam. Hiſt. Lugd. Anguina*. *Cer. Zuccha longa*. *Anguil. Cucurbita* hæc longa, *Flagellis* longis, ſarmentoſis, teneris, anguloſis, Vitis modo ſe effundens, per humum ſeſe proſternit, niſi adminicula nacta fuerit, quæ *Capreolis* ſuis (quos ſecus folia ſingulos producit) facile complectitur, eiſdem etiam arbores, & pergulas ſcandit, ſeſeque illis implicat. *Folia* ex intervallo profert ſingula, ſingularibus petiolis inſidentia, fere rotunda, ſerrata, niſi anteriore parte acuminati anguli eminerent, ſubcandicantia, tactu mollia, leviter hirſuta, ampla admodum, *Aſari* foliis haud abſimilia. *Flores* juxta capreolos, & folia ex pediculis orta, figura liliaceos, albos, integros in fundo, ſed quinquefariam, ſeu quinque quaſi lobos foliolave Stellæ modo diviſos gerit, intus hirſutos, partim ſteriles, partim fœcundos, qui ſic facile internoſcuntur; ſteriles, breves, & hirſutiores habent in medio *apices*, nec qua pediculo junguntur *tuber*, ſeu *Capitulum* intercedit, futuri fructus ſpes: fœcundi vero in medio tria craſſiuſcula bifidaque *ſtamina* continent, nec ſtatim pediculo hærent; nam inter ipſos, & pediculum capitulum parvum, & leviter hirſutum, extuberat, *Cucurbita* futura, juxta adnexum in anguſtum collum deſinens, quod marceſcente flore, paulatim areſcit, deinde in magnam, & longam molem, quam *Cucurbitam* vocamus longam, auctum matureſcit. *Fructus* hic primum herbaceus, & lanuginoſus, eſt *cortice* tenero, *Pulpâ* candidâ, guſtu dulci, in maturitate flavus, *Cortice* duro, *Pulpâ* fungoſa, *Seminiſque* plena, quæ plana ſunt, & compreſſa, altera parte acuminata, & altera ſuperiore latiuſcula, duabus anguloſis eminentiis cornuta, horum *Cortex* lignoſus, & candidus eſt, aliquando in aliis fuſcus, *guſtu* dulcem nucleum includens. Tota planta *Radice* nititur candidâ in multas radiculas fibroſas diſtracta. *Ex* Orientalibus *enim*, *& calidioribus locis* Aſiæ, Africæ, *& utriuſque* Indiæ, *ad nos deferuntur* Cucurbitarum Semina: *Sua ſponte apud* Septentrionales Europæos, *non proveniunt*, *ſatæ tamen in Hortis cultis*, *aut agris ſatis feliciter in* Gallia, & Italia *proveniunt*, *& perfectionem attingunt*. *Floret Auguſto*, *nec ante fere Autumnum exactum maturus eſt fructus*.

Temperamentum, & Vires.

Omnes Cucurbitarum *diverſiformium* Fructus *frigidæ*, *& aqueæ ſunt naturæ*, *ut recte dixit* Plinius, Cucurbitam *nihil aliud eſſe*, *quàm aquam congelatam*; Cucurbitæ *ad ardentes febres utrinque* (*id eſt intra extra*) *mirifice faciunt*. Aqua *ex immaturis* Cucurbitis *diſtillata ardori capitis*, *quam ſiriaſin vocant*, *præcipue infantium*, *efficaciſſime magno experimento in linteolis ponitur*, *aut defectu* Aquæ diſtillatæ, Succus *pari ratione uſurpatur*. Succus *etiam* Cucurbitæ *immaturæ*, *ejuſve* aqua ſtillatitia, *non tantum aurium dolori inſtillatu auxiliatur*, *ſed & oculorum*, *& omnium membrorum inflammationes*, & Podagras *refrigerat*. Cucurbitæ Semen *urinæ acrimoniam contemperat*, *& eandem mediocriter provocat*. Succus *cum* Aqua roſacea, *aut per ſe auribus inſtillatus*, *earum dolori auxiliatur*. Folia *recentia mammis puerperarum admota lac ſiccant*. Oleum, *quod è* Cucurbitarum floribus *paratur*, *iiſdem diutius in Oleo inſolatis*, *renum calorem* (*exterius unctis partibus contra renes ſitis*) *extinguit*. *Capitis dolores præſertim in febribus mulcet*. *Aridæ cineres ambuſta*, *& pudendorum ulcera ſanant*, *Teſte* Moriſ. Semen *recenſetur in numero Seminum* 4. *frig. maj. venitque in uſum cum*, *vel ſine cortice*. Schrod.

COLOCYNTHIS FRUCTU ROTUNDO, MAJOR.
C. B. P. 313. *Vid. Icon.* 4. *Tab. LVI.*

Κολόκυνθις *aut* Κολόκουνθα αἰγὸς, *aut* σικύπικρα Ἀλεξανδρίνη Dioſcoridi *l.* 4. *c.* 178. Cucurbita *ſylveſtris* Colocynthis *dicta*, *quæ ſativa* Plinio *l.* 20. *c.* 3.

Colo-

COlocynthis fructu rotundo, major. *C. B. P.* 313. *M. H.* 2. 27. *J. B.* 2. 232. *Dod. p.* 665. *Colocynthis, Cucurbitula amara, cathartica. Lob. Ico.* 645. *Colocynthis. Matth. Ad. Lugd. Hiſt. Cam. Ger. Colocynthis pomiformis, Park.* Folia profert nigricantia, aſpera, laciniata: *Caules* itidem rotundi, aſperi, humi repunt, ſicut *Bryonia*, neque unquam ſublimia affectant loca, ſed humili, & dejecto ſtatu ſemper contenti. Plures obtinet claviculas, qui vicinis ſeſe alligat fruticibus, baculis ſepibuſve ex perticis factis: *Flores* habet, quorum alii nullum, alii fructum ferunt. Qui nullum producunt fructum, nullum rudimentum fructus procreant, ſed protinus evaneſcunt: qui tumidi conceptui innituntur, *Fructum* poſt ſe relinquunt, cujus *Pulpa* eſt admodum amara, & eo nomine à *Meſue*, quia reliquas omnes plantas amarore ſuperat, dicitur *Fel terræ*, eſtque diverſiformis, *Fructus Pomi* æmulans &c. Amaritudine *Pulpæ* à cæteris *Peponibus* diſtinguitur; cæteri ſunt aut dulces, aut inſipidi: ſola *Colocynthis* eſt pomifera ſcandens amara, ex genere *Peponum* à *ſemine* conformi cum *Peponum ſeminibus. Provenit in peregrinis Regionibus* Meridionalibus *ſponte, in Hortis ægre apud* Septentrionales *colitur. Ex* AEgypto, Alexandria, *delata hujus ſemina ſeruntur &c. Oportet colligere* Colocynthidas *ſub finem anni, quando ſunt maturæ, & quando color earum incipit fieri citrinus, nec colligatur ea, quæ eſt viridis, vel dum habet aliquid viriditatis, quoniam modicum ex ipſa occidit, ſed colligitur poſtquam citronatur* Pomum *ejus, tunc eſt perfecte maturum, hoc eſt Menſe Septembri, aliquando tardius.*

Temperamentum, & Vires.

Pituitam craſſam, ac glutinoſam ex profundioribus, & remotioribus partibus expurgat, ut ex cerebro, nervis, juncturis, pulmonibus, unde cum commodo exhibetur vertiginoſis, Hemicranicis, Epilepticis, Apoplecticis, Scabie, Lueque venerea afflictis. Calida eſt, & Sicc. 3. *verùm ob vehementiam, ac amarorem, & quia ventriculo, ac inteſtinis noxia eſt, rariſſimè in ſubſtantia, & nonniſi robuſtis, imò decenter correcta exhibetur. Corrigentia illa ſunt Cuminum, Tragacantha, Maſtiche, Bdellium, & ſim. cardiaca, hepatica, ſtomachica.* Schrod.

GRANADILLA PENTAPHYLLOS, FLORE CAERULEO, MAGNO. *Boerh.* 2 81. *Vid. Icon.* 5. *Tab. LVI.*

GRanadilla eſt diminutiva vox Granadæ, *& ita dicitur, quia fructus hujus plantæ pleniſſimi ſunt ſeminibus; vocatur etiam* Flos Paſſionis, *quia ſi imaginationi aliquantulum concedetur, omnia Inſtrumenta* Paſſionis Chriſti *habet*. Rapinus *canit:*

Ferventes etiam tum Granadilla per æſtus
Prodit, Amazonii, quam litore fluminis ortam
Ad nos extremo Peruvia miſit ab Orbe.
Flos alte inciſas criſpato margine frondes,
Caule in ſublimi, vallo prætendit acuto,
Spinarum in morem, patiens ò Chriſte, tuorum
Inſcriptus foliis ſumma inſtrumenta dolorum.
Nam ſurgens, flore è medio, capita alta tricuſpis
Surſum tollit apex, clavos imitatus aduncos.

GRanadilla pentaphyllos, flore cæruleo, magno. *Boerh.* 2. 81. *Clematis pentaphylla, flore roſeo, clavato. Marucuja* 2., *ſeu Marucuja Maliformis. M. H.* 2. 6. *Clematis paſſiflora, pentaphylla, flore cæruleo, punctato. Munt. Prax.* 421. *Murucuja.* 1. *Piſon.* 247. *Cucumis, Flos Paſſionis dictus, pentaphyllus, flore clavato. H. L.* 205. *Marococ, & Maracocum quibuſdam dicitur, Marocuja, & Marucuja. Marcgrav. Clematis paſſionalis, ſeu flos Paſſionalis, aut Paſſionis. Monard.* Caulem habet ſarmentoſum, ac ſubruſſum: *Folia* gerit hinc inde, ſuis pediculis circiter digitum longis affixa, & quodlibet in quinque lobos ſectum: quintus lobus eſt fidium inſtar, omnes lobi nervo medio adhærent, quinque ſuos nervos, & venas habent: pediculus ſuſtinet *Florem* elegantem, & conſpectu admirabilem, qui inferiùs tria folia viridia obtinet, ſupra autem quinque longiora, inferne virideſcentia, ſuperne cæruleo-purpurea, & inter hæc alia quinque purpurea; dehinc *Solis* pingitur figura, radiatim multa filamenta criſpata obtinens, & in orbem explicata, exteriori medietate cæruleo-purpurea, interiore dilute cærulea, vel etiam è contrario in medio floris *Columellam* breviſſimam, pallidam, ſuperius in quinque partes diſſectam, quæ ad latera curvatæ extenduntur. Cuique parti ſpongiformi corpus luteſcens, pulverem, luteum aſperſum habens, adhæret; in medio autem Columellæ *piſiformis* orbiculatus eſt flavo albicans, huic tres *Clavi* ſuperius infixi ex flavo albi, & *punctulis* minimis purpureis variegati, & deorſum inclinati, ut brachia Columnæ: *Flos* totius ſuavis odoris: *Fructus* æquat *Pomum* noſtras vulgare ſylveſtre, rotundus, *cortice* craſſo, flavi exterius coloris, interius conſtans *pulpa* ſucculenta, vinoſo-acida, crocea, & linguam croceo tingente, & in illa multa ſunt *granula* integra magnitudine ſemis Pomi vulgaris, variis *tuberculis* inſignita, & *folliculis* ſuis propriis incluſa. *Sponte in* Regno Quito, *ibidemque in campeſtribus locis Fluminum ripas adamare author eſt* Petrus de Cieza *in Hiſt. Peruana p.* 1. *cap.* 18. *in Valle dicta* Lile, *in Montibus ſponte* Monard. *Apud nos colitur in Hortis. Floret menſe Auguſto: Fructus maturus menſe Januario, & Februario.*

Temperamentum, & Vires.

Habent refrigerantes, & nutrimento optimo inſerviunt, Succus *eſt ſuaviſſimi ſaporis, & vinoſus, ſed aliquid acidi habet; hinc eſt refrigerans.* Boerh.

ANANAS. *Piſon.* 384. *Vid. Icon.* 6. *Tab. LVI.*


ANanas, *& Pinea dicitur, quia ſimilis* Pini *fructui.*

ANanas. *Piſon.* 384. *Ananas aculeatus, fructu pyramidato, carne aureâ. Plum. T* 653 *Carduus Braſilianus, foliis Aloës. C. B. P.* 384. *Ananas, Acoſtæ, & Linſchotii. J. B.* 3. 95. *H. A.* 1. 109. *Matzali, ſeu Pinea Indica Hernandez.* 311. *Hiſpaniolæ indigenis Jajama, & Yayama. Carduo affinis, ſive Pinea Braſiliana, Ananas dicta. M. H.* 3. 169. *Nanas fructus, ſive Yayama. Lugd.* 1481. *Kapa-tsjakka. Hort. Malab. Part. II.* E *Radice* longa, fibris adnexis, *Folia* pedalia, aut bipedalia, gladiata, viridia, ad acies ſpinulis crebris, recurvis, denticulata, Yaccæ modo radiatim proveniunt. Ex horum autem medio aſſurgit *Caulis* cubitalis, aut bibetalis, qui *Cinaræ* in modum *Capitulum* ſuſtinet ovale, binorum pugnorum magnitudine, ſtrobili, aut *Pini ſativi* fructus, cum eminentiis protuberantibus, pene æmulum; ex viride-flavi coloris, cum umbilico in qualibet eminentia donato. Augeſcente capitulo, *Floſculi* ex tribus petalis cæruleis conflati, inter foliola cernuntur. *Fructus* maturus decorticatur, & materia ſucculenta, & carnoſa flaveſcens expreſſa gratiſſime comeditur; in qua *Granula* ſeminis loco conduntur, ſed non vegetabilia; incrementum vero ex ſtolonibus lateraliter provenientibus fit, & præcipua planta ſuccedens, eſt roſacea ex conſimilibus foliolis compoſita, & ex apice fructus glorioſe enaſcitur. Planta iſthæc decerpta, terræque commiſſa, anno ſequenti fructum præbet. *In pleriſque calidioribus Regionibus habetur; è quibus plantæ productioni paratæ, Curioſis adferuntur, atque in AEſtuariis conſervatoriis noſtris calefactis, calorem* Indicum *mentientibus, ad maturitatem producuntur, & inter delicias exquiſitiſſimas Magnatum non immerito cenſentur.*

Vires, & Uſus.


Fructus *ob ſuavitatem ab omnibus expetitur, & inter bellaria præſtantiora inſtruenda habetur. Corroſivam facultatem ei quidam tribuunt; quamobrem ejuſdem exceſſus cohibetur, ne dyſenteriam libere edentes contrahant.* Fructus *ſucculentus febricitantibus, moderate ſumptus, ſatis proſpere adhibetur.* Liquor (*ſeu* Vinum *ejuſdem expreſſum*), *urinam provocat, & nephriticis utilis eſt; ſed ob acrem intermixtam qualitatem, modica quantitate ſumendus eſt.* Moriſ.


Tab. XLIX. L. LI. LII. LIII. LIV. LV. LVI.


Tab. XLIX.
1. Phaſeolus maj. ſive Smilax hortenſis. C.B.P. 339.
2. Melilotus Officinarum, Germaniæ. C.B.P. 331.
3. Melilotus major, odorata, violacea. M. H. 2. 162.
4. Trifolium pratenſe albū C.B.P. 327.
5. Trifolium bitumen redolens. C.B.P. 327.
6. Fœnum Græcum ſativum. C.B.P. 348.
Eg. Morandi fec.
7. Anonis ſpinoſa, flore purpureo. C.B.P. 389.
8. Lotus, ſive Melilotus pentaphyllos. &c. C.B.P. 332.


Tab. L.
1. Piſum majus, flore albo. M.H. 2. 46.
2. Lathyrus ſativus. C.B.P. 343.
3. Vicia vulgaris, ſativa. J.B. 2. 310.
4. Lens. vulgaris. C.B.P. 346.
5. Faba. C.B.P. 338.
6. Galega vulgaris. C.B.P. 352.
7. Orobus Pannon. I. Cluſ. 230.
8. Ervum verum. Boerh. 2. 47.
9. Glycyrrhiza ſiliquoſa, &c. C.B.P. 352.
10. Glycyrrhiza capite echinato. C.B.P. 352.
11. Cicer ſativum. C.B.P. 347.
Eques J.B. Morandi Inv. & f.


Tab . LI
1. Vulneraria ruſtica J.B. 2.362.
2. Lupinus ſativus, flore albo. C.B.P. 347.
3. Securidaca lutea, major. C.B P. 348.
4. Ferrum Equinum Siliqâ Sing.ri C.B.P. 349.
5. Scorpioïdes Bupleuri folio C.B.P. 287. Siliquâ campoïde hiſpida.
6. Scorpioïdes Bupleuri folio, corniculis aſperis, in ſe contortis, et convolutis. M.H. 127.
9. Tragacantha. C.B.P. 388.
7. Scorpioïdes ſiliquâ craſſâ Boëlii. Ger. Emac. Ap. 1627.
S.
8. Scorpioïdes Bupl.i folio, ſiliquis lenib; Park. Th. Bot. 1117.
10. Aſtragalus Monſpeſſulanus J.B. 2.338.
11. Aſtragalus floribus Viciæ, &c. T. 415.
12. Nil, ſive Anil, Indico, ſeu Indica. M.H. 2. 202.
Eques Joannes Baptiſta Morandi inventor, delineator, & ſculptor; Mediolani, MDCCXLIV.


Tab. LII.
1. Smilax aſpera, fructu rubente. C.B.P. 296. | 2. Bryonia alba. Dod. p. 400. | 3. Bryonia nigra. Dod. p. 399.
4. Ipecacoanha. Marcgr. 17.
5. Ruſcus Myrti; folius, aculeatus. T. 79.
6. Hippogloſsũ, Lauro; taxa. Col. 1. 165.
7. Laurus Alexan; drina. J. B. 1. 574.
8.
8. Polygonatũ latif. vulgare. C.B.P. 303.
9.
9. Liliũ convalliũ, albũ. C.B.P. 304.
10.
10. Aſparagus ſativa. C.B.P. 489.
Eq. J. B. Morandi
Inv. delin. & ſculp.


Tab. LIII.
1. Alkekengi Officinarum. T. 151.
2. Alkekengi fructu parvo, verticillato. T. 151.
3. Alkekengi Mexicanum. Recchi 196.
7. Capſicum ſiliquis longis, propendentibus. T. 152.
4. Solanum Offic. Acinis nigricantibus. C.B.P. 166.
5. Solanum ſcandens, vel Dulcamara. C.B.P. 167.
6. Solanum pomiferū, frutesc. Afric. ſpinoſ. etc. H.L. 573.
8. Lycoperſicon. Ang. 217
9. Ebulus, ſ. ſiv. Sambucus herbacea. J.B. 456.
10. Ebulus laciniata. Pon. Ital. 234.
E. J.B. Morandi f.



Tab. LIV.
1. Mandragora mas. J.B.3.617.
2. Mandragora fœmina. J.B.3.618.
3. Capparis ſpinoſa. J.B.3.206.
4.
5.
4. Moſchatellina &c. J.B.3.206.
5. Herba Paris. J.B.3.613.
6.
7.
8.
6. Colocaſia. J.B.2.790.
7. Arum vulgare. C.B.P.195.
8. Dracunculus polyphyllus. C.B.P.195.
Equ. Morandi f.


Tab. LV.
1. Momordica vulgaris. T. 105.
2. Cucumis ſativus, vulgaris. C.B.P. 310.
3. Elaterium Officin. Boerh. 2. 77.
4. Melo vulgaris. C.B.P. 310.
5. Pepo oblongus. C.B.P. 311.
6. Anguria Citrullus dicta. C.B.P. 312.
Eques J.B. Morandi Inv. & fec.


Tab. LVI.
1. Cucurbita lagenaria J.B. 2. 216.
2. Cucurbita latior. Dod. p. 669.
3. Cucurb.a longior. Dod. p. 669.
4. Colocynthis fru. rotundo, major. C.B.P. 313.
5. Granadilla pentaphyllos, flo. cœruleo, magno. Boerh. 2. 81.
6. Ananas. Piſon. 384.
Eques J. B. Morandi Inv. & fec.

DISTRIBUTIO XXXI.

PLANTAE APETALAE, FRUCTU FLORI CONTIGUO, GYMNOSPERMAE.

Rhabarbarum rotundifolium, verum; Lapathum folio rotundo, Alpinum; Lapathum acutum, *ſive* Oxilapathum; Lapathum acutum, folio rubente; Lapathum hortenſe, folio oblongo, *ſive* ſecundum Dioſcoridis; Lapathum hortenſe, latifolium; Lapathum aquaticum, folio cubitali; Acetoſa pratenſis; Acetoſa Ocymi folio, Neapolitana; Biſtorta major; Perſicaria mitis; Hydropiperi; Polygonum latifolium; Fagopyrum vulgare, erectum; Atriplex hortenſis, alba, *ſive* pallidè virens; Atriplex Maritima, laciniata; Bonus Henricus; Chenopodium Ambroſoides, folio ſinuato; Chenopodium fœtidum; Chenopodio-Morus, major; Bilitum majus, album; Bilitum majus, rubrum; Parietaria Officinarum, & Dioſcoridis; Alchimilla vulgaris; Percepier; Kali majus, Cochleato ſemine; & Salicornia.

RHABARBARUM ROTUNDIFOLIUM, VERUM.

Munt. 695. Vid. Icon. 1. Tab. LVII.

RHabarbarum *dicitur quaſi radix apud* Barbaros *naſcens: occurrit enim apud fluvium* Rha, *quem* Vuolga *appellant in* Moſcovia.

RHabarbarum rotundifolium, verum. *Munt.* 695. *Brittan.* 7. *Rhabarbarum. J. B.* 2. 989. *Rhabarbarum, forte Dioſcoridis, & Antiquorum. T.* 89. *Lapathum præſtantiſſimum, Rhabarbarum Officinarum dictum. M. H.* 2. 577. *Rhaponticum. Alp. Exot.* 187. *Rha verum antiquorum, Ger. Rha, & Rheum Dioſcoridis. Hyppolapathum maximum, ſeu Rha Ponticum Thracicum, vel Rha barbarum verum, Park.* Statim ineunte Vere protrudit hoc *Lapathum*, dictum *Rhabarbarum, Caput* rotundum fuſcum, ex *Radice* craſſa, fungoſâ, luteâ, quod expanſum ſeſe dilatat in plurima *Folia*, paulatim ſeſe explicantia, primò multùm criſpata, & in ſe complicata, ſubrubra, quæ omnino dilatata lævia evadunt, ampla, fere rotunda, ſingula ſingulis bipedalibus *pediculis* innitentia, policem craſſis, quæ magnitudinem adepta in ſolo pingui, & humenti, bipedalem etiam acquirunt longitudinem, & latitudinem fere parem; coloris ſunt ſaturate virentis, guſtus acuti: in medio hujus foliorum ſecundo, aut tertio anno protruditur *Caulis*, craſſus, non tam altus, quam *Lapathi hortenſis, Patientia* dicti caulis, quem amplectuntur folia minora, rotunda etiam: in ſummis caulibus ſpicatim proveniunt *Flores* herbacei, exalbidi, hexapetaloïdei, in limbo exteriori muſcoſi, herbacei in medio: ſingulis floribus deciduis ſuccedunt ſingula *Semina* triangularia, ſubflava, ruffave, tribus foliolis vice *Capſulæ*, aliorum *Lapathorum* more, incluſa; unde clare conſtat, eſſe *Lapathi* ſpeciem à fine ultimo, imo & uſu præſtantiſſimam. Procedente tempore *Radix* grandeſcit multis propaginibus inde propendentibus ornata, oblonga, tuberoſa, circularibus zonis rugoſa, tuberibuſque inæqualis, communiter ponderoſa, colore eſt ſubrubente extra, intra verò flaveſcente: ablato cortice exteriore radix apparet ſublutea, multis venis ſubrubicundis ipſam percurrentibus: ſaporis eſt amaricantis, & lenta viſcedine ſubaſtringentis, nauſeoſi odoris, pontici debilis. *Radix* hæc diligenter exſiccata, flavum retinet colorem, atque maſticata ſalivam flavo itidem colore tingit. *Naſcitur in agro* Sinenſi, *quæ inde uſque* Usbeken *in* Turciam, *hinc* Venetias *defertur. Vel ab* Arabicis *Turciciſve Mercatoribus* cum aliis *Aromatis mercibuſque prætioſis* Alexandriam uſque, è Cairo, Damaſcum, & Tripolim *in* Syria *ſitam, delatum, itinere terreſtri, quod durabilius, & carius. Floret Æſtate, atque verſus ejuſdem finem ſemina matureſcunt.*

Temperamentum, & Vires.

Folia *decocta leniſſime alvum ſolvunt, ſcorbuto reſiſtunt, & robur conciliant ſolidis. Veteres dixerunt,* Radicem *hujus plantæ eſſe unicum purgans, quod in morbo dari licet, & quidam octuagenarius dixit ſe ab omnibus Medicamentis quidem eſſe deceptum, ſed non* Rhabarbaro. *Aſſerunt nonnulli eam valere ad bilem vitioſam corrigendam, ſimileſque affectus chronicos tollendos; hæc* Radix *conſtat partibus ſubtilibus, hinc vadit per ſubtiles ſanguinis partes, & tingit urinam croceo colore; ſi enim manè grana decem aſſumantur, tum urina redditur crocea, & odor* Rhabarbari *illi fuit communicatus: partes erro habet tenaciſſimas, quo ad colorem, hinc conducit ad expurgandum ſanguinem à volitante ſpurcitie, ad renes ſaburra liberandos, & lubricoſa, pituitoſa, grumoſa ſolvenda. In omni extravaſato ſtagnante ſanguine eſt optimum remedium, magna perhibetur ejus vis in calculo, hydrope, & ictero, aliiſque hepatis affectibus à vitioſa bile oriundis, laudatur ad inflammationem, ſtomachi imbecillitatem, & omnes ejus dolores, convulſa, lienoſos, hepaticos, nephriticos, tormina veſicæ, & thoracis vitia, præcordiorum diſtenſiones, uteri affectiones, coxendicum dolores, ſanguinis ſputationes, difficiles ſingultus, dyſenterias, cœliacas paſſiones, circuitus febriles, & venenatorum morſus; tollit etiam livida, & impetigines, cum Aceto illitum; hæc* Radix *in contuſis ſummum eſt remedium, primas vias expurgat, poſt purgationem inteſtina roborat, in purgandis infantibus laxis fibris præditis eſt egregia* Radix, *jure merito tantopere laudatur in dyſenteria, & dyarrhæa, quæcunque, quæ oritur à ſcirrhoſâ, & cancroſâ naturâ, ſi detur ad ſcrupulos duos, grana decem omni mane aſſumpta (ut tantum purgare poſſit) eſt ſummum deobſtruens in morbis antiquis hypochondriacis, ſcorbuticis, languorem viſcerum reſolvit, & fibras obſtructas roborat, hujus* Radicis *vis ex ſale ſubtitiori acri-mucilaginoſis, & terreis particulis mixtis conſtat, acres iſtæ ſalinæ particulæ prout magis, vel minus à mucilaginoſo, & terreo involucro, cui antea quaſi implicatæ hærebant, ſolutæ ſunt, eo magis, vel minus etiam ſtimulant. Nonnunquam & tantum motum excitant, ut hepar ipſum, imprimis verò veſicula fellis prematur, unde tum duplex poteſt excerni bilis, quo ipſo & (quod ſupra dictum) in Ictero ejus magnam eſſe vim, confirmatur iterum. Vim autem purgantem in Sale ipſius, neutiquam verò in Reſina, vel Oleoſis conſiſtere particulis, ex ejus Tinctura patet. Hæc enim aqua extrahitur, aquam verò nec reſinoſa, nec oleoſa unquam ſolvere Chymia clarè demonſtrat: præterea quæ cum ſpiritu Vini extrahitur Tinctura, nam tanta vi purgat, quàm aqua extracta; imo aqua ubi miſcetur, non lacteſcit, quod tamen omnibus aliis Tincturis, quæ ex oleoſis, & reſinoſis extrahuntur, accidit. Notandum denique venit, particulas ſalinas ita diſſipatas eſſe, vel ea quantitate liquidorum diſſolutas; ut vim ſuam*

exer-

exercere nequeant; *hæc* Radix *ætate ſiccata omnem vim purgantem*, *& acredinem amittit*, *ejus odore ſolo quidam ad ſedes moventur*, *& per coctionem amittit purgantem virtutem*; *conducit in Gonorrhæa*, *urinæ ardorem temperando*, *malignitatem expellendo*, *fluxumque ſiſtendo*. *In ſubſtantia præſcribi ſolet à dragmâ ſemis ad dragmas duas*, *doſis* Extracti *eſt dragmæ duæ*, *Tincturæ verò dragma una*; *hæc* Radix *toſta*, *vel exſiccata aſtringit*, *& in dyſinteria non minor eſt virtus*, *quam quidem Terræ ſigillatæ*, *& cum Nuce moſchato*, *Laudano opiato fluxus alvi commodiſſimè inhibetur vi adſtringente ejus ſe ubique exerente*, *imo in hæmorragiis narium*, *ſimilibuſque caſibus*, *ipſam adhibuit* Pechelinus: *vertiginoſis aliquando nocet hæc* Radix; *Vermes necat*, *& multas compoſitiones Pharmaceuticas ingreditur*. *Vid.* Moriſ. Boerh. *&c.*

LAPHATUM FOLIO ROTUNDO, ALPINUM.

J. B 2. 687. Vid. Icon. 2. Tab. LVII.

Lapathum *vocatur à* Græco *vocabulo* λαπάσσω evacuo, *quia radix hujus plantæ alvum movet*, *dicitur etiam* Hippolapathum *ab* ἵππος equus, vel ut hoc ſenſu magnus, *&* Lapathum, *quaſi* magnum Lapatum. Patientia *quia ejus eſt lenta vis*; Rhabarbarum Monachorum, *quia à Monachis Rhabarbari loco adhibetur*.

Lapathum folio rotundo, Alpinum. *J. B. 2. 687. Lapathum Alpinum*, *folio ſubrotundo*. *M. H. 2. 578. Lapathum hortenſe*, *rotundifolium*, *ſive Montanum*. *C. B. P.* 115. *Hippolapathum rotundifolium*, *Montanum*. *C. B. P. Hyppolapathum rotundifolium*, *& Pſeudo-Rha recentiorum*, *Adv. Lob. Lugd. Hippolapathum*, *ſive Rhabarbarum Monachorum*. *Dod. p.* 648. *Lapathum* hoc Montanum, ſeu Alpinum *Radice* nititur craſſa, longa, furcata, cujus ſingulæ furcæ plus quàm pollicarem craſſitiem aſſequuntur, rugoſæ, & intensè flaveſcentes; ſapore amaro: *Caulis* bicubitalis, & altior aliquando profunde ſulcis exaratus, rubeſcens, & alis multis donatur: *Folia* ſunt *Bardanæ*, notabilis latitudinis, rotunda, glabra, ſed quodammodo rugis ſcatentia, & dilute viridia, quæ pediculo rubente, & ſtriato appenduntur: *Flores* in ſummis caulibus ſpicatim, & denſe digeruntur, muſcoſi, herbacei, & alas fere totas abſident: floribus ſingulis ſuccedunt *Semina* triangularia, nonnihil rubentia, contenta inter terna foliola, quæ ſunt loco capſularum. *Naſcitur in Montibus*, *locis humidioribus*, *& iis præſertim*, *ad quæ armenta*, *ſtationem illic habentia Æſtivis menſibus*, *aquationis gratia*, *convenire ſolent*. *Floret Æſtate*, *& circa ejuſdem finem ſemen eſt maturum*.

Temperamentum, & Vires.

Lapathi *genus hujus*, *quod* Rhabarbarum Monachorum *vocatur*, *purgandi vim obtinet*, *authore* Fuchſio, *ſi in pulverem redactum drach. pondere ſumatur*. *Neque id mirum admodum*, *cum* Dioſcorides *ipſe omnium* Rumicum *olus* decoctum *alvum mollire*, *atque decoctas eorundem* Radices *cum vino regio morbo correptos emendare*, *ob bilis nimirum per inferna eductionem*, *teſtetur*. *Quomodo eo uti deceat*, *docet* Tragus, *Magnarum virium*, *inquit*, *hæc* Radix *cum puſillo Zinziberis ſumpta phlegma*, *& bilem per inferiora evacuat hoc modo*. *Recipe* Radices *arid. drac. j. Zinziberis ſcrup. j. in pulverem redige*, *ſume jejunus in jure calido*. *Pro* Rhabarbaro, *qui hoc ſubſtituunt*, *duplici doſi utuntur*. Radix *digerit*, *abſtergit*, *provocat*, *mundat*, *aperit*, *nonnihil abſtergit*. *Bilem flavam*, *& ſeroſos humores educit*. Folia *tenera in oleribus eduntur ad emolliendam alvum*. Radicis Succus, *ait* Matthiolus, *cum* ſulphure *illitus ſcabiem ſanat*, *cum Lupinorum verò farina Lentigines*, *alphos & alias cutis infectiones exterit*. Radicis *dilutum ex Vino paratum præſtat ad pellendos renum calculos*. *Idem facit* Radicis *ſiccæ* Pulvis *dracmæ pondere ex meraco potus*; *quin etiam ex Marrubii decocto hauſtus æruginem curat*. Moriſ. *Loco* Rhei *hoc utebatur* Lazarus à Schevvende, *qui ajebat purgare*, *ſi ad duplum* Rhabarbari *exhibeatur*. *Sunt paulo debiliores* Rhabarbaro, *talis tamen eſt vis in* Patientia, *ut hoſtem ſuum devincere ſoleat*, *Radix quotidiano uſu efficit*, *ut quidquid maligni hæret*, *id leni*, *& lento ſuo motu reſolvat*, *à putredine arceat*, *& fibras roboret*; Radix *raſa*, *& in cerviſia ad uncias duas decocta*, *eſt optimum remedium*, *ſi per menſes hoc Decoctum aſſumatur*, *præſertim ubi ſanguis in putredinem vergit*, *hinc homines inde quaſi rejuveneſcunt*, *iterum ſi modo per longum tempus dragma una cum uncia una Aquæ per noctem infuſa mane propinetur*. Boerh.

LAPATHUM ACUTUM, ſive OXILAPATHUM.

J. B. 2. 683. Vid. Icon 3. Tab. LVII.

Lapathum acutum, *ſive* Oxilapathum. *J. B. 2. 683. Lapathum folio acuto*, *plano*. *C. B. P.* 115. *Lapathum acutum*. *M. H. 2.* 578. *Lapathum ſylveſtre*, *ſive Oxylapathum*. *Dod. p.* 648. Ad cubiti, & ſeſquicubiti altitudinem exereſcit *Caulis* hujus *Lapathi acuti*, multis alis concavus, ſtriatus, ſubrotundus: *Folia* Betæ longiora, venoſa, & in acutum mucronem deſinentia, parum, aut nonnihil in ambitu ſerrata, modò etiam ſubrotunda, ſapore ſubacido: *Flores* muſcoſi, herbacei, copioſi ſecundùm caulium ſuperiorem partem: quibus ſingulis evanidis ſingula *Semina* triquetra, ſive triangularia ſuccedunt, ternis foliolis mucronatis, ex virore rubeſcentibus, incluſa. Radix dodrantalis circiter, craſſitudine digitali, crocea, ſapore amaro. *Appetente Martio folia emergunt*, *Junio floret*, *verſus finem Auguſti ſemina perficiuntur*. *Sponte ſua gignitur in humectis Hortis*, *paluſtribus locis*, *& Pratis circa foſſas*.

Temperamentum, & Vires.

Oxylapathi *autem* Folia *cum frigiditate reſiccant*; Semina *vero hujus tum*, *& ſativæ*, *ac etiam Oxalidis cum tenuitate quadam ſubſtantiæ refrigerant*, *valde reſiccant*, *& adſtringunt*; *contra dyſenterias*, *ac cæliacos affectus*, *ventriculi ex bile ſubverſiones*, *& faſtidia*, *tum & adverſus Scorpionum ictus*, *ut* Dioſcorides *refert*, *bibuntur*, *proſunt & ſanguinem fluentibus*, *addita Acacia*, *Authore* Plinio. Lapathi *acuti* Radix *cerviſiæ infuſa laudatiſſimum antiſcorbuticum habetur* D. VVillis *de ſcorbuto*.

LAPATUM ACUTUM, FOLIO RUBENTE.

C B P. 115. Vid. Icon. 4 Tab. LVII.

Dicitur Lapathum nigrum, *aut* rubrum, *&* Rumex niger, *aut* ruber, *&* Sanguis Draconis, *ſed perperam*, *nam ſuccus aridus*, *qui* Sanguinis Draconis *nomine Officinis venum datur*, *non ex herba hac*, *ſed omnino ex alia ſtirpe colligitur*.

Lapathum acutum, folio rubente. *C. B. P.* 115. *M. H. 2. 579. Lapathum ſanguineum*, *ſive Sanguinis Draconis*, *Herba*. *J. B.* 2. 988. *Lapathum rubens*. *Dod. p.* 650. *Lapathum rubrum*. *Cam. in Matth.* Facillime inter cætera ſui generis *Lapatha* cognoſcitur hoc ſanguineum *Lapathum*, quia *Folia* profert longa, anguſta, valde mucronata, rubra aut potius venis rubris ſanguinei coloris obſcuri affecta: è quorum medio oriuntur *Caules* brachiati, ſeu ramificati ejuſdem coloris, atque in horum ſummis proveniunt ſpicatim *Flores* muſcoſi, herbacei. *Semina* triangularia, minora, in *Capſulis*, ſive *involucris* tribus parvis foliolis triangulis conſtantibus: *Radix* etiam eſt rubra, aut rubicundi coloris, atque hiſce notis ſanguineis, ſeu rubris à cæteris omnibus nullo negotio primò diſcernitur. *In* Septentrionis *Hortis ſponte provenit*. *Floret Junio*, *& Julio*, *Auguſto demum ſemina perficit*.

Temperamentum, & Vires.

Hæc Planta *aſtringens*, *& ſumitur* Succus *in omni morbo*, *ubi* Rhabarbarum, *&* Patientiam *laudavi*. *Hæc* Planta *dicitur omnes fluxiones*, *& hæmorrhagias ſanare*, *ſi hæc* Planta *cum Aceto incocta*, *locus cum hoc Decocto lavetur*, *vel cum Melle edulcorata* Planta *potetur*. Boerh.

LAPATHUM HORTENSE FOLIO OBLONGO, *ſive* SECUNDUM DIOSCORIDIS. *C. B. P. 114.*

Vid. Icon. 5. Tab. LVII.

Lapathum hortenſe folio oblongo, *ſive* ſecundum Dioſcoridis. *C. B. P.* 114. *M. H. 2. 579. Lapatum ſativum*, *Lapas*. *J. B. 2. 985. Hippolapathum ſylveſtre*, *Matthioli*. *Lugd. 606. Patientia*. *Parkinſ. Hippolapathum ſylveſtre*. Hoc eſt priori *Lapatho* acuto ſimile *Caule*, *Semine*, *Radice* longa, luteaque, niſi quòd *Folia* habeat majora, mollioraque, paulo criſpa, & intorta; *Caulem* multo altiorem, ut qui hominis altitudinem non raro aſſequatur. *Creſcit in locis humidis*, *& in Hortis*. *Floret Junio*, *& verſus finem Auguſti ſemina perficiuntur*.

Vires

Vires.

Muntingius *demonſtrat* Plantam *eſſe* Britannicam *Veterum Tincturam in* Belgium *miſſam ad* Belgarum *morbos in ſtomacho debellandos*, *unde dicuntur aliter periiſſe*, *qui morbus fuit ſcorbutus*, *in hoc caſu egregium ejus effectum*, *vel millies fui expertus*; *ſi enim ſit fœtor*, *halitus putridi gingivarum*, *vel dentes vacillantes*, *tum* Radix *ad unciam dimidiam in ſcobem redacta*, *& cum Vino cocta aſſumitur*, *vel inde gingivæ*, *& fauces laventur*. *Teſte* Boerh.

LAPATHUM HORTENSE, LATIFOLIUM.
C. B. P. 115. *Vid. Icon.* 6. *Tab. LVII.*

LApathum hortenſe, latifolium. *C. B. P.* 115. *Lapathum majus*, *ſive Rhabarbarum Monachorum*. *J. B.* 2. 985. *Hippolapathum*, *ſive Rhabarbarum Monachorum*. *Dod. p.* 648. Hominis proceritatem interdum aſſequitur: *Caule* ſurgens ſtriato, rubente, ſuperiora verſus in numeroſos ſurculos diviſo: *Floribus* ſerie longâ per totos ferè ramos muſcoſis; *Semine* ſubſequente anguloſo, folliculis membranaceis circumdato: *Folia* pedalia, & ſeſquipedalia, lata, acuminata, dura, rigida, rubentia, pediculis rubentibus longis appenſa. *Radix* prolixa, craſſa, multis adnatis fibris donata, intensè crocea. *Habetur in nonnullis* Germaniæ, Galliæ, *&* Italiæ *Hortis*. *Folia Martio erumpunt*, *flores Junio*.

Temperamentum, & Vires.

Vulneribus applicata ſanguinem ſiſtit, *cocta*, *& epota hæmorrhagiam ſiſtit*, *in mictu cruento*, *& ſputo ſanguineo egregia eſt* Planta, *maximè ſi paululum uſtuletur*, *optimè omnia* Lapatha *in ſubſtantia uſurpantur*, *in Diarrhæa*, *& Dyſenteria conducit*. Boerh. Radix *digerit*, *abſtergit*, *provocat*, *mundat*, *aperit*: *bilem flavam*, *& humores ſeroſos educit*, *auriginem ſanat*, *renum calculos pellit &c.* Succus *ejus ſcabiem*, *alphos*, *lentigines*, *& alias cutis infectiones exterit*. *Modum utendi hic non adſcribimus*, *eum norunt Practici*. *Qui verò* Rhabarbaro *ſubſtituunt*, *duplici doſi utuntur*. *Nec mirum hujus* Lapathi Radici *vim purgandi à Recentioribus tribui*, *cùm* Dioſcorides *ipſe omnium* Ramicum *Olus decoctum alvum mollire*, *& Radices ex Vino coctas auriginem ſanare*, *teſtetur*. *Hujus autem* Folia *in Oleribus eduntur ad emolliendum alvum*. *Vid.* Jo. Bauh., *&* Chabr.

LAPATHUM AQUATICUM, FOLIO CUBITALI.
C. B. P. 116. *Vid. Icon.* 7. *Tab. LVII.*

LApathum aquaticum, folio cubitali. *C. B. P.* 116. *M. H.* 2. 579. *Hydrolapathum*, *majus*. *Lugd.* 604. *Lapathum maximum*, *aquaticum*, *ſive Hydrolapathum*. *J. B.* 2. 986. *Lapathum ſativum*. *Dod. p.* 648. *Lapathum paluſtre*. *Taber. Ic.* 437. Huic majori *Lapatho aquatico Radix* magis in fibras deducta eſt, quàm vel *Oxylapatho*, vel *Hippolapatho radice* foris nigra, intus buxea, cum notabili aſtrictione amaricante. *Caules* hujus ſurgunt ad cubitos duos, aliquando altius multo, *Floribus*, involucris *Seminum*, & *Seminibus*, imo & foliis *Lapatho acuto* ſimile eſt, niſi quod hujus *Folia* magis ſint acuta, illius autem non tam acuta, longitudine cubitali, & ſeſquicubitali, item læviora minuſque rugoſa, leviter criſpatis oris aliquando prædita, ſubacida, & ſtrenue aſtringentia. *Naſcitur aquoſis*, *paluſtribus*, *& ſtagnantibus locis*, *ac foſſis humidioribus*.

Vires, & Uſus.

Radix *craſſa*, *crocea lenit alvum*. *Ictericiam diſcutit*. Folia *Podagricis calidis*, *& ulceribus utiliter imponuntur fluentibus*. Schvvenkf.

ACETOSA PRATENSIS. *C. B. P.* 114.
Vid. Icon. 1. *Tab. LVIII.*

ACetoſa *ab acetoſo foliorum ſapore*. Oxalis *dicitur* Græcis, Ὀξαλις, λάπαθον.

ACetoſa pratenſis. *C. B. P.* 114. *M. H.* 2. 582. *Oxalis vulgaris*, *folio longo*. *J. B.* 2. 990. *Acetoſa*. *Brunſf. Acetoſa major*. *Caſt. Col. Acetoſa vulgaris*. *Park. Oxalis*. *Trag. Matth. Fuch. Dod. Adv. Lob. Taber. Ger. Oxalis major*. *Thal. Lugd. Oxalis*, *ſive Acetoſa*. *Ger. Caules* promit hæc *Acetoſa* cubito altiores, ſtriatos, concavos, in multas alas diviſos: *Folia Biſtortæ* foliis minora, acuminata, quà pediculi adhærent, mucronata pinnatave, ſucculenta, atrovirentia, ſapore acido: *Flores* fert herbaceos, involucral, & *Semina Lapathi acuti*: *Radix* fibroſa, lutea, ſtrenue ſiccante, & aſtringente ſapore. *Ubique in Pratis*, *& Sylvis humidis quolibet Æſtatis tempore vigere obſervamus*. *Floret Æſtate*, *& verſus ejuſdem finem ſemina perficit*.

Temperamentum, & Vires.

Recentiores Acetoſam *ſtatuunt eſſe frigidam*, *& ſiccam in ſecundo gradu*, *inquit* Fuchſius. *Digerit*, *aperit*, *incidit*, *inquit* Svvenckfeldius. *Uſus hujus* Plantæ *eſt maximus in Medicinâ*, *& præſtantior* Lapathis, *ejus ſapor eſt acidus*; *Si* Succus *expreſſus*, *coctus bene depuratus*, *& inſpiſſatus in loco ſubterraneo reponatur*, *oritur ſal acidus*, *ſtimulans*, *& purgans*, *qui adſtringit*, *& roborat*, *& in omni morbo*, *ubi febris ardens*, *putrida*, *& continua adeſt*, *convenit*; Folia *vel* Radices *decoctæ in Sero Lactis recentis optimæ ſunt contra omnes morbos lentos in genere*, *ubi nimia eſt acerbitas in putredinem tendens*, *ejus* Conſerva, Syrupus, *&* Aqua *ſunt in uſu*, *nulla planta felicius corpus purgat à fæcibus hyberno tempore collectis*; *ejus* Folia *ad manipulum unum in pinta una Seri Lacti decocta*, *& refrigerata*, *eſt optimum Medicamentum menſe Aprili*: *denique primaria ejus vis eſt in ſcorbuto expugnando*, *ſi ſcilicet hæc planta recens comedatur*, *vel ejus* Succus *potetur*, *fætidum anhelitum*, *dentium vacillationem*, *& gingivarum putredinem arcet*: *optima eſt* Herba *in omnibus*, *ubi ſanguis eſt nimis fluidus*, *vaſa laxa*. *Ii*, *qui in Phtiſin proni ſunt*, *& in ſputum ſanguinis incidunt*, *ſi* Succum *hunc aſſumant*, *egregiè curantur*. *Externè etiam adhibetur*, *nam in ſordidis ulceribus convenit*, Folia *cum Butyro inſulſo*, *& contuſa*, *& anthracibus in gangrænam tendentibus impoſita*, *ſummi ſunt uſus*, *decocta adhuc melius præſtant*; *hæc* Herba *appetitum excitat*, *& ſitim ſedat*, *hinc conducit in febribus*. Boerh. Semen *additur Medicamentis cordialibus*. *Æſtivis menſibus* Acetoſa *ciborum multorum utile eſt condimentum*, *& palato gratum*. Moriſ.

ACETOSA OCYMI FOLIO, NEAPOLITANA.
C. B. P. 114. *Vid. Icon.* 2. *Tab. LVIII.*

ACetoſa Ocymi folio, Neapolitana. *C. B. P.* 114. *Acetoſa Ocymi folio*, βȣκεφαλήφορ☉. *Col.* 1. 150. *M. H.* 2. 584. Præter *foliorum* differentiam, quæ huic *Ocymi* modo ſunt ſeſquiunciam lata, carnoſa, ovali figura, petiolo longo hærentia, veluti nitroſo pulvere abſita, acido ſapore, ut in congeneribus, *Cauli* hærentia alternatim, ex quorum ſinubus alæ ſurgunt, minoribus eodem modo foliis veſtitæ, in quarum & caulis ſummo, in ſpicam, ut in aliis, *flores* emicant, congeſti, parvi, herbidi, luteſcentes, muſcoſi, ac etiam circa ſumma folia hærentes foliolis quibuſdam parvis, quinis pro calyce: quibus *fructus* ſuccedunt foliacei, ut in aliis, ſed huic miro naturæ artificio Bubulinum caput exprimentes, nam collo cauli hærent, & inde ad capitis extrema veluti cornua parum inter ſe curva, paulo inferius vero, ac veluti è regione oculorum, aures veluti apparent utrinque, & ſupercilia, & ab his reliquum dependens capitis totius Iconem exprimens: caules plures ab Radice exeunt, aliquando pedales, aut majores, parum anguloſi, ac veluti ſtriati: *Radix* tenuis reſpectu plantæ in ſumma tellure hærens. Totius plantæ ſapor acidus nomen indicat, ut in congeneribus. *Frequentiſſima eſt hæc* Neapoli *in ſepibus*, *ac tenuibus locis &c.* *Autumni fine exit ſponte locis ſupradictis*, *Vere caulem edit*, *Æſtate perficitur*.

Temperamentum, & Vires.

Dicitur βȣκεφαλήφορος *à* βȣ̃ς *bos*, *&* κεφαλὴ *caput*, *quæ ſpecies vires* Lapathi *habet*, *niſi quod ſimul acidum accedat*; *& hinc plus adhuc putredini reſiſtunt hæ* Plantæ, *ideo magis conveniunt*, *quam præcedentes in omnibus morbis*, *ubi nimia ſanguinis iſchoroſitas adeſt*. Folia *cum Vino contuſo optima ad dentes vacillantes in ſcorbuto lavandos*; *Aqua ejus diſtillata*, *Sal*, *& Spiritus nullius ſunt uſus*. Boerh.

BISTORTA MAJOR. *Cluſ. Hiſt.* 69.
Vid. Icon. 3. *Tab. LVIII.*

BIſtorta *vocatur*, *quia radix in varios gyros torta eſt*.

BIſtorta major. *Cluſ. Hiſt.* 69. *Biſtorta major, rugoſioribus foliis. J. B.* 3. 538. *Biſtorta. Dod. p.* 333. *Folia* hæc *Biſtorta major* in longiuſculis pediculis promit, oblonga, lata, & acuminata, *Lapathi* foliis ſimilia, verum venoſa, & ſuperne quidem virentia, inferius vero ex cæſio colore candicantia: inter quæ ex medio exeunt *Caules*, pede altiores, rotundi, minoribus aliquot foliis circumveſtiti: *Spica* in faſtigio exiguis *Floſculis* è dilutiore rubore purpuraſcente ornatur: floribus ſingulis fatiſcentibus ſuccedunt ſingula *Semina* triangularia, ſplendentia veluti *Oxalidis*: *Radix* tuberoſa, craſſa, oblongior, geniculata, nonnunquam retorta, multis fibris capillata, foris nigricans, interiore vero pulpa non intenſe rubeſcens, guſtu aſtringens. *Fuchſius* duas hujus ſpecies facit, unam foliis rugoſioribus, aliam lævioribus, hanc radice magis in ſe contorta, & majore, illam vero radice majore, ſed minus complicata multoque fibroſa. *Reperitur autem vulgò* Biſtorta *in locis humentibus, & opacis Sylvis, pingui, ac lutoſo ſolo.* Matthiolus *in Montibus naſci refert. In Hortis etiam fæliciter adoleſcit, radiceque eſt perenni.*

Temperamentum, & Vires.

Facultate Biſtorta *frigida eſt, & cum reſiccatione valde aſtringens:* Radix *menſes, undiquaque ſanguinem profluentem ſupprimit, alvumque ſiſtit, vomitum compeſcit: dyſenteriis medetur, quovis modo aſſumpta tonſillarum, faucium, & oris inflammationibus ſuccurrit; gingivas firmat* Decocto, *aut* Succo *ejus ore colluto. Idem poſſunt* Folia, & Semina, *ſed minus efficaciter.* Pulvis Radicis Biſtortæ *cum Conſerva Roſarum uſurpatus, egregie compeſcit ſanguinis ſputum, dyſenteriam aliaſque defluxiones, menſes, urinas ſiſtit. Poteſt idem ex ſucco Cydoniorum bibi. Abortum prohibet* Pulveris *drach. ſemis cum pari Pulveris Succini portione ex Ovo ſorbilli diebus aliquot continuis uſurpata. Vid.* Moriſ., & Boerh.

PERSICARIA MITIS. *J. B.* 3. 779.
Vid. Icon. 4. *Tab. LVIII.*

PErſicaria, *à ſimilitudine foliorum* Perſicæ, *hæc vel mitis acidave ſapore, vel acris eſt, illa foliis maculoſis, vel iis carentibus.*

PErſicaria mitis. *J. B.* 3. 779. *Ad. Lob. Perſicaria mitis, non maculoſa, & maculoſa. C. B. P.* 101. *M. H.* 2. 588. *Perſicaria. Fuch. Dod. Lugd. Foliorum*, quæ habet illa cum *Perſicæ* arboris foliis ſimilitudo nomen apud *Latinos* fecit: ſunt enim illis ſimilia, oblonga, acuminata, ſimilique venarum decurſu prædita, ſubhirſuta, & interdum lividâ maculâ notata, unde maculoſæ cognomen, ſapore aſtringente acerbo; *Caules* teretes, rubentes, ramoſi, geniculati; *Flores* in ſpicis, ſeu racemulis *Biſtortæ* ſimiles, colore purpuraſcente, vel albo: *Foliis* aliquando *maculas* nigras in medio habentibus, aliquando iis carentibus: *Semen* fuſcum, latum, rubrum, & ſplendens: *Radix* tenuis, obliqua, lignoſa, & fractu contumax. *In humidis, & ſimilibus locis reperitur: Julioque, & Auguſto potiſſimum floret.*

Temperamentum, & Vires.

Perſicaria *mitis non maculata, & maculata temperiem frigidam habet, & nonnihil ſiccam, inflammationibus incipientibus, & recentibus vulneribus fertur prodeſſe impoſita.* Moriſ. Perſicaria mitis non maculoſa *à* Boyleo *eſt commendatiſſima, ut* Planta *ad calculum frangendum incomparabilis; ſic erat in* Anglia *vir quidam, qui omnes à calculo curabat, ille uſum hujus* Herbæ *ejuſque* Succi *habuit pro ſuo Arcano, & inde curavit Nephriticos; ex* Herba *contuſa* Aqua *deſtillata etiam utebatur; ſed abſque ullo ſucceſſu hoc etiam tentavi;* Folia *decocta conducunt in diarrhæa, dyſenteria, & in omnibus morbis cutaneis. Cum* Paracelſus *videret in* Perſicaria mitis non maculoſa, & maculoſa, *dicebat, hoc maximè conducere in vulneribus, ſi dorſo equi imponantur, nunquam ab ephippio atteretur. Hæc* Planta *eſt aſtringens, vulneraria, febrifuga, convenit in ſputo ſanguineo, fluxu nimio hæmorrhoidum, menſtruorum, in fluxu albo,* Folia *contuſa in hæmorrhagiis narium externè conveniunt, inquit* Boerh.

HYDROPIPERI. *Dod. p.* 607. *Vid. Icon.* 5. *Tab. LVIII.*

HYdropiper ὑδροπέπερι Dioſcoridi *l.* 2. *c.* 191. *id eſt, aquaticum* Piper *à loco, & ſapore nomen habet.*

HYdropiperi. *Dod. p.* 607. *Fuch. Matth. Lugd. Ger. Perſicaria urens, ſeu Hydropiper. C. B. P.* 101. *Perſicaria acris, ſive Hydropiper. J. B.* 3. 780. *Radix*, & *Folia Perſicariæ* perſimilia: *Flores* in rarioribus ſpicis albi, vel rubri diſpoſiti: *Semen* latiuſculum, tumidum, nigricans: Sapor verò non, ut ſuperiorum, acerbus, & aſtringens, ſed acris, & fervidi guſtus, *Piperis* inſtar tum folia, tum ſemina ſi guſtentur. *In aquoſis, & humidis provenit*: ὑδροπίπερι, *Dioſcorides* inquit, *Caulem* edit geniculatum, ac ſolidum, circa quem alarum ſunt concavitates, ac folia *Menthæ* ſimilia, ſed majora, delicatiora candidioraque, guſtu acria, *Piperis* modo, citra tamen ullam odoris gratiam: *Fructum* vero gerit in ſurculis parvis prope folia erumpentem, & racematim cohærentem, qui & ipſe acris eſt. *Naſcitur locis paluſtribus, in foſſis, & ſcrobibus, hybernis menſibus aquas habentibus, & juxta ſtagnantes aquas: Julioque, & Auguſto potiſſimum floret.*

Temperamentum, & Vires.

Facultatem habet evidenter calidam, & ſiccam, non tamen, Dodonæo *teſte, uti* Galenus *affirmat, tam calidam, quam* Piper. *Eſt* Planta *urentiſſima, & maſticata fulminis inſtar quaſi ictu linguam tangit: ſi* Folia *contrita cuti imponantur, inflammant, & exulcerant inſtar eſcharotici, ulcera detergit, & depurat, ſi aliis temperetur, calefaciens eſt, ob nimiam ſuam acrimoniam temperatur paſſulis, tum conducit in hydrope, ictero, & omnibus obſtructionibus viſcerum: in Chirurgicis eſt optimum Medicamentum ad tumores ædematoſos diſſipandos, ſi* Folia *decocta fomenti inſtar calidè applicentur.* Boerh. Aqua *hujus ſtillatitia efficax eſt ad comminuendum calculum etiam veſicæ; teſte* Moriſ.

POLYGONUM LATIFOLIUM. *C. B. P.* 281.
Vid. Icon. 6. *Tab. LVIII.*

POlygonum *à vocibus* Græcis πολυ multùm, & γονυ Genu: *quaſi diceres plantam multis geniculis interceptam.* Πολύγονον Dioſcoridi *l.* 4. *c.* 4. *Vocatur etiam* Centinodia *à* centum, & nodus, *quia multos nodos poſſidet*, Sanguinaria, *vel* Sanguinalis *à* ſanguine, *quia eſt planta optima ad ſanguinem ſiſtendum.*

POlygonum latifolium. *C. B. P.* 281. *M. H.* 2. 591. *Polygonum, ſive Centinodia. J. B.* 3. 374. *Polygonum Mas. Dod. p.* 113. *Matth. Fuch. Lugd. Polygonum Mas, vulgare, Sanguinaria, & Centumnodia. Ad. Lob. Ger. Polygonum* hoc Mas multis tenuibus, viticuloſis, oblongis procumbit *Cauliculis*: circa quos *Folia* virentia, longiora, & anguſtiora, quam *Hyperici*, aut *Rutæ Hipericoidis* cernuntur: *Floſculi* perexigui, pentapetali, albidi, aut ex purpura candicantes, aut rubentes è geniculis exeunt: quos collapſos ſequuntur *Semina* triangularia: *Radix* tenuis, longa, non abſque fibris, ſubinde candida, nonnullis locis ſubrubet. *Provenit locis incultis, vias ac ſemitas longe lateque, & radices murorum ſubinde occupat, etiam non raro juxta rivulos, item inter ſegetes frequenter.*

Temperamentum, & Vires.

Succus Polygoni *maris vulgaris epotas, ut ais* Dioſcorides, *ſpiſſat, ac refrigerat: cruentæ excreationi ſanguiniſque rejectioni prodeſt: item choleræ, & alvi fluoribus. Addit deinde & ſtranguria laborantibus prodeſſe, & urinam manifeſtò provocare, non tamen exacte, ut ait* Galenus, *diſcriminat in quo ipſum dari expediat. Auxiliatur vero* Succus, *& à Serpentibus demorſis cum Vino potus, & ad febrium circuitus, per horam ante acceſſionem ſumptus: Fœminarum profluvia ſiſtit: dolentibus auribus idem inſtillatus, & cum Melle coctus ad genitalium ulcera eximie facit.* Folia *autem contra ſtomachi ardorem, ſanguinis rejectiones: Herpetis, Eryſipelatis inflammationibus, ædematis, & vulneribus recentibus imponuntur; externè applicatur manuum carpis ad æſtus febriles tollendos. Vide cæteras apud* Jo. Bauh. Sim. Paul., & Boerh. *ubi diffuſius reperiri poſſunt.*

FAGOPYRUM VULGARE, ERECTUM. *T.* 511.
Vid. Icon. 7. *Tab. LVIII.*

FAgopyrum *à vocibus* Græcis φηγὸς, & πυρὸς, *quòd* Fagineam *glandem formâ triquetrâ, ut ait* Caſp. Bauh.

Plin.

Plin. 27., *& colore ſordido, quodam modo referat. Nominatur etiam* Frumentum Saracenicum, *quia hæc Planta olim apud* Saracenicos *magnâ copiâ creſcebat.*

FAgopyrum vulgare, erectum. *T.* 511. *Eryſimum Theophraſti, folio hederaceo. C. B. P.* 27. *Fagotriticum. J. B.* 2. 393. *Fegotricum. Dod. p.* 512. *Frumentum Saracenicum. Matth. Lugd.* 383. In frumentaceorum numero *Fagopyron*, vel *Fegopyron* eſſe videtur, ſubinde etiam cogente neceſſitate panis ex eo, aut cum eo conficitur: habet id *Culmos* læves, rotundos, ſtriatos, rubicundos, in plures alas diviſos: *Folia Hederæ* molliora minoraque ſenydæ proxima: *Flores* parvos, candidos, pentapetalos, racemoſos: *Semina* ſordido colore nigricantia, triangularia *Smilacis nigræ* ſimilia, ſed paululum majora: *Radicibus* nititur parvis, & fibroſis. *Naſcitur qualicunque ſolo, neque ullum quantumvis aridum macrumve reſpuit: gaudet imbribus, citoque provenit, celeriter matureſcit. Seritur Martio, & Aprili, ac Autumno poſt meſſem, pabuli cauſa.*

Temperamentum, & Vires.

Calefacit, & humectat, authore Matthiolo, *verùm non multùm à temperatis diſtat. Rura, cogente præſertim annonæ penuriâ, ex eo panes pinſunt, & pultem etiam non ingratam conficiunt. Ejus* Farina *cum Lacte ebutyrato cocta bonum in morbis dat nutrimentum; ſi* Farina *cum* Aquâ *decoquatur in craſſam ſubſtantiam habetur pro optimo antipyretico, & in inflammatione mammarum puerperarum egregii eſt uſus. Minùs autem nutrit* Fagopyrum, *quàm* Triticum, *aut* Secale, *ſed plùs quàm* Milium, *aut* Panicum. Herba *viridi priùs, quàm* Semen *maturuerit, Boves jumentaque paſcuntur.* Semine *Gallinaceum genus paſtum citiſſimè pingueſcit. Vid.* Chabr. Moriſ., *&* Boerh.

ATRIPLEX HORTENSIS, ALBA, *ſivè* PALLIDE VIRENS. *C. B. P.* 119. *Vid. Icon.* 8. *Tab LVIII.*

ATράφαξις παρὰ τὸ ἀ δρόως αὔξειν, *cum octavo die à ſatu prodeat* Theop. 7. *Hiſt.* 1. χρυσολάχανον, Olus aureum *à luteo flore, quem fert* Dioſc. *l.* 2. *c.* 145.

ATriplex hortenſis, alba, *ſivè* pallidè virens. *C B, P.* 119. *M. H.* 2. 606. *Atriplex alba, hortenſis. J B.* 2. 970. *Atriplex ſativa, alba. Lob. Atriplex alba. Geſn. Hort. Atriplex ſativa viridis. Cord. in Dioſc. Radice* nititur in altum deſcendente, fibris multis capillata, ex qua *Caulis* erigitur rectus, viridis, & albus, aliquando rubeſcens, inferiore parte rotundus, ſuperiore quadratus, ad quatuor cubitos excreſcens, multis undique adnatis ramulis: *Folia* prope caulem lata ſunt, ea denique in mucronem deſinentia, cum binis apendicibus pinnatis versùs pediculum *Sagittariarum* foliorum inſtar, pinguia, ſuccoſa, longa; in novella planta candicantia ſunt, per inde ac ſi farinâ aſperſa eſſent: quum adoleverint, colore ſunt ex luteo langueſcente, aliquando in aliis ſunt plane dilute viridia: in caulium ſummis *Flores* numeroſi coacervantur, muſcoſi, exigui, dein ſingulis floribus *Semen* unicum ſuccedit compreſſum, binis foliolis rotundis membranaceis incluſum. *Provenit in Hortis: Flores Julio, ſeu Auguſto menſibus. Semen Septembri maturatur.*

Temperamentum, & Vires.

Refrigerant 1. *humect.* 2. *leniunt dolorem. Uſus Officinalis præcipuè externus eſt Clyſteribus, ac Epithematibus paregoricis, v. g. antipodagricis, tum quoque lotionibus pedum ſomni cauſâ paratis.* Schrod.

ATRIPLEX MARITIMA, LACINIATA. *C. B. P.* 120. *Vid. Icon.* 9. *Tab. LVIII.*

Αλιμ@ Dioſcoridi *l.* 1. *c.* 121. *id eſt* Marinus, *ſeu* Maritimus, *eo quod in* Maritimis *proveniat.*

ATriplex Maritima, laciniata. *C. B. P.* 120. *Atriplex Maritima. J. B.* 2. 974. *Atriplex Marina. Dod. p* 615. *Matth. Lugd. Cam. Ger. Atriplex Marina repens, lutea, & Xerampelina. Adv. Lob. Atriplex Marina, repens. Park.* Hæc humi ſpargit *Caules* cubitales, numeroſos, ex craſſa ſatis *Radice* exortos, totos albicantes, per quos & *Folia* candicantia, ſinuata, *Pedis Anſerini* ſimilia: *Floſculi* per extrema ramulorum potiſſimum muſcoſi, racematim congeſti, & inter bina foliola rugoſa, ſeu aſpera, in dorſo aculeata, ſingulatim ſingula *Semina* continentur. *Reperitur Tergeſti ad Salinas in Maris litore &c.*

Temperamentum, & Vires.

Digerit, attenuat, liquat, à putredine vendicat, aperit, & abrodendo expurgat, humentem ventriculum exſiccat, hydropicos juvat, pingues extenuat. Camerar.

BONUS HENRICUS. *J B.* 2. 965. *Vid. Icon.* 10. *Tab. LVIII.*

TOta bona *dicitur hæc planta ob inſignes ejus dotes; eandemque etiam ob cauſam* Bonus Henricus, *ut contra pernitioſam quandam plantam* Malum Henricum *appellant.*

BOnus Henricus. *J B.* 2. 965. *Brunf. Trag. Matth. Taber. Ger. Chenopodium folio triangulo. T.* 506. *Blitum perenne, Spinachiæ facie. M. H.* 2. 599. *Lapathum unctuoſum, folio triangulo, ſive Bonus Henricus C. B. P.* 115. *Tota bona. Dod. p.* 651. *Lob. Thal. Tota bona Spinachiæ facie. Ad. Caules* edit complures, craſſos, folioſos, pedales, vel paulo altiores, cujus *Ramulis* ſurſum verſus herbacei, ramoſi adhærent *Floſculi*, ac deinde *Semina Bliti*, aut *Atriplicis* æmula: *Folia*, quæ longis innituntur pediculis, lata ſunt, & acuminata, formâ quodammodo foliorum *Ari*, ſed candida, & veluti farinâ reſperſa, craſſa: *Radix* in plures radiculas divaricatur, colore veluti *Oxylapathi*, interius lutea. *In incultis locis, ac ſæpenumero ruderatis, ſecus vias, veteres muros, & agrorum ſepimenta frequenter reperitur. Junio, ac Julio præcipue cum flore viget.*

Temperamentum, & Vires.

Folia *emolliunt, dolores ſopiunt, ſuppurationem matureſcunt; ob fætorem dicuntur prodeſſe ad paſſiones hyſtericas, ſi* Folia *primò maſticentur, ſentitur in os diffundi neſcio quid Balſami, vel ſi cruda, vel cocta in Conſervam redacta aſſumantur, omne acre mitificat, fibras rigidas arefactuſque laxat, Phtyſicis in jure* Folia *decocta proſunt, externè in Emplaſtris, & Cataplaſmatibus dolori ſopiendo dicatis adhibentur;* Folia *contuſa, & vulneribus impoſita ea conſolidant, ulcera ſordida depurant.* Radicis Succus *illitus ſcabiem ſanat, & cutis maculas extergit, præſertim ſi cum Aceto miſceatur. Vid.* Boerh., *&* Chabr.

CHENOPODIUM AMBROSOIDES, FOLIO SINUATO. *T.* 506. *Vid. Icon.* 1. *Tab. LIX.*

CHenopodium *vocatur à* χὴν χὴν χηνὸς Anſer, *&* πῦς Pes; *quia Folia pedem Anſerinum referunt.*

CHenopodium Ambroſoïdes, folio ſinuato. *T.* 506. *Botrys, Ambroſoïdes, vulgaris. C. B. P.* 138. *Botrys, Artemiſia Turcica. Eyſt. Atriplex, odorata, ſive ſuaveolens. M. H.* 2. 605. *Botrys. Dod. p.* 34. *Trag. Matth. Fuch. Tur. Ad. Lob. Lugd. Tab. Ger. Botrys altera Ambroſiæ ſpecies, cujus ſemen Amomum Officinarum quibuſdam. Cord. in Dioſc.* Hæc à *Floribus*, involucris, & *Seminibus* eſt *Atriplicis* ſpecies odora, etiamſi *Botrys* dicatur ab authoribus, ſed perperam, propter ſemina racematim provenientia, nam hoc convenit *Atriplicibus* ſupra deſcriptis, non minùs, quàm *Atriplici* odoræ tam noſtrati, quam Americanæ. Eſt enim *Herba* pede vix altior, recto & unico *Caule* aſſurgens, in nonnullos tamen *Ramulos* diffuſo, ac diſtributo: quos *Folia* utrinque laciniata, atque profundius inciſa, inſtar foliorum *Erigeri*, exornant: *Semen* in racemulos collectum, circa totos ſuperiores exit ramulos, more aliarum prædictarum *Atriplicum*: *Radix* in fibris abit. Tota *Herba* per maturitatem in viridi luteo langueſcit; colore aliquando rubente: odorata, & ſuaveolens eſt planta, & tota quaſi gummoſo lentore prædita, qui colligentium manus inficit: ante vero, quam adoleverit, & cum primum prodit, folia inferiore parte omnino rubent. *Naſcitur in* Italia, *&* Gallia *circa profluentes Aquas, & fontes: reperitur vero in ſabuloſis, ac aridis, in Olivetis quibuſdam: facillime in Hortis adoleſcit. Annua eſt planta ſub Autumni finem ſemina maturans.*

Temperamentum, & Vires.

Chenopodium Ambroſoides, ſive Atriplex odorata, ſeu Botrys aliis dicta, calida, & ſicca eſt ſecundo exceſſu: vim habet attenuandi, & aperiendi. Hæc eſt optima Planta contra convulſionem, epilepſiam puerorum, omniaque ſimilia mala; eſt vero Planta ſuaveolentiſſima, & penetrantiſſima, ſed tamen acris Botrys vocatur à βοτρυς racemus, quia Flores, & Semina inſtar racemi Uvarum ſunt congeſta, Ambroſoides, quia fundit odores ſimiles Ambroſio, ejus vis eſt commendatiſſima ad omnes capitis morbos à perturbatione ſpirituum ortos, unde in vertigine eſt optimum remedium; Succus ejus detur cum Saccharo, vel coquitur in Syrupum, eſt ſpecificum Medicamentum in morbis antedictis, ſi cum Vino, vel ſpiritu Vini ter, vel quater de die potetur, præſertim debilibus, atque genere nervoſo laborantibus; dicitur valere contra paſſionem hyſtericam, menſtrua provocanda, & fœtum expellendum. Vid. Dioſc. Paul. AEgineta, Moriſ. Boerh. &c.

CHENOPODIUM FOETIDUM. T. 506.
Vid. Icon. 2. Tab. LIX.

CHenopodium fœtidum ab odore fœtido Caninam, & Vulvariam, quia muliebria redolet, Cæſalpinus. Atriplicem caninam, Tragus, & alii, quia eam ex urina Canum naſci putant. Garſomon nonnulli, quòd Garum, ſive liquamen Piſcium redoleat.

CHenopodium fœtidum. T. 506. Vulvaria. Lugd. 543. Tabern Garſomon. Dod. p. 616. Atriplex fœtida. C. B P. 119. M. H. 2. 605. J. B 2. 974. Admodum fœtida hæc Atriplicis ſpecies, corrupta putridaque ſalſamenta, ac fœtens horum jus graviſſimo moleſtoque odore, longe ſuperat, imo putidos Meretricum loculos olet: exiguis procumbit Cauliculis, circa quos Foliola colore formaque Atriplicis, ſed minora multo potius Ocymi, omnia tamen exigua, & farina quaſi obducta: Floſculi puſilli, muſcoſi, lutei: Semen minutum, nigrum, involucris ſuis membranaceis tectum, racematim proveniens veluti Sylveſtris Atriplicis, ſed multo minus: Radix tenuis, fibrillis nonnullis capillatur. Eſt in Nitiobrigum agro aliiſque locis quamplurimis neglectis herbula Atriplici veræ accenſenda, ſecus vias frequentiſſima, tenera, parvula, humi cauliculis procumbens: Folia candore micantia Ocymi forma, & quaſi polline interſperſa. Hanc notiſſimam fecit odor ingratus, teterrimus, & fere infamem: odoratu namque Hircum olet teter ſpiritus exhaleans opplet nares, quo imbuti, queruntur permulti, imo omnes, qui eandem olfecerint, aut tantum pedibus proculcaverint, ſe Meretricum impuros loculos ſubodoratos eſſe: planeque referre odorem illum viroſum, quem proſtitutæ libidinis ſcorta ex impura colluvie congeſta ſpirant, unde vulgò Vulvariam, Futinariam dictitant, atque autumant. Hæc tetri odoris herba illitas veſtium Muliebrium plicas canes excitat, atque arecto veretro veneris æſtu actos, illas amplexas cupere mire, præſertim in Templis, ubi tetrius odor ille ingratus ſpirat, & minus difflatur. Hæc ex Lobellio. Locis incultis juxta ſemitas naſci gaudet, & in Hortis, ſemel ad Hortos translata diutine recurrit: Annua eſt: florens AEſtate media.

Temperamentum, & Vires.

Ex utero laborantibus gravitate odoris prodeſſe prodeſt, ut teſtatur Dodonæus; nam uti Hippocrates ait, cum uterus ſtrangularit ad nares graveolentia adhibenda; Fœminis ſtrangulatu uteri oppreſſis conferre obſervatur quotidiana experientia, maxime ſi umbilico imponatur. Moriſ.

CHENOPODIO MORUS, MAJOR. Boerh. 2. 91.
Vid. Icon 3. Tab. LIX.

CHenopodio-Morus vocatur, quia habitus eſt Chenopodii, fructus verò Mori.

CHenopodio-Morus, major. Boerh. 2. 91. Atriplex fructu, ſeu Fragifera major. M. H. 2. 606. Spinachia fragifera. Aldin. Hort. Farneſ. 85. Eſt autem Folio potius Spinachiæ: Flos eſt ſpectabilis, ex multis petalis herbaceis, & muſcoſis coacervatus in alis ſuperioribus prope foliorum exortum adhærens: florem evanidum ſequitur Fructus Fragariæ inſtar, aut Mori, ex multis arillis Seminibuſque pellicula rubra tectus Fragum rubrum perbelle repræſentans, elegantis rubicundiſſimi coloris, ſapore eſt quidem herbaceo, nec omnino ingrato quamvis inſipido, non dulci ut Fraga. Colitur in Hortis. Floret Junio, ac Julio.

Vires.

Folia ſunt emollientia, ut Atriplicis ſpecies: Fructus ignavi, fatui, & inſipidi guſtus. Moriſ. Hic Fructus refrigerat. Vid. Boerh.

BLITUM MAJUS, ALBUM. C. B. P. 118.
Vid. Icon. 4. Tab. LIX.

BLitum quaſi βλητον rejiciendum, ob vilitatem tanquam Olus inſipidum.

BLitum majus, album. C. B. P. 118. Lugd. Ad. Lob. M. H. 2. 599. Blitum, pulchrum, album, magnum. J. B. 2. 967. Blitum majus. Dod. p. 617. Blitum album. Matth. Blitum ſativum, album. Geſn. Hort. Ad duos, aut tres pedes attollitur: Caulis ejus rotundus, geniculatus, qui in alas non paucas diſtribuitur: Folia ſunt lata, acuminata veluti Atriplicis, ſed virentiora, leviter albicantia, glabra: Floſculi in ſummis ramulis ſpicatim proveniunt herbacei: Semina lævibus membranis incluſa, in ſummis itidem ramulorum faſtigiis racemoſa; Radix multiplicibus fibris deorſum demittitur. Floret verſus Autumnum.

BLITUM MAJUS, RUBRUM. C. B. P. 118.
Vid. Icon. 5. Tab. LIX.

BLitum majus, rubrum. C. B. P. 118. M. H. 2. 599. Matth. Ad. Lob. Cam. Cæſ. Blitum, pulchrum, rectum, magnum, rubrum. J. B. 2. 966. Blitum, rubens. Dod. p. 617. Facile adoleſcit hoc magnum rubrum, Radice eſt pollicari, fatuâ, ut tota planta, Caule fiſtuloſò intus extraque ſanguineo rubore perfuſo, concoloremque Succum preſſo remittente: Folia Betaceis minora, magis rugoſa, quà cœlum ſpectant è rubro nigreſcunt, in ſupina parte hilarius rubent: Floſculi muſcoſi ſecundùm caulem apiculis pallidis conſtant: Semen Atriplicis Sylveſtris, vel Amaranthi, nigrum, nitens. Una cum Atriplicum ſpeciebus viget, & floret.

Temperamentum, & Vires.

Vires ſunt eædem, ac in Atriplici, Chenopodia, & Spinachia, eſt Planta in Culinis valde uſitata, ejus vires ſunt emollientes, refrigerantes, & humectantes, in dyſenteria, & ſputo ſanguineo eſt Planta optima. Boerh.

PARIETARIA OFFICINARUM, ET DIOSCORIDIS. C. B. P. 121. Vid. Icon. 6. Tab. LIX.

PArietaria, quod in parietinis exeat: unde Muralis herba Cæſ. l. 2. c. 33. Ελξίνη Dioſcoridi l. 4. c. 86. à ſemine aſpero veſtibus tenaciter adhærente, περδίκιον Galeno 6. ſimpl., quod perdices hac delectentur. Plin. l. 22. c. 17. Helxine, & Perdicium. Sunt qui Vitriariam, & Urceolariam vocent, quòd tergendis urceolis vaſiſque vitreis peridonea ſit.

PArietaria Officinarum, & Dioſcoridis. C. B. P. 121. M. H. 2. 600. Parietaria. J. B. 2. 976. Dod. p. 102. Tab. Ger. Chabr. Helxine. Matth. Fuch. Cam Lugd. (cui & Urciolaris, ſicut & Scribonio), & Ad. Lob. (cui & Vitriola, ſeu Perdicium) Cæſ. Caulibus eſt hirſutis, ramoſis donata: Folia habet Mercurialis forma, & figura, hirſuta, atrovirentia, & aliquando nitentia, per ſiccitatem ſaltem; Floſculos confertim circa caules ex foliorum alis floccos coccinei coloris imitantes, primulum è nodulo emicantes; poſt ſe Stamina oſtendunt, Apiculis obſcure ex albo purpuraſcentibus involuta, quæ ſi ſtylo evolvere coneris, ſubſultim excuſſo pulvere, cum impetu, ſpectaculo jucundo, ſe expandunt repanda, in medio Seminis rudimentum circumdantia: Radix fibroſa Naſcitur juxta muros, parietes, ſepeſve, in ruderibus plurimum, & ſubinde in Vinetis, ac ipſis murorum ri frequentiſſime. In Hortis etiam planta ita provenit inde vix abigi poſſit. Majo menſe exit, Julio, & Au ſto ſemen profert: radix Hyeme ſola reſtat.

Tem-

Temperamentum, & Vires.

Vim habent Folia Parietaria, *ſive* Helxines *refrigerantem, auctore* Dioſcoride, *& aſtringentem, quare impoſita ſanant ignes ſacros, condylomata, ambuſta, panos incipientes, omnes inflammationes, ac tumores.* Succus *ejus Ceruſsâ admixtâ illitus eryſipelata & herpetes ſanat, & podagras cerato Cyprino, aut Adipe Hircino exceptus: Prodeſt & tuſſi diuturnæ* Succus *cyathi menſura hauſtus. Tonſilis quoque inflammatis utiliter gargarizatur, & illinitur, aurium dolori cum roſaceo inſtillata prodeſt. Stillatitia ejus* Aqua, *faciem abſtergit, & nitorem addit. Recentiores trium unciarum pondere* Succum *epotum remorantem urinam citò provocare ajunt:* Herbæ Folia *inſtar Cataplaſmatis cum Oleo, & Amygdalis dulcibus permixta pubi, & dolentibus locis impoſita, calculoſis, & urinæ difficultate laborantibus, præſidio ſunt. Sunt qui* Folia *cum Vino, & quidem Cretico permiſceant; ſed cum Oleo Amygdalarum dulcium citius dolorem ſedant. Eadem nonnihil contuſa, & confricata recenti vulneri impoſita, & ſanguinem ſuppriment, & vulnus ipſum glutinant, & ſi triduo non permutata, ſanant. Teſte* Moriſ.

ALCHIMILLA VULGARIS. *C. B. P.* 319.
Vid. Icon. 7. *Tab. LIX.*

Alchimilla, *quod* Alchimiſtarum *præconiis celebrata ſit.* Pes Leonis *à forma foliorum. Nominant etiam* Stella, *vel* Stellaria, *quia flores, & folia aliquantulum in* Stellam *ſunt diſpoſita.*

Alchimilla vulgaris. *C. B. P.* 319. *Cluſ. H.* 108. *Cam. Hort. Alchimilla Eyſt. Dod.* p. 140. *Ad. Lob. Tabern. Ger. Alchimilla perennis, viridis, major, foliis ex luteo vireſcentibus. M. H.* 2. 195. *Pes Leonis, ſive Alchimilla. J. B.* 2. 598. *Alchimilla major vulgaris. Park. Stellaria. Matth. Lugd. Caſt. Leontopodium. Brunf. Droſera, & Droſium,* Ψιλώθρον *à rore foliis inſidente. Cord. in Hiſt.* Hæc major *Alchimilla* ex *Radice* minimi digiti magnitudine, aut pollicari craſſitudine plurimis fibris donata, ſtrenue aſtringente, ac deſiccante provenit: *Caules* ſurgunt aliquot tenues, teretes, hirſuti, ramoſi, dodrantales, & pedales, quibus inſident *Floſculi* herbacei, umbellatim congeſti, quorum ſinguli octonis conſtant *petalis* majoribus, totidem minoribus, alternatim poſitis, in quorum medio *apiculi* lutei: *Semen* minutum, luteum, ſemini *Papaverino* ſimile; *Folia* alia majora ſtatim à radice oriuntur, longis pediculis, ſeſquipalmaribus, hirſutis; alia mino a cauli pediculo brevi, aut nullo adhærent; interceptáque folii continuitate reliquum pediculi ambiunt, ut ab eo perforentur: cæterum folio *Malvæ* accedit, folium inquam ex luteo-vireſcens, infra hirſutum, in octo, aut novem angulos obtuſos, ſeu plicas diviſum habet, ſingulis nervis à pediculo prodeuntibus in ſingulos angulos, concinne in ambitu crenatos. *Collium, & Montium amans eſt, imo deſcendit ad Prata, in quibus felicitur provenit. Majo, & Junio flores emicant herbidi, cum apicibus luteis: Julio, & Auguſto perficiunt ſemina.*

Temperamentum, & Vires.

Folia, *&* Radix Alchimillæ majoris *adſtrictionem vehementem participant, exſiccant enim: aptiſſima vulneribus glutinandis, vulnera ejus* Decocto *utiliter lavantur, linteum in eo madefactum commode illis imponitur. Mulierum mammas impenſe laxat, linteum ejuſdem* Decocto *intinctum, & impoſitum dura ſolidaque efficit.* Decoctum *ejuſdem epotum interanea vulnera rupturaſque glutinat, & quod dictu mirum eſt, tota ejus* Plantæ *in glutinando vis eſt, ut ramices inteſtinorum, in pueris potiſſimum, ſanare poſſit.* Herba *ipſa, &* Radix *in vulnerariis potionibus adjunguntur* Pulveribus Emplaſticis, *&* Unguentis, *ſiſtit alba mulierum profluvia, facitque ad conceptionem, ſuperfluas humiditates exſiccando. Datur ejus* Pulvis *ex Vino, aut jure, cochlearis menſura,* 15., *aut* 20. *diebus, mulieribus, quibus adempta concipiendi facultas, à nimia uteri humiditate, ob quam injectum ſemen contineri non poteſt. Vid.* Moriſ., & Boerh.

PERCEPIER. *Rai. Syn.* 23.
Vid. Icon. 8. *Tab. LIX.*

Percepier *eſt* vox Anglica, *ob fortes radices, quia petras penetrat, & creſcit in rupibus, & tum putant petras in corpore frangere, ut de cæteris* Saxifragis *dicitur, ſed tamen habet amatorem, & vim penetrabilem, unde olim in* Anglia *frequens fuit ejus uſus ad calculos, plus, ſanguinemque ex renibus, & veſica educendos.*

Percepier. *Rai. Syn.* 23. *Percepier Anglorum, Quibuſdam. J. B.* 3. 2. 74. *Alchimilla, montana, minima. C. l.* 1. 146. *T.* 508. *Alchibilla annua, minima, hirſuta, foliis infernè albicantibus. M. H.* 2. 195. *Chærophyllo nonnihil ſimilis. C. B. P.* 152. *Percepier Anglorum, ſeu Polygonum Selinoides. Park. Percepier Anglorum. Lobel. Ger.* Caulis parvi, tenues, rotundi, villoſi, *Folia* obrotunda in tribus partibus inciſa, *Geranium* referentia, ſed minora; *Flores* ex alis foliorum, quatuor ſtaminibus donati; *Semina* in ſingulis utriculis à calice facta ſingularia; *Radix* parva, lignoſa, fibroſa, & nigra: *Hæc Planta creſcit in Pratis, & Montibus.*

Temperamentum, & Vires.

Hæc Planta *eſt aperiens, urinam excitat, menſtrua retenta provocat, conducit in Scorbuto.* Boerh.

KALI MAJUS, COCHLEATO SEMINE. *C. B. P.* 289.
Vid. Icon. 9. *Tab. LIX.*

Kali *eſt nomen* Aſiaticum, *quod denotat* Plantam Maritimam, *ſed jam per totam* Europam *eſt diſperſa.*

Kali majus, cochleato ſemine. *C. B. P.* 289. *M. H.* 2. 609. *Cali vulgare. J. B.* 3. 702. *Kali. Dod.* p. 81. *Matth. Kali, dictum Raj. Mtth.* 24. *Kali magnum. Penæ. Lugd. Soda, Kali magnum, Sedi medii folio, ſemine cochleato. Lob.* Fruticat *Caule* cubitali, & ſeſquicubitali, ramoſo, *Portulacæ* concolore. *Foliis* denſis, anguſtis, *Sempervivi medii*, ſive *minoris teretefolii* duplo longioribus, acutioribus, inter quæ *Semina Limacem* puſillam imitantia, colore fuſco, folliculis *Malvæ* ritu occluſa. Minus obvia hæc Septentrionalibus, imo nuſpiam fere. Illius copia per initium Autumni coacervatur, metæ inſtar ſuper ſcrobe, cui ligna defluit, ubi cogitur in glebam coloris nigricantis, & cinerei, quod *Kali*, & *Alkali*, ſicut & herbam ipſam nominant. *Galli Soude* vocant ad Vitrum conficiendum, quod in *Italiam*, & *Septentrionem* ex *Gallia Narbonenſi*, & *Aquitania defertur. Notior eſt in* Maritimis Galliæ Narbonenſis, *ubi tum ſponte, tum ſata, Campos maritimos frequenti caulium rubentium operit purpurâ.*

Temperamentum, & Vires.

Kali *calidum, & ſiccum eſt, ſiccior vero, & calidior ipſius cinis, qui ad quartum qualitatis utriuſque gradum accedit. Urendi hic, & cauſticam vim habet, colliqueſcunt hoc contriti lapides in materiam Vitreis vaſis conficiendis, & conflandis diſſolvuntur. Intra corpus exigua* Herbæ *hujus quantitas aſſumpta non modò urinas, ſed & menſes potenter evocat: fœtum tam vivum, quam mortuum ejicit: aquoſos per alvum humores ducit, & hydropicos purgat. Major quantitas pernicioſa eſt imò exitialis. Fugantur hujus* Herbæ *dum uritur, & odore, & fumo ſerpentes. Miſcetur vero cinis & iis, quæ ad ſcabiem, & cutis fœditatem faciunt Medicamentis: ſuperfluam, ac excreſcentem in malignis ulceribus carnem facile adimit, ut* Avicenna, *&* Serapio *referunt.* Flos Chriſtalli, *ſive ut vulgo* Axungia vitri, *inſigniter reſiccat, ſcabiem cutiſque fœditates facile tollit, ſi* Aquâ, *in qua decoctus potius infuſus, partes infectæ crebrius foveantur, & laventur. Vid.* Moriſ., & Boerh.

SALICORNIA. *Dod.* p. 82. *Vid. Icon.* 10.
Tab. LIX.

Salicornia *vocatur à* Sale, *quia eſt planta valde ſalſa.*

Salicornia. *Dod.* p. 82. *Salicornia, geniculata, annua. T. Cor.* 51. *Kali, geniculatum, majus. C. B. P.* 289. *M. H.* 2. 611. *Cali geniculatum, ſive Salicornia. J. B.* 3. 704. *Rami* lignoſi, ſemper virides, multis nodis inſtructi; *Habitus* aphyllus, teres, ſucculentus, aizoïdeus, ſquamis pyxidatim articulatis conſtans; *Flos* apetalus, nudus, ex commiſſuris ſquamarum naſcens; *Fructus* eſt veſicula monoſpermos. *Creſcit circa* Mare Mediterraneum.

Tem-

Temperamentum, & Vires.

Folia *decocta ſunt valde aperientia; urinam movent, menſtrua retenta provocant, partum accelerant, fœtum, & ſecundinas expellunt, humores aquoſos purgant, hinc conducit in hydrope; ejus cineres adhibentur ad Saponem, & vitria conficienda, proſunt in ſcabie, & omnibus cutaneis morbis, ſi Aquæ infundantur, & partes affectæ inde laventur.* *Vid.* Jo. Bauh. Moriſ., & Boerh.

DISTRIBUTIO XXXII.

PLANTAE APETALAE, FLORE FRUCTUI CONTIGUO, ENANGIOSPERMAE.

Beta candida; Beta rubra, vulgaris, nigra dicta; Beta rubra, radice Rapæ; Aſarum vulgare, rotundifolium; Aſarum Cyclaminis folio, Virginianum, *ſive* Serpentaria major Officinarum; Chryſoplenium foliis amplioribus, auriculatis; Herniaria glabra; Amaranthus purpureus; Pimpinella ſanguiſorba; Plantago major; Plantago media; Plantago minor; Holoſteum ſtrictiſſimo folio, majus; Coronopus hortenſis; Pſyllium majus, erectum; & Myoſurus.

BETA CANDIDA. *J. B.* 2. 961. *Vid. Icon.* 1. *Tab. LX.*

BEtam Dioſcorides *l.* 2. *c.* 149. Τευτον *nominat, dicitur, &* σεῦτλον *ab impulſu, quod facile excreſcat:* Beta *vero quoniam figuram literæ β dum ſemine turget referre videtur.*

BEta candida, *J B* 2. 961. *Dod p.* 620. *Trag. Fuch. Tur. Cord. in Dioſc. Lugd. Beta alba. Matth. Ad. Lob. Cam. Beta folio viridiore, & breviore, Cæſ. Beta alba, vel palleſcens, quæ Sicula, & Cicla Officinarum. C. B. P.* 118. *M. H.* 2. 596. *Beta* hæc, quam ex *Radicis*, & *Foliorum* colore candidam vocant, *radicem* lignoſam habet, minimi digiti craſſitudine, mediocriter longam, candidam: *Folia* dilutius virent *Lapathi ſativi* modo, craſſa, & ſucculenta, ſapore nitroſo: *Caulis* duos cubitos altus, aut etiam major, gracilis, ſtriatus, multis alis concavus: in quibus longa ſerie *Floſculi* exigui ex foliorum alis, *Apicibus* luteis conſtantes, quinis *Calycum* foliolis obvallati, quibus etiam *Semen* ſuccedit rotundum, & rugoſa ſuperficie album, aut fuſcum.

BETA RUBRA, NIGRA DICTA. *Chabr.* 302. *Vid. Icon.* 2. *Tab. LX.*

BEta rubra, nigra dicta. *Chabr.* 302. *Beta rubra, vulgaris. C. B. P.* 118. *M. H.* 2. 596. *Beta rubra. J. B.* 2. 961. *Dod. p.* 620. *Trag. Dod. Ger. Park.* Beta rubra vulgatior. *Adv. Lob. Lugd. Beta nigra. Matth. Fuch.* Hæc *Foliis* brevioribus, atrorubentibus aliquando, utplurimùm *Foliis* rubentibus: *Radice* eſt alba, foliis ſolummodo diſtinguitur à præcedente.

BETA RUBRA, RADICE RAPAE. *C. B. P.* 118. *Vid. Icon.* 3. *Tab. LX.*

BEta rubra, radice Rapæ. *C. B. P.* 118. *M. H.* 2. 596. *Beta radice rubrâ, craſſa. J. B.* 2. 961. *Beta rubra, Romana. Dod. p.* 620. *Rapum rubrum, ſativum. Fuch. Beta erithrorhizos. Lugd.* Hæc *Caule* foliiſque rubet, ſed ſubinde dilutius: *Radices* habet carnoſas, rubras, & aliquando ruberrimas, craſſas, *Napo*, aut *Rapis* oblongis formâ ſimiles, quæ interiora *Pulpa* rubent, & ori, quam reliquarum gratiores ciboque aptiores. *Seritur in Hortis* Beta *omnis generis, & ſolum amat madens, & lutum, at opportuniſſime Vere, & Julio, tota AEſtate viret, nec non & Hyeme: altero anno caulis aſſurgit. Julio, & Auguſto ſemen ad maturitatem perducit.*

Vires, & Uſus.

Hæc Planta *eſt emolliens, nutriens, & laxans; qua de re* Martialis.

Pigroque Ventri non inutiles Betas.

Folia *ſunt edulia, oleracea, præbentque nutrimentum optimum, ſi* Coſtæ Foliis *abſciſſis decoctæ inſtar Aſparagorum edantur cum Oleo, & Aceto;* Succus *verò recens* Foliis *expreſſus acris eſt, ſed coctione emollitur; ſi* Succus *Clyſteribus miſceatur ad unciam unam, duas, vel tres, eſt optimum ſaponaceum, quod mirificè purgat, auri inſtillatus tollit ſurditatem, cuti applicatus inflammationem, & eſcharam facit; hinc inter plantas eſcharoticas refertur, ſi auribus inſtilletur ſæpe cephalalgiam curat, ſed hæc planta naribus indita ingentem aquæ copiam ejicit;* Beta rubra, nigra dicta, & Beta rubra, radice Rapæ. Radicis Succus *eſt acer, & immiſſis auribus ſolet cerebrum turbare, & ſic nonnunquam dolores dentium, & cephalalgias curat, ſed adeſt periculum, ne organa lædantur; inter fortiſſimas errhinas* Plantas *quoque recenſetur:* Folia *contuſa, & ulceribus impoſita hæc à putredine defendunt. Emplaſtr. è* Radicibus Betæ *curat achores. De cæteris viribus conſule.* Jo. Bauhin. Chabr. Moriſ., & Boerh.

ASARUM VULGARE, ROTUNDIFOLIUM. *M. H.* 3. 511. *Vid. Icon.* 4. *Tab. LX.*

ASarum Græcis ἄσαρον quaſi *ab* à *privativa particula, &* σαίρω σαρῶ verro, mundo, orno, *quia cùm ſit planta* ἄκαυλες, folia *ejus ſunt ſemper humi ſtrata, & lutulenta.*

ASarum vulgare, rotundifolium. *M. H.* 3. 511. *Aſarum. C. B. P.* 197. *Dod. p.* 358. *J. B.* 3. 548. *Eyſt. Matth. Trag. Ger. Brunf. Aſarum vulgare. Park. Aſarum Baccaris, ſive Baccatus. Adv. Lob. Radix Calami* craſſitie, *Fibris* plurimis adnexis, reptatu ſe propagat, & in plurima capitula ſe ſpargit; ex quorum unoquoque bina proveniunt *Folia*, è cordis formâ rotunda, caule carentia, ſed *pediculis* ſingularibus longis inſidentia, rigidiuſcula, perpetua fronte virentia, *Odore* medicato cum aromatico permixto, prædita. E pediculorum prædictorum angulo *Flos* oritur, ſordide pulli, aut ferruginei coloris, oblongus, durus, cytiniformis, monopetalus, in tria ſegmenta in ore diviſus, *petiolo* brevi adnatus, qui non decidit, ſed *Calycis* vicem præſtat, & *Vaſculum ſeminale*, in ſex loculamenta intus diviſum, totidem radiis in ſummo *Papaverum* ad inſtar ornatum, *Semina acinis uvarum* ſimilia, continens, includit. *Montium opaca, & umbroſa loca amat; perpetuò viret, nova tamen una cum floribus folia Vere promit, & in prima germinatione hirſutie quadam pubeſcit.*

Temperamentum, & Vires.

Aſarum *guſtu mordaci eſt, & acri, ideoque vim leviter excalefactoriam, & reſiccantem obtinet. Aperit; attenuat; Catharticum eſt, & emeticum.* Folia *atque* Radices *Vomitus, & ſed*[illegible] *rgo in ſub-*

ſtan-

ſtantia raro exhibentur. Ex his infuſio nauſeoſum eſt remedium, ſed potenter operatur. Tum Folia, tum Radices in Aqua ſimplici decocta vim omnem amittunt vomitoriam, ſed diureſin promovent; decocta cum Vino vim catharticam, & emeticam retinent: unde decoctum febribus tertianis, & quartanis afflictis propinatur, & à quibuſdam exiſtimatur præclaræ virtutis remedium. Succus jecinoris, fellis, & lienis obſtructiones reſolvit; ictericis, & hydropicis prodeſt; idem naribus attractus caput expurgat. Radicis pulvis errhinis admiſceri ſolet. Aſarum propter partium tenuitatem non tantum eſt inſigne diureticum, ſed & ſecundas, menſeſque movet, unde Meritriculæ noſtræ, inquit Caſp. Hoffman. plus ſatis frequentant Decoctum ipſius, cùm ſentiunt ſe gravidas. Lindenus de hac Planta pulchrè ſcripſit, & hoc medicamento ſemper uſus eſt, ubi vel ſurſum, vel deorſum erat purgandum, & quoque adhibuit in illa Epidemia Anni 1669. inde tum ejus ægri quam citiſſimè ſanabantur &c. Vid. Schrod. Moriſ., & Boerh.

ASARUM CYCLAMINIS FOLIO, VIRGINIANUM. T. 501. Serpentaria major, Officinarum. Vid. Icon. 5. Tab. LX.

ASarum Cyclaminis folio, Virginianum. T. 501. Aſarum Americanum. Park. Aſarum Virginianum, Folio cordato, Cyclaminis more maculato. M. H. 3. 511. Serpentaria major, Officinarum. Ibid. 3 511. Radix craſſiuſculis Fibris, guſtu calidis, & odoratis conſtat. Singula Folia Aſari ritu, ſingulis pediculis longis inſidentia, vulgaris magnitudine cedunt, & à petiolo longius ſunt protracta, cordiformia, ſuperficie è pallido atroque virore, Cyclaminum in modum maculata. Flos trifidus, ſegmentis rotundioribus fiſſus, ad exortum pediculi enaſcitur. Cl. Mentzelius plantam nomine Violæ foliis diſſectis, in Pugillo rariorum Plantarum, his verbis deſcribit: In decíduis ſaxis inter lapides, & ruinoſa montium Tirolenſium rudera reperi. Notandum, quod in hac Plantula Florem videri mihi contigerit, qui parvus licet, trifidus, brunni coloris, cum Aſari floribus penitus congruit; ideo potius plantula ad Aſari, quam Violæ ſpecies reducenda.

Temperamentum, & Vires.

Serpentaria vel major, vel minor inter manifeſte calidas, & ſiccas cenſeatur. Radices cirroſæ, vulgo in Officinis venales, odore ſunt reſinoſo, forti, & aromatico, non tamen ingrato; guſtu acri ſubaſtringente, & aliquantulum dulci. Eſt vero Planta egregia vi alexiteria pollens. Contra venenatorum ictus promptiſſimum eſt remedium, quod maxime ſentiunt Americani demorſi à teterrimo icto Serpente cauda crepitante, in Hiſtor. Amer. Recchi Domina Serpentium, vulgo Rattle Snake, dicto. Demorſos à cane rabido ab hydrophobia tuetur. Febribus tertianis, & malignis prodeſt, cæteriſque affectibus convenit, ubi morbus per ſudores foras educendus. Moriſ.

CHRYSOPLENIUM FOLIIS AMPLIORIBUS, AURICULATIS. T. 146. Vid. Icon 6. Tab. LX.

CHryſoplenium dicitur à χρυσὸς aurum, & σπλὴν, quaſi planta, cujus flores ſunt coloris aurei, & optima ad morbos ſplenu.

CHryſoplenium foliis amplioribus, auriculatis. T. 146. Chryſoplenium. Tabern. Saxifraga rotundifolia, aurea. C. B. P. 309. Saxifraga aurea. Dod. p. 316. J. B. 3. 707. Eyſt. Park. Alchimilla rotundifolia, aurea hirſuta. H. L. Sedum paluſtre, luteum foliis ſubrotundis ſeſſilibus. M. H. 3 477. Tenera, & mollicella eſt planta, Folia ſubrotunda, pallide virentia, ſemiunciam lata, leniter hirſuta, petiolis breviſſimis, aut nullis donata, plurima proferens. Caules floriferi palmares ſunt, anguloſi, hirſuti, albidi, ſucculenti, & quaſi pellucidi, Foliis conſimilibus onuſti, divaricationem dichotomam ſervantes; in quorum angulis æque, ac in ſummitatibus flores tetrapetali, aurei, rotundiuſculi, cum Staminulis etiam in medio flavis, inſident; & cuilibet flori ex eodem quaſi exortu adnaſcitur foliolum pallide vireſcens. In medio floris tetrapetali, cujus petala non decidunt, oritur Capſula bicornis, Seminibus exiguis pulverulentis referta. Reptatu in riguis, & paluſtribus, ſolo præſertim arenoſo, fœcunde ſe propagat. Menſibus Aprili, & Majo floret.

Vires.

Cum Saxifragis ſunt eædem, dicitur Vires habere ad calculum frangendum, adhibetur etiam in Decoctis, ubi eſt adſtringendum. Boerh.

HERNIARIA GLABRA. J. B. 3. 378. Vid. Icon. 7. Tab. LX.

HErniaria, ut putant, à Sanandis herniis.

HErniaria glabra. J. B. 3. 378. M. H. 2. 593 Herniaria. Dod. p. 114. Lugd. Thal. Taber. Ger. Polygonum minus, ſive Millegrana major. C. B. P. 281. Herniaria multigrana, Serpilli-Folia. Ad. Lob. Late ſubjectum ſolum occupat luxurie lætâ complurimum Ramuſculorum hæc Plantula, quos ex puſilla Radicula fundit hinc inde ſparſos, teretes, creberrimis Geniculis interceptos, ad quorum ſingula genicula adverſa folia exeunt Serpilli minora, glabra, ex viridi-lutea, guſtu acri: eodem loco erumpunt mirum in modum numeroſi floſculi ex apiculis luteolis compoſiti. Locis gaudet incultis, arenoſis, reperitur etiam in uliginoſis, ſed patentibus, & Soli expoſitis locis; Junio, Julio, nec non Auguſto frequens. Eſt & alia hujus ſpecies hirſuta, cujus Caules, & folia cinere obducta ſunt.

Temperamentum, & Vires.

Herniaria inſigniter vim exſiccandi habet, ut creditur, ſolidandi, ac ferruminandi ex Dodonæo. Tres inſignes facultates tribuit Anguillara. Succus, ait, potus, aut Herba eſitata, vel etiam Emplaſtri modo plagæ impoſita morſis à Vipera auxiliatur. Secundò Emplaſtrum ex ea herniam mire reſtituit. Poſtremò jecori prodeſt & ictero: Aqua enim diſtillata, & pota curat intra octo dies. Camerarius Aquam diſtillatam optimam prædicat in calculo. Apud Cluſium ipſum exſiccatum, & in pulverem tritum bonum atque equorum vulneribus, ac ulceribus inſperſum, Vermes in iis natos abigere, & necare; præter vero facultatem, qua calculoſis prodeſt, adverſus hernias etiam utilem eſſe aſſeverant Moriſ. du Clou, & Boerh. quos vide.

AMARANTHUS PURPUREUS. J. B. 2. 968. Vid Icon. 8. Tab. LX.

AMaranthus quaſi flos non marceſcens; à vocibus Græcis ἄνος Flos, μαραίν marceſco; cum particula privativa A: mirumque poſtquam defecere cuncti flores, (ait Plinius lib. 21. cap. 8.) madefactus aquâ reviviſcit, & hybernas coronas facit. Summæ ejus naturæ in nomine eſt appellatio, quoniam non marceſcat. At Thoph. 6. Hiſt. 6. φλὸξ dicitur Gaza flammam vertit.

AMaranthus purpureus. J. B. 2 968. Amarantus ſpicatus. Eyſt. Amarantus ſimplici paniculâ. C. B P. 121. Amaranthus major, paniculis ſurrectis, rubris. M. H. 2. 602. Amaranthus anguſtifolius, ſimplici, ſpicata panicula. Lob. Amaranthus coccineus. Ger. Hic foliis eſt Blito anguſtioribus, oblongis, acutis, integris: Caulibus rubicundis, in ſummo brachiatis; quorum ſummitates in Spicas rubri ſaturo colore ſimplices abeunt, vel multiplicatas, quæ condunt Semina nigra, pellucida: Radices habet longas, fibratas &c. Colitur in Hortis. Provenit Auguſto menſe, durat in Autumnum.

Temperamentum, & Vires.

Amaranthus profluvia ſanguinea ſiſtit, ulceraque ſanie manantia curat; ajunt enim recentiores facultate frigida ſiccaque eſſe, quare Florem infuſum epotum, & dyſentericis prodeſſe, & menſium abundantiam cohibere, albaſque uteri fluxiones, propterea cruenta expuentes levare, præſertim cum in pectore, aut pulmone vas aliquot ruptum fuerit, nec id ſine ratione; nam Amaranthi omnes, authore Lobelio, refrigerant, reſtinguunt, & reſiccant. Vid. Dod. Chabr., & Moriſ.

PIMPINELLA SANGUISORBA. Dod. p. 105. Vid. Icon. 1. Tab. LXI.

PImpinella, & Bipinella, quaſi Bipennula, à foliorum binis ordinibus pennatim, ſeu plumatim digeſtis, nominatur; Sanguiſorba non infrequenter dicta, eo quod ſanguineos fluxus ſiſtat, & ſorbeat.

Pim-

PImpinella ſanguiſorba. *Dod. p.* 105. *Pimpinella ſpicâ brevi, minor, lævis, non piloſa, & hirſuta. M. V.* 57. *Pimpinella, ſanguiſorba, minor, hirſuta. C. B. P.* 160. *M. H.* 3. 263. Sanguiſorba minor. *J. B.* 3. 113. *Sideritis. II. Dioſcoridis, minor. Col.* 1. 126. *Folia* palmum longa, odore pene *Cucumerum*, ex pluribus aliis, parvis, ſubrotundis, in ambitu crenatis, nonnihil hirſutis, ad unam coſtam mediam adhærentibus, alata, naſcuntur. Inter hæc *Caules* pedales, aliquantulum ſtriati, non omnino foliorum, nec ramuſculorum vidui, nunc reclinati, nunc erecti, aſſurgunt; in quorum faſtigiis *Capitula* rotunda, ex exiguis *floſculis* tetrapetalis ſubpurpuraſcentibus compoſita ſunt. Floſculorum autem quilibet *fructui* ſingulari ex quadrangulari ſubrotundo, inſidet. *Radix* ſubeſt longa, fuſca, in furculas aliquot diviſa. *Locis aſperis, petroſis, & montoſis, frequenter occurrit; & per totam Hyemem folia retinet viridia. Hujus folia frequentius obſervantur glabra. Colitur nobis in Hortis. Floret Majo, & Junio.*

Temperamentum, & Vires.

Pimpinella *refrigerantis, exſiccantis, & adſtrictoriæ facultatis particeps eſt. Idcirco ad Alvi profluvia, dyſenteriam, menſes nimios; ad quaſcunque corporis ſanguineas excretiones ſiſtendas, celeberrima audit. Datur vel* Succus, *vel* Decoctum; *vel ipſius* Herba Foliorum *aridorum* pulvis *contuſa forinſecus imponitur, vel aliis externis remediis admiſcetur.* Alexipharmaca *eſt, & ad morbos malignos abigendos utilis. Ad vulnera autem* Sanguiſorbæ *vis ſingularis eſt, & à quamplurimis laudata; ſanguinem ſupprimit æque intrinſecus ſumpta, ac foris impoſita. Fragrantiſſima eſt* Pimpinella; *habet vero ſuperficie tenus quandam leviter odoratam, & temperatam qualitatem, quam in Vinum injecta deponit; cui gratiam quandam inter bibendum conciliat. Hæc autem qualitas, nec aridæ* Herbæ *adeſt, nec* Succo, *aut* Decocto *communicatur; idcirco Sulphure, & Sale volatili plantam abundare, inquit* Moriſ. *Ad dyſenterias, & reliquos ventris fluxus ſtrenuum eſſe præſidium, ſi aut ex Vino, aut Aqua bibantur* Folia, & Radices, *nemini Medicinam adminiſtranti non eſt notum.* Ex pulvere Foliorum Sanguiſorbæ *cum* Melle, & Saccharo *ſumat drachm. ji. omni mane cum* drach. jii. Aquæ ſanguiſorbæ. *Vide* Jo. Bauh. *qui diffuſe agit de ejus Viribus, pag.* 119., & 120.

PLANTAGO MAJOR. *Dod. p.* 107.
Vid. Icon. 2. *Tab. LXI.*

PLantago *eſt vel latiore, vel anguſtiore folio,* πολύνευρος *à foliorum nervis dicta;* ἀρνόγλωσσον Dioſc. à *forma, id eſt lingua agnina, etiam dicitur.* Plantaginem *per excellentiam dictam fuiſſe exiſtimant, quaſi plantam præſtantiſſimam: alii nomen illud ducunt à pedum plantâ, qua vulgò teritur, vel quam repræſentat.*

PLantago major. *Dod. p.* 107. *Matth. Caſt. Plantago latifolia, ſinuata. C. B. P.* 189. *Plantago major, folio glabro, non laciniato ut plurimum. J. B.* 3. 502. *Plantago latifolia, vulgaris. M. H.* 3. 258. *Plantago latifolia, lævis. Adv. Lob. Radix* ei brevis, digitalis craſſitudinis, vel tenuior, multis *Fibris*, plerumque indiviſis, capillatur; unde *Folia* palmæ amplitudinis, lævia, *nervis* ſeptem decurrentibus diſtincta. Inter hæc autem *Cauliculi* aſſurgunt, rotundi, lenti, nec fractu faciles, pedales; qui à medio ad faſtigium uſque, denſis, minimis, herbaceis, *Floſculis*, tetrapetaloidibus, ſpicato ordine conveſtiuntur; deinde in *vaſcula* oblonga, horizuntaliter in medio per maturitatem diviſa, tranſmutantur. His autem *Semina* pluriformia, nunc bina, nunc terna, imo interdum quaterna conſpiciuntur, ſed frequentius bina. *Omnibus pene regionibus paſcuis, ad ſemitas, & vias occurrit.*

PLANTAGO MEDIA. *Dod. p.* 107.
Vid. Icon. 3. *Tab. LXI.*

PLantago media. *Dod. p.* 107. *Thal. Plantago latifolia, incana. C. B. P.* 189. *Plantago major, hirſuta, media à nonnullis cognominata. J. B.* 3. 504. *Plantago major, incana. Lob. Folia* per terram ſtrata, & in rotam expanſa, vulgaris ſunt rotundiora, & omnino hirſutie candida obducta. *Caules* è medietate oriuntur, primo quidem curvi, tunc erecte aſſurgentes, & ſubcæruleas *Spicas* longas, ex *Floſculis* ſtaminulis albis donatis confectas, gerunt. *In paſcuis, & herbidis locis ubique occurrit.*

PLANTAGO MINOR. *Dod. p.* 189.
Vid. Icon. 4. *Tab. LXI.*

PLantago minor. *Dod. p.* 107. *Plantago anguſtifolia, major. C. B. P.* 107. *Plantago laceolata. J. B.* 3. 505. *Plantago quinquenervia. Lob. Ger. Plantago altera, & Coſta canina. Tab. Folia* hujus *Plantæ*, admodum vulgaris, anguſta, acuta, in dodrantalem, & fæcundiori ſolo pedalem longitudinem exporrecta, molliter piloſa, marginibus nunc æqualibus, interdum etiam dentatis, donatur. *Caules* pedales, & altiores ſunt, nudi, ſtriati, & anguloſi, in quorum ſummitatibus *Spicæ* craſſiores, & breviores, *Semina* gerentes majora, bina in ſingulo vaſculo horizuntaliter diſſecto, inſident. *In Pratis ſiccioribus, & paſcuis paſſim provenit.*

Temperamentum, & Vires.

Mixtæ temperaturæ eſt Plantago; *habet enim quiddam aqueum, frigidum, & quiddam auſterum, quod terreum eſt. Itaque refrigerat, ſimul & deſiccat; abſtergit, & inſpiſſat; hepatica eſt & vulneraria; in hernis, alvi fluxionibus, hæmoptyſi, hydrope, gonorrhæa, mictione involuntaria, menſium fluxu, & in febribus utilis eſt.* Aqua *deſtillata in Officinis ad effectus prædictos non mediocris eſt uſus.* Succus Foliorum *cum Symphyti majoris* Radicibus, *& Saccharo in Electuarium contuſis, adverſus vomitum, aut ſanguinis expuitionem certiſſimum eſt remedium.* D. Boyl. Semen *ſubtilium eſt partium, & ſiccioris, & minus frigidæ facultatis. At jecinorum, & renum dolores adhibetur; & ad abortum ſiſtendum inſignis eſt uſus. Vulneraria eſt egregia; ad ulcera rebellia, & inveterata; ad fluxiones, ac putredines ſiſtendas optimi eſt uſus; ſinus glutinat, & alia ulcera recentia ſimul & inveterata exſiccat, & ſolvit. Ad uſus adſtringentem vim poſtulantes* Plantago anguſtifolia *potius eligitur.* Moriſ., *& plura apud* Boerh.

HOLOSTEUM STRICTISSIMO FOLIO, MAJUS.
C. B. P. 190. *Vid. Icon.* 5. *Tab. LXI.*

HOloſteon, *quaſi totam oſſeam, per antiphraſin dici vult* Plinius: *quamvis id nomen illi ob fruticis duritiem meliùs convenire exiſtiment alii.* Ὁλόστιον, *quaſi totum eſui aptum, legendum cenſent nonnulli:* rem expendant Docti.

HOloſteum ſtrictiſſimo folio, majus. *C. B. P.* 190. *M. H.* 3. 260. *Coronopus, Serpentina. J. B.* 3. 510. *Serpentina, Matthioli. Dod. p.* 109. Inſignis craſſitudinis, & longitudinis eſt *Radix*, in *Capitula* aliquot ſubinde diviſa; ex qua *Foliorum* ſeges magna pullulat, longitudine *Coronopi eſculenti*, ſed latitudine trientem, aut quadrantem non adæquantium. *Caules* inter ea plures, palmares, & altiores, nudi, enodes, *tyrſo Coronopi* inſignes. *In Montibus, in Collibus, & in Hortis provenit. Floret Junio, & Julio.*

Vires, & Uſus.

Contra venenatos Serpentum ictus, & morſus, ut & in Hydrope, alvi fluxibus, & Odontalgiis ejus uſum commendat plurimûm Matthiolus, *ex cujus ſcriptis utendi modum petendum relinquimus.*

CORONOPUS HORTENSIS. *C. B. P.* 190.
Vid. Icon. 6. *Tab. LXI.*

COronopus *porrò, & ſecundùm quoſdam* Stellaria, *dicitur, quia* Cornicis *pedem, vel* ſtellam, *ſuis fiſſuris repræſentant folia, atque etiam ob aliqualem foliorum ſimilitudinem, Cornu Cervinum.* Sanguinaria *verò, vel* Sanguinalis, *quòd Sanguini ſiſtendo apta ſit.*

COronopus hortenſis. *C. B. P.* 190. *M. H.* 3. 261. *Coronopus, ſive Cornu Cervinum vulgò, ſpicâ Plantaginis. J. B.* 3. 509. *Herba Stella, ſive Cornu Cervinum. Dod. p.* 109. *Coronopus. Eyſt. Cornu Cervinum. Lob. Ger. Coronopus vulgaris, ſive Cornu Cervinum. Park. Folia* hujus oblonga, anguſta, adnatis utrinque appendicibus ramoſa, inſtar *Cervini Cornu*, exiguis pilis tenuiſſimis aſperiu-

periuſcula, & radiantis *Stellæ* in modum orbiculatim ſtrata humi decumbunt. Exeunt inter hæc *Coliculi* à medio faſtigium uſque *Floſculis*, deinde *Seminibus* gravidi, inſtar *Spicæ majoris Plantaginis*, quam proxime, tametſi minor, ac brevior ſit, refert. *Radix* oblonga, tenuis, albida. *Locis incultis, aridis, arenoſis, ſecus vias, frequens reperitur. Seritur quandoque in Hortis, ubi lævior exit, & ad ampliorem altitudinem aſſurgit.*

Temperamentum, & Vires.

Coronopi *herba frigida eſt, & ſicca, manifeſtè aſtringens, facultateque ad* Plantaginem *accedens.* Folia *in Acetaria apud* Gallos, *&* Anglos *poſt levem coctionem recipi ſolent, nephriticiſque prodeſſe ea creditur, non calculum atterens. ſed renes roborans, &c. Sanguinis eruptiones cohibet, ac ſiſtit. Vid.* Chabr., *&* Boerh.

PSYLLIUM MAJUS, ERECTUM. *C. B. P.* 191. *Vid. Icon. 7. Tab. LXI.*

Pſyllium *dicitur à voce* Græca Ψύλλα, Pulex, *quòd pulices fugare, vel potiùs, quòd ſemen ejus pulici ſimile exiſtimetur.*

Pſyllium majus, erectum. *C. B. P.* 191. *J. B* 3. 513. *Pſyllium. Dod. p* 115. *Matth. Pſyllium annuum majus, foliis integris. M. H.* 3. 262. *Pulicaria herba. Ger. Pulicaris herba. Lugd.* Planta hæc pedalis ramoſa *folia* profert ex adverſo poſita, antecedentis latiora, *Hiſſopi* ſimilia, acuta, è ſinubus quorum ſupremorum petioli nudi exeunt, *Capitula* brevia plantaginea ſuſtinentes *Semina* quoque oblonga, parva, ſplendentia in capſulis conſimilibus includuntur; quibus matureſcentibus *Radix* perit. Tota planta viſcida, & glutinoſa eſt. *Inter ſegetes frequens reperitur, & in Hortis. Floret Julio, & Auguſto.*

Temperamentum, Vires, & Uſus.

Pſyllii Semen *maximè in uſu eſt, authore* Galeno, *eſtque in ſecundo refrigerantium ordine, in ſiccando verò, & humectando medium.* Aqua, *in qua id quaſſatum, agitatum maceratumque fuerit, donec lentorem contraxerit, omnes inflammationes ſedat; ardentium febrium calores mitigat; ſitim reſtinguit; & in ore ſubacta linguæ aſperitates lenit. Ad bilem educendam, choleramque purgandam,* Seminis, *&* Herbæ *muccaginoſus, & lactei cremoris ſimilis* Succus *commendatur. Dyſentericis, & quibus veſica exulceratur, utilis. Minime tamen crebro hac muccagine utendum; nimiam enim quantitatem venenoſam pronunciarunt* Græci, *&* Arabes. *Et quidem remita ſe habere quotidiana docet experientia.* Semen Pſyllii, *aut ejus muccago puerorum enterocelas curat, & umbilicos prominentes, impoſita; addito vero & Oleo roſaceo articulorum doloribus, (ex cauſa videlicet calente) parotidibus, œdematis, luxationibus amoliendis prodeſſe* Dioſc. *refert.*

Duas diverſas ſubſtantias in Pſyllio *poſuére* Arabes: *frigidam unam in* Cortice, *& calidiſſimam, veſicatoriamque aliam in* Medulla. *Sed de hac diverſa ſubſtantia nihil tradidére* Græci, *quamvis ipſi frequenter uſi ſint in* Cortice, *&* Medulla. *Vid.* Jo. Bauh. Chabr. Moriſ., *&* Boerh.

MYOSURUS. *J. B.* 3. 512. *Vid. Icon.* 8. *Tab. LXI.*

Myoſurus *vocatur à* μυὸς, *mure, &* ὀρὰ cauda, *quaſi* cauda muris, *quia ſpica hujus Plantæ muris caudam refert.*

Myoſurus. *J. B.* 3 512. *Cauda murina. Dod. p.* 112 *Holoſteo affinis, Cauda muris. C. B. P.* 190. *Ranunculus gramineo folio, flore caudato, ſeminibus in capitulum ſpicatum congeſtis. T.* 293. *Fibras* numeroſas pro *Radicibus* habet: unde *Folia* germinant multa graminea, trium quatuorvè unciarum, admodum anguſta. *Coliculi* molles, teretes, nudi, altitudine folia haud multùm excedentes. In cacumine *Floſculos*, herbacei coloris, paulùm ſeſe explicantes: ſuccedente clava duarum triumve unciarum, tereti, mucronata, compactili, caudam murinam affabrè mentiente. *Pinguibus agris, & Pratis gaudet, florens Aprili.*

Temperamentum, & Vires.

Refrigerat, atque haud multùm Viribus à Plantagine *differt.* Chabr.

DISTRIBUTIO XXXIII.

PLANTAE APETALAE, FRUCTU A FLORE REMOTO.

Ambroſia maritima; & Xanthium, *ſive* Lappa minor.

AMBROSIA MARITIMA. *C B. P.* 138. *Vid. Icon. 9. Tab. LXI.*

Ambroſia, *à vocibus* Græcis βρῶμα Cibus, *&* θεὸς Deus, *quaſi diceres Deorum cibum.* Ἀμβροσιαν Dioſc. *lib.* 3. *c.* 129. *Aliis* Ambroſiæ *nomine donabatur, & quaſi immortalem utentibus vitam daret, ſic appellabatur.*

Ambroſia maritima. *C. B. P.* 138. *Ambroſia, Quibuſdam. J. B* 3. 190. *Ambroſia. Dod. p.* 35 *Adv. Lob. Cæſ. Ambroſia hortenſis, procerior, Lobelii. Lugd.* 1148 *Ambroſia Artemiſiæ forſan ſpecies. Geſn. hort.* Ramoſa eſt planta, & quaſi fruticat à *Radice* annua fibroſa, & pedalem altitudinem, aut circiter aſſequitur. *Caules* ex rotunditate quadrati *foliis* latiuſculis, lanuginoſis, aut incanis, in varia ſegmenta *Artemiſiæ*, aut *Abſinthii vulgaris* in modum diviſis, nunc è regione, nunc alternatim poſitis, grave, ſed ſatis ſuave olentibus, ornati ſunt; Caules autem deſinunt in ſpicam *florum* ex viridi luteorum, ex *Staminulis* operimento foliaceo tectis, compoſitorum inanium, & inutilium (ut in aliquibus Plantis aliis videre licet) quibus ſubſunt in eodem caule *Semina* fere quadrata, apicibus echinatis donata, ſolida, angulоſa, è quibus quotannis renovatur. *In* Cappadocia, *&* Hætruriæ *Maritimis ſponte naſcitur, apud nos in Hortis colitur.*

Temperamentum, & Vires.

Ambroſia *repellendi, & reprimendi facultatem obtinet, nam ut* Galenus *ait, eadem Medicamentis impoſita, vim habet aſtringentem, & reprimentem; verum ut ait* Plinius *vim repellendi* ἀποκρουστικὴν Dioſcoridi *dictam in vim diſcutiendi* διαφορητικὴν *appellatam commutavit; Vulneraria dicitur, inquit* Boerh.

XANTHIUM, *ſive* LAPPA MINOR. *J. B.* 3. 572. *Vid. Icon. 10 Tab. LXI.*

Xanthium *à voce* Græca ξάνθος flavus. *Fructus enim* Xanthii, *ut ait* Dioſcorides, *lib.* 4. *cap.* 138. *ante collectus, quam perfectè ſicceſcat, deinde tuſus, & fictili vaſe reconditus, flavos facit capillos.* Lappa, *&* Bardana *minor à ſeminibus ſpinoſis, veſtibus adhærentibus, etiam nuncupatur:* σφαγίτης, *inſuper, i. e.* Jugularis, *quia morbis gulæ, ſtrumis ſc. medeatur, dicit ſolet.*

Xanthium, *ſive* Lappa minor. *J. B.* 3. 572. *Xanthium. Matth. Anguill. Lob. Obſ.* 319. *Dod. p.* 39. *Lappa minor, ſive Xanthium Dioſcoridis. C. B. P.* 198 *Xanthium, & Strumaria. Adv. Bardana minor. Ger. Emac.* 809. *Xanthium, ſive Bardana minor. Park.* 1223. *Caule* eſt cubitali circiter, hirſuto, punctis rubris guttato, ramoſo. *Folia* alternata pediculis nituntur uncias tres longis

cauli concoloribus, ſinuata, crenata, colore, quod nomen loquitur, *Xantho*, utrinque hirſuta, ſapore acriuſculo, & quodam modo aromatico. Quà foliorum pediculis eſt ortus, plura ſimul *Capitula* ſe promunt bulbata, *Floſculos* ſtamineos emittentia: iiſque delapſis *Echini* ſuccreſcunt Lappacei, veſtibus adhærentes, oblongi, in duos acutos rigidoſque mucrones deſinentes, qui duobus diſtinctis loculis totidem grana condunt hordacea. *Radix* parva, multas undique fibras proferens. *Gaudet ſolo læto, & pingui, juxta mœnia & ſcrobes arefactas. Viget Julio, & Auguſto.*

Vires, & Uſus.

Calef., & ſicc. dig. guſtu eſt amaro, & ſubacri. Uſus præcip. (ſecund. Matthiol.) *in minera lepræ educenda (cum* Rhab *exhib.* radix) *in lipothymia. Extrinſec. in ſtruma, & tumoribus diſcutiendis (epithem.) in capillis luteo colore tingendis.* Herba *cancrorum ardori efficax eſt extinguendo.* Schrod. Corticis *verò* Decoctum *potum liens abſumit, & collutu dentes firmat.* Chabr.

DISTRIBUTIO XXXIV.

PLANTAE APETALAE FLORE IN UNA PLANTA STERILI, FRUCTU ALIA NON FLORIFERA, VOCANTUR SEXU DISTINCTAE.

Spinachia ſemine ſpinoſo; Lupulus mas; Cannabis ſativa; Urtica urens, maxima; Urtica urens, minor; Urtica Romana, *ſive* Mas, cum globulis; Mercurialis mas; Mercurialis fœmina; Equiſetum paluſtre, longioribus ſetis; Equiſetum paluſtre, brevioribus ſetis; & Ephedra maritima, minor.

SPINACHIA SEMINE SPINOSO. *M. H. 2. 598.*
Vid. Icon. 1. Tab. LXII.

SPinachia *dicitur à ſpinoſis ſeminibus. Aliis* Spinacia *quaſi Olus ſpinoſum.* Spinachia *ob ſemina dura, & ſpinoſa* Græcis *recentioribus* σπανάχια *à raritate in uſu Medico: Aliis* Seutlolapathum, *hoc eſt mediæ naturæ inter* Betam, *&* Lapathum: *Aliis* Seutlomalache *propter facultatem molliendi, quam communem habet cum* Malva.

SPinachia ſemine ſpinoſo. *M. H. 2. 598. Spinacia vulgaris, capſulâ ſeminis aculeata. T. 533. Lapathum hortenſe, ſeu Spinacia, ſemine ſpinoſo. C. B. P. 114. Spinacia Mas. J. B. 2. 963. Cam. Spinacia. Lob. Fuch. Matth. Dod. Taber. Ad. Lugd. Spinoſum Olus. Geſn. Hort. Folia* profert mollia obſcure virentia, Succi plena, acuminata, & latiore baſi triangula, juxta pediculum ſæpenumero una utrinque profundâ ſectione diviſa: *Caules* teretes, pedales, intus concavos, ſimilibus foliis conveſtitos, juxta quæ, tum in faſtigiis ramulorum *Floſculi* herbacei, racematim cohærent, ſuccedente molliter ſpinoſo *Semine*: *Radix* tenuibus fibris conſtat. *In Hortis colitur; Floret ut plurimùm Julio, & Auguſto.*

Temperamentum, & Vires.

Eſt Spinachia *humida plane, & frigida ordine fere ſecundo, humida magis ex Olerum numero, quorum ſubſtantia aquoſior, & ſapor qualitatis expers, cito deſcendit, & alvum emollit. Editur decocta, ſed alimenti exiguum, aut nihil confert. Flatulenta nonnihil eſt, & nauſeam facile parit, niſi Zinzibere, aut alio ſimili condiatur: recipitur & inter cruda Acetaria recens enata, prius ſcilicet, quam latiora ei ſubnata fuerint folia.* Moriſ. *Extrinſecus refrigerat ventriculum, ac Epar (impoſita). Continuus uſus ejus melancholicum generat ſanguinem.* Schrod.

LUPULUS MAS *C. B. P. 298.*
Vid. Icon. 2. Tab. LXII.

LUpulum *à* Plinio *l. 21. c. 15* Lupum Salictarium *nominatum volunt: qui* Meſue *2 Purg. 24.* Volubilis foliis aſperis *dicitur: hodie in* Græcia Βρυωνία *nominatur.*

LUpulus mas. *C. B. P. 298. J. B. 151. Cam. Ep. Lupulus. Dod. p. 409. Lupulus ſalictarius. Fuch. Geſn. Hort. Lob. Lupulus ſalictarius (quod ſalices ſcandat) Adv. Convolvulus perennis, heteroclitus, floribus herbaceis, capſulis foliaceis ſtrobili inſtar. M. H. 2. 37.* Hæc *Herba* Convolvuli hetrocliti ſcandentis eſt ſpecies, quæ amplexu vivit, & perticas, aliaque adminicula Caulibus ſuis circumligando ſcandit. *Cauliculos* promit longiſſimos, aſperos, & hirſutos: *folia* quoque aſpera, lata, anguloſa, *vitis*, aut *Bryoniæ albæ* potius ſimilia: veruntamen magis viridia, & paucioribus inciſuris diviſa: *Flores* è ſummis virgulis racematim dependent parvi, herbacei, ſeu ſubalbidi: quibus ſuccedunt *fructus*, qui folliculoſi, & haud magni ſunt, ſtrobili inſtar ex foliolis imbricatim ſeſe contegentibus, ſeu ex tenuibus membranis ſquamatim, ſed laxe ſatis compacti, colore ſubalbidi, ſeu ochroleuci, & quaſi ad pallidum colorem vergentes: gravis ſunt odoris, in quibus latet *Semen* exiguum, nigricans, facile poſt ſtrobilos exſiccatos excidentes; *Radices* tamen vivaces ſibi invicem implicantur. *Floret Auguſto: Solo gaudet pingui, vel inter vepres, & ſenticeta, circa agrorum margines.*

Temperamentum, & Vires.

Coni Lupuli *ſunt calidi, & ſicci, caput ſæpe impetunt, & idem facile implent, odore graviore ipſum ferientes; ejuſdem temperamenti ſunt &* Folia *ipſa, ſimul aperientia, & abſtergentia. Primi* Turionis, *ſeu* Aſparagi Lupuli *vere erumpentes mitiores multo ſunt, & inter edulia recipiuntur; oblectamento tamen magis (ut ait* Plinius) *quam cibus. Nam alimenti quiddam perexiguum conferunt; proſunt tamen viſceribus, & aperiendo, & urinam movendo; faciliorem etiam alvum faciunt. Teneriores* Cauliculi *ſub exitum è terra,* Turiones, *ipſique quoque* Coni *jecur, & lienem ab obſtructionibus liberant; per urinas expurgant; ſanguinem mundant: adverſus diuturnas febres, ſcabiem, & cutis fœditates decocta in Sero Lactis proſunt.* Succus *ejuſdem potentior eſt, & non modo ab obſtructionibus liberat, ſed & bilem, & pituitam per alvum educit; idem auribus inſtillatus à fœtore eas liberat, & putredine vendicat. Cerviſia* Conis *conditur, copia tamen nimia amarorem, & conciliat, & capiti moleſtiorem efficit.* Semen Lupuli *lumbricos ventris necat, urinas provocat, & menſtrua educit.*

Vul-

Vulgus, ſeu vetulæ Salmanticenſes, *ſæpenumero Medicinam factitare ſolitæ, ad curandam alopeciam ex lue venerea natam, hac ratione* Lupulo *utebantur. Ejus* Radices *ponderе unius libræ probe lotas, & à ſordibus repurgatas, per noctem in Aquæ lib. 8. macerabant, poſtridie in illa ipſa Aqua, lento igne fumo experte, ad tertiæ partis conſumptionem coquebant, vel etiam ad mediam partem, ſi vehemens eſſet alopecia.* Decoctionem *ſervabant in uſum, ejus uncias octo mane ægris jejunis propinabant, deinde ſtrangulis injectis ſudorem provocabant, addebant interdum Apii, ſive Selini hortenſis duas, aut tres, & Graminis aliquot* Radices, *nonnunquam etiam Uvas paſſas à gigartis purgatas. De cæteris facultatibus vide* Jo. Bauh. Moriſ., & Boerh.

CANNABIS SATIVA. *C. B. P.* 320.
Vid. Icon. 3. *Tab.* LXII.

CAnnabis *forte à* Κάναβος, *Lignum tenue, & leve; quia caulis exſiccatus in comparatione ad caules aliarum Plantarum, levior eſt.*

CAnnabis ſativa. *C. B. P.* 320. *Cannabis Mas. J. B.* 3. 447. *Cannabis fœcunda. Dod. p.* 535. *Cannabis major. Trag. Caulis* huic *è Radice* lignoſa, & fibrata, ad altitudinem ſex ſeptemve pedum attollitur pollicari craſſitie, anguloſus, in ramulos plures (ſi ſingulatim, & ſponte ſua exeat) diviſus; ubi vero ſeritur, & aggregatim creſcit, ramulis deſtituitur; *Cortice* aſpero, & hirſuto, exſiccato, valido, lento, & tenaci tectus. *Folia* contrario ſitu, binatim pediculis longis inſidentia, naſcuntur, in ſex, ſeptem, & plures, longas, anguſtas, venoſas, & ſerratas particulas digitatas, ſimul hærentes, diviſa, odore gravi. Summis ramulis folia minora coacervantur. Inter hæc plurima protruduntur *Tubercula* viridia, in quorum apicibus *ſtyli* exeunt bifurcati, ſubalbidi, qui floribus ſubſtituuntur, uti in frumentaceis, *Juglande*, aliiſque cernere eſt. Tubercula ipſa ſunt *Semina* obrotunda, turgidula, nonnihil compreſſa; quibus annuatim renovatur. *Pingui humidoque ſolo gaudet, & adeo terram inumbrat, ut alias plantas nec utiles, nec noxias ſecum adoleſcere permittat.*

Temperamentum, & Vires.

Semen *in uſu eſt, quod, auctore* Galeno, *ſatis calefacit; aliis quibuſdam leviter frigidum, & ſiccum eſt. Concoctu eſt difficile; ſtomacho, & capiti nocet; parvique eſt ſucci, ut tradit* Gal. *in l. de alim. fac. Vim habet narcoticam, unde immodice comeſtum delirium facit, ut prodidit* Simeon Sethus. *Venerem extinguere, & geniturам exſiccare creditur. Ad inveteratas, & tantum non deſperatas Gonorrhæas ſiſtendas plurimum facit, in Emulſionibus. Vid.* prax. Ettmul. *Emulſionis formulam in hunc finem præſcriptam habes à cl. auctore in* Schrod. diluc. *Ibidem* Oleum *per expreſſionem regioni renum inunctum ad Gonorrhœam ſiſtendam etiam commendatur.* Semen *in poſca parum coctum, & colatum pro gargariſmate adhibitum, eſt unum ex optimis remediis in inflammatione uvulæ. Vid.* Ettm. prax., & Schrod. diluc. *Ruſtici in* Belgio Seminis *contuſi* Medullam *liquido aliquo expreſſam, ictero laborantibus, initio ipſius mali exhibent, & crebro non abſque præſidio, ſi quando ex ſola obſtructione febris exoritur. Aperit enim fellis meatum, & bilis per corpus digeſtionem promovet.* Dod. *in* pempt. Sylvius *ſolo* Cannabis Semine *in Lacte bubulo pingui, ad crepituram circiter cocto, atque bis terve in die ad uncias quatuor, vel ſex ſumpto, plures curavit, & curatos vidit ictericos.* Sylv. prax. *l.* 1. *c.* 45. *Diximus* Semen *in uſu eſſe; nam* Herba, *utpote viroſæ qualitatis, raro uſurpatur.* Caules *enim cum* Foliis *in faſces collecti, & Aquis lacuſtribus, vel rivuli injecti, non modo piſcibus exitioſi ſunt, ſed Hominibus, qui ex Aqua infecta biberint. Vid.* Lob. Adverſ.

URTICA URENS, MAXIMA. *C. B. P.* 232.
Vid. Icon. 4. *Tab.* LXII.

URtica *ab* urendo. *Miro, inquit* Plinius, *lib.* 8. *cap.* 15. *ſine ullis ſpinarum aculeis lanugine ipſam eſſe noxiam, & tactu tantum leni pruritum, puſtulaſque conſeſtim adufto ſimiles exiſtere.*

URtica urens, maxima. *C. B. P.* 232. *Urtica vulgaris, major. J. B.* 3. 445. *Urtica urens, altera. Dod. p.* 151. *Urtica communis, ſive major. Adv. Lob. Radices* ſubſunt luteæ, vivaces, & tenaces; à quibus *Stolones* terræ ſuperficiem occupantes, reptatu ſuo propagantur. *Caules* quadrangulares, hirſutie mordaci obſiti, in alas diviſi, *folia* binas uncias lata, in mucronem deſinentia, hirſuta quoque, & oris profunde dentata, oppoſita gerunt. *Floſculi* in *Racemulis* compreſſis tetrapetali, ſubvirides, quatuor plerumque *ſtaminulis* impleti, interdum pluribus, verticillatim è foliorum ſinubus diſponuntur. *Semina* in triquetris *vaſculis* oblongis continentur parva, longiuſcula, in ſingulis conceptaculis ſingula, ſubnigricantia. *Ad foſſas, & Sepes, & in ruderibus nimis frequens occurrit.*

URTICA URENS, MINOR. *C. B. P.* 232.
Vid. Icon. 5. *Tab.* LXII.

URtica urens, minor. *C. B. P.* 232. *M. H.* 3. 435. *Urtica minor, annua. J. B.* 3. 446. *Urtica urens, minima. Dod. p.* 152. *Minor acrior Lob.* Annua hæc *Urtica minor Caules* protrudit pedales, & ſeſquipedales, ramoſos, *Spinulis* albis rarioribus armatos. Ex ſingulis geniculis *folia* bina ſibi oppoſita petiolis uncialibus appendentia, ſubrotunda, dentata, viridia, *Piliſque* pungentibus hirta exeunt. *Flores* in racemulis ad genicula verticillatim poſiti, evadunt tetrapetali, virides, exigui. *Vaſcula Seminalia* ſequuntur oblonga, bivalvia, *Granula* exigua, ſplendentiaque continentia. *In arvis, & Hortis, ſolo ſtercorato, & pinguiore, ac in ruderibus, frequens provenit; & quotannis à ſeminibus deciduis renovatur. Vigetque, & floret Æſtate.*

URTICA ROMANA, ſive MAS, CUM GLOBULIS.
J. B. 3. 445. *Vid. Icon.* 6. *Tab.* LXII.

URtica Romana, *ſive* Mas, cum globulis. *J. B.* 3. 445. *Urtica Romana. Eyſt. Urtica urens, pilulas ferens. I. Dioſcoridis ſemine Lini. C. B. P.* 232. *Urtica urens, prior. Dod. p* 151. *Urtica pilulifera, facie Urticæ vulgaris, ſemine Lini. M. H.* 3. 435. *Planta* hæc annua, ſi caules, & folia ſpectaveris, proxime ſuperius explicatam magnitudine ſuperat; *Caulis* enim interdum ad humanam altitudinem attolluntur. *Folia* ſatis lata, mucronata, oppoſita, *vulgaris Urticæ* profundius ſunt dentata; *Pillulæ* ampliores rugoſæ, *Mori* protuberantiis donatæ, hirſutie urente obſitæ. Iſtæ enim floſculos minimos ex ſingulis fructus tuberculis producunt, quibus ſingulis intus ſuccedit *Semen* lucidum, *Lini* lævitate præditum; & *floſculi* alii, qui in racemulis naſcuntur tetrapetali, virides, cum quatuor ſuis *ſtaminibus* apicibuſque longioribus &c. *Reperitur in denſis ſylvis, ac nonnunquam etiam in ſcibus, locis umbroſis, floretque Aprili, & Majo.*

Temperamentum, & Vires.

Urtica *minus, quàm mediocriter calida eſt, haud tamen mediocriter exſiccat; aperit; incidit, diſcutit; & abſtergit. Uſurpantur* Folia, Semina, *& interdum* Radices, *quæ ictericis proſunt. Eædem vino infuſæ, & umbilico impoſitæ; cient urinam, & valent in dyſuria.* Ruland. Theſ. Med. Radicem *quoque vino, & melle decoctam, commendat* Tragus *contra frigidas tuſſes, & orthopnœas &c. Verum in thoracis affectibus, ut & in urinæ difficultate, Semen uſitatius exhibetur; imprimis* Urticæ majoris, *ac præſertim* pillulas, *ſeu* Romanæ. *Quin &* Semen *(nec ipſa* Folia *ſunt inertia) craſſiores, & viſcidos humores, & quæcunque in thorace hærent cruda, concoquit, incidit, & educit: ideoque pulmonibus obſtructi reſerandi, & morbis inde natis ſanandis mirifice convenit. Diureſin idem promovet, & calculos renibus expellit; venerem quoque extimulat.* Folia *alvum ſolvunt; inteſtina abſtergunt; & tormina cohibent. Trita cum* Succo, *& naribus indita, ſanguinem inde ſtillantem ſiſtunt.* Succus *quidem egregium habetur remedium in hæmorrhagiis quibuſcunque, & hæmoptoicis maxime commendatur.* Succus *tum* Herbæ, *tum* Radicis *ulcera putrida, & gangrænoſa mundat ſanatque; uvulæ inflammationem reprimit: idem præſtant* Aqua diſtillata, & Decoctum. Folia *cum Sale impoſita, auctore* Dioſcoride. *Canis morſus ſanant; item luxata, tubercula, parotidas, panos, & abſceſſus. Noverunt & Chirurgi urentis* Urticæ *fricatu ſanguinem allicere, adeoque atrophiæ ſubvenire. Prurigini ab* Urtica *introductæ medetur Oleum Olivarum. Vid.* Schrod. Moriſ., & Boerh.

MERCURIALIS MAS. *J. B. 2. 977.*
Vid. Icon. 7. Tab. LXII.

Λινόζωστις παρθένιον, ἑρμῦ βοτάνιον Dioſcoridi *l. 4. c. 191.* Linozoſtis, *ſive* Parthenium Mercurii *invetum* (Plin. *l. 25. c. 5.*) *ideo* Græcis ἑρμῦ πόα, *apud nos* Mercurialis, Theophraſti 9. *Hiſt.* 19. φύλλον *cenſetur*.

MErcurialis Mas *J. B. 2. 977. Dod. p. 658. Matth. Fuch. Adv Lob Lugd. Tabern. Ger. Mercurialis teſticulata*, *ſive Mas Dioſcoridis*, & *Plinii. C. B. P. 121. M. H. 2. 612. Mercurialis fructum ferens. Cæſ. Mercurialis* marem à fœmina *folia* minime diſtinguunt, quæ inter ſe ſimillima ſunt, lævia, glabra, mucronata, leviter virentia, in ambitu ſerrata, *Sapore* nitroſo, calidiuſculo, & nauſeoſo: *Caules* utrinque anguloſi ſpithamei, aliquando pedales, ac etiam altiores in pingui ſolo, geniculati, quos verticillatim cingunt *floſculi* herbacei, viridiuſculi, muſcoſi, qui in quatuor petala parva, herbacea, ſeſe explicantes, cirros *apiculorum* luteorum, aut herbidorum oſtentant: quibus ſingulis ſuccedunt bina *Seminum* involucra, hirſuta, aſpera, brevibus pediculis nitentia, continentia ſingula unicum ſemen parvum, rotunda: *Radix* tenera, & fibroſa.

MERCURIALIS FOEMINA. *J. B. 2. 977.*
Vid. Icon. 8 Tab. LXII.

MErcurialis fœmina. *J. B. 2. 977. Dod. p. 658. Fuch. Matth. Adv. Obſ.*, & *Icon. Lob. Lugd. Tabern. Ger. Mercurialis ſpicata*, *ſive fœmina Dioſcoridis*, & *Plinii. C. B. P. 121. M. H. 2. 612. Mercurialis florens. Cæſ. Mercuriali fœminæ* veluti exiguæ ſunt *Spicæ*, in quibus ſpicatim muſcoſi, tenues, cohærent *floſculi*, qui inaniter, & fruſtra decidunt abſque *fructu*, & pereunt, nullo ſuccedente *Semine*. *Reperitur* Mercurialis, *cum* Mas, *tum* Fœmina *annua in Hortis oletoriis*, & *vinetis*, *aliiſque locis humentioribus*, & *ſecus hortorum ſepimenta*.

Temperamentum, & Vires.

Mercurialis *annuæ cum* maris, *tum* fœminæ Caules, & Folia *tum in* Potu, *tum* Oleorum *modo in cibo accepta vim habent alvum molliendi*; *emolliunt enim*, & *abſtergunt*, *unde hodie in enematis frequentiſſimus* Mercurialis *eſt uſus*, & Succo *itidem plurimum utuntur Seplaſiarii*, & *Pharmacopæi ad Mel mercuriale conficiendum*, *quo ad ſopitam vim expultricem excitandam*, *atque ad ciendam*, *detergendam atque eluendam alvum*, *nil aptius*. *Tolluntur utriuſque* Mercurialis Succo, *vel tritis* Foliis *parti appoſitis*, *omnis generis verrucæ*: *item* Semen *cum Abſinthio Decoctum ictericos mirifice juvare teſtantur* Matthiolus, & Ruellius: Decoctum Foliorum *juſculum*, *bilem*, & *aquoſa ducit*. Mercurialis *calida quidem*, & *ſicca eſt temperatura*, *neutra tamen primum gradum excedit*: *abſtergentem viſcera* (*ut ait* Galenus) *obtinet*, & *digerentem facultatem*. *Mirum quod tradunt* Dioſcorides, & Plinius, *ſi fœminæ poſt purgationes admoveatur* Mercurialis fœmina *tritave bibatur ut fœmina concipiatur efficere*: *Sin vero* maſcula, *marem generari*. *Sunt è noſtratibus Mulierculis*, *quæ Mercurialem infantulis cum pappa exhibent*, *ut alvum ſolutam retineant*, *torminaque præcaveant*, *inquit* Moriſ.

EQUISETUM PALUSTRE, LONGIORIBUS SETIS.
C. B. P. 15. Vid. Icon. 9. Tab. LXII.

EQuiſetum *à foliorum formâ*, *quaſi* Equi ſetam, *ſeu* caudam *diceres*: *unde* Græcis ἱππούρις *à vocibus* ἵππος Equus, & οὐρα Cauda.

EQuiſetum paluſtre, longioribus ſetis. *C. B. P. 15. Equiſetum majus*, *aquaticum*. *J. B 3. 728. M. H. 3. 621. Hippuris major. Dod. p. 73. Lob. Ic. 793. Brunf. Majus paluſtre. Park.* 1200. *Majus. Ger. Caules* rotundi, aſperi, excavati, multis tubis in ſe invicem inarticulatis inſtructi, quæ articulatio nodos format; *Folia* teretia, pyxidatim articulata, cava; *Flores* apetali, ſtaminei, apice fungiformi donati, ſpicati, mares; in unâ planta *fructus* ſunt *Grana* nigra, aſpera, farcta in plantâ non floriferâ; *Radix* repentiſſima, nigricans, *Creſcit in Pratis*, & *circa flumina*.

EQUISETUM PALUSTRE, BREVIORIBUS SETIS.
C. B. P. 15. Vid. Icon. 10. Tab. LXII.

EQuiſetum paluſtre, brevioribus ſetis. *C. B. P. 15. Equiſetum minus. Park. Th.* 1200. *M. H. 3. 621. Equiſetum paluſtre Lob. Ger.* 1114. A' præcedente differt *Capitulis*, ſeu *Julis* floriferis ſummos *Caules* foliatos terminantibus, quæ in illo ſeorſim veluti *Aſparagi*, quidam vere exeunt, antequam caules folioſi oriantur. *Provenit vulgò in Scrobibus*, & *locis Aquas habentibus*: *Floret autem Aprili*, & *Majo*.

Temperamentum, & Vires.

Sunt adſtringentes, *conſolidantes*, *calefacientes vulnerariæ*, & *balſamicæ*, *hinc hæc* Planta *ventriculi*, & *inteſtinorum fibras roborat*, *in ſiſtendis hæmorrhagiis*, *ſedando mictu cruento*, & *cæteris generibus fluxuum ſanguinis laudatur*, *uti nimio menſtruorum*, & *hæmorrhoidum fluxu*: *in ſputo cruento*, & *dyſenteria ſanguinea eſt* Planta *optima*, *uti* & *ejus* Succus *in herniis*, *ulceribus*, & *vulneribus*. *Plura apud* Jo. Bauh. Chabr., & Boerh.

EPHEDRA MARITIMA, MINOR. *T. 663.*
Vid. Icon. 11. Tab. LXII.

EPhedra *vocatur ab* ἐπὶ ἕδραν quaſi corpus, quod ponitur in cella, quia ſuperior folii particula ſemper inſidet inferiori, & hæc iterum adhuc inferiori.

EPhedra maritima, minor. *T. 663. Polygonum bacciferum*, *maritimum*, *minus*. *C. B. P. 15. Tragus*, *ſive Uva marina*. *J. B. 1. 406. Racemoſa Equiſeti facie. Lob. Adv. 355. Hippuris*, *minor*, *congener cum majori Equiſeto*. *Lob. Obſ. 461. Equiſetum*, *polygonoïdes*, *bacciferum*, *minus*. *M. H. 3. 621. Caules*, *Rami*, *Folia Equiſeti*, *Habitus* fruteſcens, *flos* apetalus, mas, conſtans ſtaminibus teſticulatis, corpuſculo tenui innatis, quorum aggeſtu floſculus quaſi cauliculum nanciſcitur. Hi flores in plana mare, vel androgyna. *Fructus* vel alio loco Plantæ ejuſdem, vel in alia quandoque non florifera planta, eſt *Bacca* ſucculenta, rubra, binis ſquamis conjugatis, binis aliis ſimilibus cruciatim ſuperpoſitis, his rurſum à tertio pari, hoc denique à quarto ſimiliter poſito, confecta; ſquamæ inferiores minimæ per gradus in ſupremas maximas deſinunt. Par ſupremum rima bifida, parum hiulca, condit ſuo *Semina* ovata, polita, averſa parte gibba, contigua, plana, involucro coriaceo tecta; *Radix* perennis, oblonga, nodoſa. *Creſcit in locis Maritimis*.

Vires.

Uvæ *vel* Baccæ *habent virtutem ut Uvæ*, *cæterùm eſt* Planta *adſtringens*, *hinc conducit in herniis*, *diarrheis*, & *hæmorrhagiis*. Boerh. Racemorum Acini *decem ex vino poti*, *authore* Dioſc. *cæliacis*, *fœminarumque fluore*.

DISTRI-

DISTRIBUTIO XXXV.

PLANTAE MONOCOTYLEDONES, FOLIIS SEMINALIBUS CARENTES, BRACTEATAE.

Aſphodelus albus, ramoſus, mas; Hyacinthus Anglicus, *ſive* Belgicus; Colchicum commune; Crocus ſativus; Narciſſus; Iris vulgaris Germanica, *ſive* ſylveſtris; Iris alba, Florentina; Iris latifolia tuberoſa, Zingiber dicta, flore albo; Iris paluſtris, lutea, *ſive* Acorus adulterinus; Xyris, *vel* Iris agria, fœtida; Hermodactylus folio quadrangulo; Gladiolus; Aloe vulgaris; Aloe vulgari ſimilis, major, maculis albis picta, ſucco fœtidiore; Aloe Succotrina, anguſtifolia, ſpinoſa, flore purpureo; Ephemerum Virginianum, flore azureo, majori; Phalangium, parvo flore, ramoſum; Lilium album, vulgare; Tulipa; Dens Canis; Scilla vulgaris, radice rubra; Porrum commune, capitatum; Porrum ſylveſtre, vinearum; Porrum ſylveſtre, gemino capite; Cepa vulgaris; Cepa Aſcalonica; Cepa ſectilis, juncifolia, perennis; Allium ſativum; Allium ſativum alterum, *ſive* Alliopraſſum, caulis ſummo circumvoluto; Allium latifolium, montanum, maculatum; Moly latifolium, luteum, odore Allii, primum; Moly latifolium, flavo flore, foliis contortis; Cyclaminus folio rotundiore, vulgatior; Orchis latifolia, hiante cucullo, major; & Ophris bifolia.

ASPHODELUS ALBUS, RAMOSUS, MAS. *C. B. P. 28. Vid. Icon. 1. Tab. LXIII.*

ASphodelus, *ſive* Haſtula Regia, *quòd* Regii *ſceptri effigiem dum floret referat*. Ασφοδέλȣ *unius* Dioſcorides *lib 2. cap. 199. meminit, cujus florem* ἀνθερικόν, & Theophraſt 1 *Hiſt.* 10., & 7 *ejuſdem* 11., & 12. *qui Hiſt.* 7. ἀνθερικὸν *pro tota planta uſurpat.*

ASphodelus albus, ramoſus, mas. *C. B. P.* 28. *Aſphodelus, albus, ramoſus. M. H.* 2. 330. *Aſphodelus, major, flore albo, ramoſus. J. B.* 2. 625. *Aſphodelus. I. Cluſ. H.* 196. *Haſtula Regia vulgò.* *Folia* habet multa, oblonga, anguſta, triangularia, & veluti carinata, fungoſa, & lenta, mucronata. *Caulem* rotundum, lævem, bicubitalem interdum, in multos ramulos ſuperne fiſſum, quem à medio fere ſurſum vergendo exornant multi ſtellati *Flores*, quorum ſinguli ſex petalis conſtant, coloris intus albidi, foris verò nervo purpuraſcente, ſuccoſa petala ſecundum longitudinem quaſi diſtinguente (ut *Ornithogali* quaſi florum petala vireſcente linea diſtincta ſunt) totidem quot ſunt petala ſtaminibus medium occupantibus: floret per partes, ut vere dicit *Theophraſtus*, & incipit ab imis florere, at in ſummis etiamnum apparent flores expanſi dum floribus imis evanidis conſpiciuntur *Capſulæ* triquetræ, ſeu *Thecæ* tricapſulares, tribus eminentioribus protuberantiis præditæ; in quarum ſingulis continentur *Semina* dura, rugoſa, atra, figura triquetra, quæ per maturitatem, & ſiccitatem, apertis capſulis triangularibus, cadunt: *Radices* numeroſæ ex uno capite exeunt oblongæ, tuberoſæ, exiguis *Napi* ſimiles, ſed inferiore ſede craſſiores, atque ſingulæ in ſingulas longas fibras deſinunt, ſucci plenæ, candicantes, ingrati & acris guſtus. *Provenit in locis ſaxoſis, in ſylvis &c. Floret Aprili, in Hortis autem Majo, & Junio; Julio, & Auguſto ſemina perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Aſphodeli, *ut* Dioſcorides *tradit*, Radices *potæ urinam, & menſes ciunt; ſanant etiam lateris dolores, & tuſſes, & rupta convulſaque drachmæ pondo potæ ex vino; faciunt ad vomitiones magis idoneè tali magnitudine in cibo ſumptæ: dantur utiliter à Serpente demorſis trita: ſordida item, & depaſcentia ulcera, mammarum etiam, ac teſtium inflammationes, phymataque, & furunculos in fæce vini* Radix *decocta curat: recentibus inflammationibus cum Polenta auxiliatur.* Succus, Radices, *addito vetere vino dulci, Myrrha, & Croco illiniendis per quam utile oculis fit Medicamentum, ſi ſimul decoquantur. Ad purulentas aures idem per ſe, & cum Thure, Melle, Vino, & Myrrha, tritus prodeſt. In contrarium aurem infuſus dentium dolores ſopit. Uſtæ* Radicis *cinis alopecias impoſitus ad pilos reducit.* Oleum *in excavatis* Radicibus *ad ignem* Decoctum, *exulceratis pernionibus, & ambuſtis prodeſt, & infuſum eorum doloribus auxiliatur. Vitiliginem albam linteo ante in ſale perfrictam, illita* Radix *exterit.* Semen, & Flores *præcipue adverſus ſcolopendras, & Scorpiones excellens ſunt remedium.* Moriſ.

HYACINTHUS ANGLICUS, *ſive* BELGICUS. *J. B. 2. 585. Vid. Icon. 2. Tab. LXIII.*

HYacinthus *vocatur ab* ἴα Viola, & Cynthus, *quod erat cognomen* Apollinis, *quaſi* Viola Apollinis. Aliis Hyacinthus, *ab* Hyacintho *puero, ut fabulantur.* Ὑακινθ@ Dioſcoridi *l.* 4. *c.* 63. *ac* Theophraſto 6. *Hiſt.* 7., & *ut* Plin. *l.* 21. *c.* 11.

HYacinthus Anglicus, *ſive* Belgicus. *J. B.* 2. 585. *Hyacinthus oblongo flore, cæruleus, major. C. B. P.* 43. *Hyacinthus, major, cæruleo, oblongo, pendulo flore. M. H.* 2. 373. *Hyacinthus non ſcriptus, ſeu Dioſcoridis. Dod. Lugd.* *Folia* ſunt oblonga, anguſta, lævia, ſplendentia, *Porri* foliis anguſtiora, & minora: *Caulis* foliis viduus, glaber, teres, cujus coma florum pendere, & mole cùm primùm dehiſcere incipiunt, gravata, deorſum recurvatur: *Flores* oblongi, teretes, concavi, in latus ſe pandunt, per oras reflexi, colore utplurimum cærulei, ſubinde rubri, aut candidi, ſive nivei, Violæ nigræ aliquando etiam dilutam purpuram referentes: *Semen* in *Capſulis* triangularibus parvum, rotundum: *Radix* bulboſa, candida, perennis, lento ſucco, uti & tota herba, plena. *Paſſim provenit in Sylvis, & in Hortis floret Aprili.*

Temperamentum, & Vires.

Radix Hyacinthi Anglicani, *ſeu* Belgici flore oblongo *cum vino albo impoſita, authore* Dioſcoride, *impuberes ſervare creditur; ſiſtit autem alvum, & urinam ducit pota; at* Semen *majore vi aſtringendi præditum eſt, & ipſum in Theriacis medicamentis adverſus venenatas beſtias commodum eſt. Morbum regium quoque depurgat cum vino potum.*

tum. Galen. *de ſimpl. Medicam. facult.* Hyacinthi Radix *ordinis eſt primi in ſiccando, in frigefaciendo ſecundi jam completi, aut etiam tertii initio.* Radix Plinio *in vino dulci macerata, & illita pubertatem coercet, ſeu pilos non patitur erumpere. Urinam impellit. Contra Serpentes, Scorpiones, & morbum regium* Semen *ejus cum Abrotano datur. Et hæc paſſim* Dioſcorides *habet.*

COLCHICUM COMMUNE. *C. B. P. 67.*
Vid. Icon. 3. Tab. LXIII.

Κολχικὸν, *quod plurimum in* Colchide *naſcatur.* Dioſc. *l. 4. c. 84. cui* ἐφήμερον, *quod eodem die, qua ſumptum, interficiat.* Colchici *appellatio apud* Plinium *l. 22. c. 9. inter venena reperitur.*

Colchicum commune. *C. B. P. 67. M. H. 2. 340. Colchicum J. B. 2. 649. Dod. p. 460. Colchicum vulgare. Eyſt. Colchicum Fuch. Matth.* Colchico ſunt *folia* terna, quaterna, & plura, oblonga, lata, lævia, pinguia, *Lilii albi* forma, & lævore ſatis ſimilia; in brevibus pediculis exeunt duo, aut tres paulo poſt Autumni æquinoctium flores (nullis adhuc apparentibus foliis,) *Croci* prædicti *floſculis* cum forma tum colore, & petiolo breviore tenerioreque: aſſimiles, dilutius tamen cærulei, aut rubri candicanteſque; ſtaminibus internis pallide luteis; Singulis Floribus ſuccedunt ſingulæ *Capſulæ* tricapſulares, ſeu tribus potius loculamentis diſtinctæ, ſingulæ craſſæ ad magnitudinem pollicis, & ſingulæ unciam longæ (una reliquas duas magnitudine ſuperante), quæ per maturitatem in ternas partes ſe explicant, *Semine* plenæ rotundiuſculo, & ruffo colore nigricante, quo maturo, *folia* una cauliculis intercidunt: *Radix* tuberoſa, & uniformis ſubſtantiæ, turbinata, & oblonga, ab una parte in planum compreſſior, rimam ſeu ſulcum cum floret habens, reliquo tempore non apparentem, etiamſi tuberoſa, & ſolida ſit intus, quemadmodum affinis ſui *Croci* radix, extra itidem tunicis conveſtitur nigricantibus; *Radix* interior carnoſa, tuberoſa, candida, lacteo ſucco manans (fibras aliquot, ſeu barbillas demittens) dum quidem viret, & recenter è terra eruta; reſiccata etenim rugoſa, & foris interiuſque nigricat, aut obſcure rubeſcit &c. Sapore autem eſt dulci, amaritudinis tamen exiguum ſalivam eliceus ſubſequitur. *Reperitur in pinguibus lætis Pratis, & non raro in Montium convallibus. Germinant folia Vere; circa Solſtitium AEſtivum capſulæ cum ſemine maturantur: Flores circa Autumni æquinoctium, & paulo poſt aliquando reperiuntur.*

Temperamentum, & Vires.

Calidum, & ſiccum eſt in ſecundo ordine. Chabr. Colchicum *autem noſtras vulgare intra corpus ſumptum haud tutò adminiſtratur, quippe venenatum.* Moriſ. *præſertim* Radix Colchici *in cibo accepta ſtrangulando enecat, ut Fungi lethales, authore* Dioſcoride.

CROCUS SATIVUS. *C. B. P. 65.*
Vid. Icon. 4. Tab. LXIII.

Crocum *puerum, cum Smilacem puerum adamaret, in hunc ſui nominis florem verſum eſſe,* Virgilius, *&* Plinius *l. 16. c. 5. teſtantur.* Κρόκον *vero filum villumque ſignificat, cujuſmodi ſunt* Croci ſtamina, *ſeu* villi, *qui* κροκίδες *appellantur, qui plerumque terni, nonnunquam etiam plures in floris medio conſpiciuntur, & cum ſoli in uſum veniant, per excellentiam* Croci *nomine donantur.*

Crocus ſativus. *C. B. P. 65. Crocus. Dod. p. 213. J. B. 2. 637 Crocus Autumnalis, ſativus, floridus, & ſine flore. M. H. 2. 335 Crocum hortenſe Cam. Folia* oblonga, & perquam anguſta; *Flores* ſunt hexapetali, pulcro colore cæruleo, quoad formam, & *pediculum* cavum, rotundum, immediate ex Radice continuatum, *Colchici* floribus ſimiles, cum quibus in floribus maximam habent affinitatem, & omnimodam ſimilitudinem, ſed magis ſaturata purpura nitent, & in ſingulis *ſtamina* oblonga, terna ut plurimum, colore flammeo ſubrubentia, odore cum inaruerint poſt collectionem forti, & caput impetente, quæ cæteris partibus præteruntur, & in uſum colliguntur, Crocique nomine, vel ſola væneunt: *Radix* ſubeſt tuberoſa, carnoſa, rotunda, & diu vivax: tunica conſtat reticulari, miro artificio texta, & cooperta. *Seritur in pluribus regionibus, inque agris ubi læte viret, ut in* Cilicia, Cyrenis, Sicilia, Italia, Germania, Gallia, Britania. *Autumno floret.*

Temperamentum, & Vires.

Hæc Planta *eſt cordialis, aromatica, pectoralis, anodyna, hypnotica, alexiterica, & aperiens; nam habet vires integrè diſſolvendi ſanguinem, & vidi Fœminas defluxiſſe ab uſu nimio* Croci *per menſtrua, & viros per hæmorrhagiam narium, dein quoque homines reddit ebrios, & ſomnolentos, ſic vidi caſum, in quo Medicus dederat viro morbo melancholico laboranti* Crocum *nimis magnâ copiâ, qui inde in delirium perpetuum cum riſu incidit, & ille nonniſi Aceto curabatur; hinc debemus nos abſtinere à nimio uſu hujus* Herbæ: *verùm ſi defectus ſit ſpirituum, ſi diſſolvendi humores, ſi bilis iners, ejuſque defectus eſt ſupplendus, tum quidem cum prudentia* Crocus *datus convenit, aliter nocet; in Aſthmate tamen convulſivo, tuſſi dyſpnoea, phtyſi, roborando, & exhilarando corde, in menſium, lochiorum, & fœtus remora, & ictero conducit; frontalibus admotus phrenitidem, maniam, & cephalalgiam à frigido ortam tollit, in ſyncope, & palpitatione cordis externè ventriculo applicatus eum roborat, membris paraliticis, & induratis impoſitus mirè diſcutit;* Crocus *in Aqua Roſarum infuſus prodeſt in variolis ad oculos lavandos. Hæc* Planta *conducit in colica, & ingreditur multas compoſitiones. Cætera vide apud* Dodod. Jo. Bauh. Sim. Paul. Moriſ., *&* Boerh.

NARCISSUS. *T. 353. Vid. Icon. 5. 6. 7.*
Tab. LXIII.

Narciſſus *vocatur à* ναρκὸς *vel* ναρκη topor, *vel* ſopor profundus, *quia floris odor capitis gravedinem, & ſtuporem conciliat; hinc* Plutarchus *dicit hanc Plantam ſacram eſſe diis infernis, unde* Teocritus *dicit in atrio lethi conſanguineos eſſe* Narciſſos poetarum, *de quo* Narciſſo *fabulantur,* Narciſſum, *puerum fuiſſe* Cephiſi *amnis, &* Lyriopes Nymphæ *filium, tantæ formæ præſtantia, ut quum aliquando ad fontem bibiturus acceſſiſſet; conſpectæ ſuæ imaginis amore captus, quum nulla potiundi amoris ſpes eſſet, nimio deſiderio conturbaverit, & in florem ſui nominis commutatus ſit, hinc* Rapinus *canit.*

Nec mora flaventi pallebit multus in auro
Narciſſus, miſer ah! quondam puer, ille ſub undis
Dum ſe contemplatur, amat; ſed perdit amantem
Forma, novumque facit pueri de corpore florem.

Et Virgilius.

Nuſquam
Corpus erat croceum medio de corpore florem.
Inveniunt foliis medi cingentibus albis.

Sic ut perfectè hic Narciſſus *ibi deſcribatur, licet* Virgilius *quodammodo contradicere videatur. Veteribus omnes* Bulbocodii *dicebantur, quia in omnibus his cruda* Radix *ſtomachum ſubvertit.*

Narciſſus. *T. 353. Folia Porri; Caulis* excavatus, ſtriatus, nudus; *Flos* nudus, inferiùs anguſtus, tuboloſus, ſupra hexapetaloïdes, inſtar *Stellæ* expanſu, in centro ſuo gerens coronam floralem, Campanæ vel tubo ſimilem, *ſtamina* gerit ſex: innaſcitur vel parti ſupremæ ovarii, quæ fiſſa in tres partes continetur intra coronam in his, qui gerunt *Tubum* pro coronâ, vel innaſcitur parti ſupremæ longæ tubæ, in iis, qui campanulam habent pro coronâ; finis pedunculi gerit *Ovarium*, quod in iis, qui unum florem ferunt in uno calice, tegitur unâ longâ tubâ, quæ ſimulat *Calicem* membranaceum, vaginalem; in iis verò, qui plures *flores* quaſi umbellatim producunt, vaginâ hæc infima pedunculorum obtegens, *Ovaria* relinquit nuda; *Ovarium* fit *fructus* oblongus, trigonus, diviſus in tria loculamenta, continentia *Semina* ſubrotunda, nigra, amara; *Radix* bulboſa, externè nigricans, internè albeſcens, viſcoſa, amara. *Hæc Planta in Hortis colitur ob pulchritudinem, & ſuavem odorem floris.*

Vires.

Hujus Plantæ *ſunt, quod 1. odor ſit* ſoporiferus, *2. quod* Bulbus *ſit emeticus, & in Chirurgicis detergens, maximè conglutinans, & reſolvens.* Boerh.

IRIS VULGARIS, GERMANICA, *ſive* SYLVESTRIS.
C. B. P. 30. Vid. Icon. 8. Tab. LXIII.

Iris *vocatur à* varietate colorum florum Arcus cæleſtis ſpeciem referentium.

Iris

IRis vulgaris, Germanica, *ſive* ſylveſtris. *C. B. P.* 30. *Iris vulgaris violacea, ſive purpurea, ſylveſtris. J. B.* 2. 709. *Iris cærulea Dod. Iris ſylveſtris Matth. Lugd. Tab. Iris latifolia major vulgaris. Cluſ. H.* Omnes autem *Irides* tuberoſæ dividuntur in latifolias, & anguſtifolias, latifoliæ in majores, ſeu proceriores, & minores, ſeu pumilas. *Iris* autem tuberoſa latifolia major hortis vulgatiſſima *Radice* geniculatim conjuncta conſtat, & per obliquum agitur, craſſa, rugoſa, guſtu acri, conſumptoque ſuperfluo humore tandem odora: *Caules* cubitales, & ſeſquicubitales, ramoſi, teretes: *Folia* unciam lata, aut latiora, rigida, ſtriata, in gladii mucronem exeuntia: *Flores* amœni, violacei, tribus petalis repandis per oras infimas variegatis, coſta ad medium uſque folium crocatis apicibus villoſa: totidem ſurrectis obtuſis mucronibus, & fere rotundis, carinata inclinatione coëuntibus inter tria longa, prædictis ſex minora, mentis ſeu petalis repandis incumbentia, & ſub exortum arcte ipſis conjuncta, dilutiore violaceo colore tincta, in ſummo fiſſa, mordicus in exortu adhærentia, & juncta repandis, quibus poſtica parte totidem concolores fibræ albicantibus apicibus opprimuntur. In ſumma totus flos *Iridis* omnes colores repræſentat, unde nomen invenit. Poſt octiduum flos contrahitur exſiccaturque, decidit, oblongum, ac triangulare *Capitulum* relinquens, quod in tria loculamenta diviſum eſt; in quorum ſingulis conſpiciuntur *Semina* rotunda, oblonga. *Iris tuberoſa ſylveſtris* parum differt, aut paucis notis à *ſativa* diſtinguitur, *foliis* ſcilicet minoribus, & hyeme prorſus non apparentibus, cùm *ſativæ* folia hyemis ſævitiei contumaciter reſiſtant: *Caulem* etiam *ſylveſtris* breviorem, quàm *ſativa* fert, è quo *flores* viginti fere diebus ante *ſativæ* flores erumpunt, colore magis purpureo; cætera convenit. *Hæc eſt, quam in tectorum culminibus, vinearum maceriis, & muris plantare conſuerunt, quæ in Hortis translata cultura ſpecioſior eſt.*

Vires, & Uſus.

Calef., & ſicc. 3. *valdè Hydragoga eſt, ac Errhina. Uſus præcip. in hydropicor. aqua educenda. Extrinſecus in impetiginibus, aliiſque corporis maculis detergendis.* Schrod. Aquam è purpureis floribus *deſtillatam cum* ſpeciebus Diatrionſant., & Cinamomo, *ut efficaciſſimam in Hydropicis, commendant* Geſnerus, Hollerius, & *alii.*

IRIS ALBA, FLORENTINA. *C. B. P.* 31.
Vid. Icon. 9. *Tab LXIII.*

IRis alba, Florentina. *C. B. P.* 31. *M. H.* 2. 351 *Iris flore albo. J. B.* 2. 719. *Irios officinarum, Dod. Gall. Lob. Adv. Iris major alba, Illyrica vulgo, potius Florentina, Cam. Iris latifolia major, alba. Cluſ. Hiſt.* Qui purpuream vulgarem *Iridem* rectè norit, is nullo negotio hanc albam *Florentinam* dignoſcet: nullam quippe in *Radicibus*, *Foliorum*, *Florum*, & *Capſularum* ſeminalium forma differentiam notabilem animadvertimus; at in coloris varietate, & radicis odore intentiore non modicum eſt diſcrimen: *Folia* enim colore ad glaucum magis accedunt: *Flores* gratiore odore præditi, & lacteo candore perfuſi ſunt, extimorum coſtis non minus, quam purpuræ extra virentibus, quibus intra lutea crocomata reſpondent; imorum autem foliorum margines luteæ ſtriæ percurrunt: *Radices* hujus *Iridis* ſiccatæ non corrugantur; & differt à præcedente, quod hæc ſit radice minore. Forte regio ſolummodo eſt in cauſa diverſitatis à noſtra vulgari, hoc enim rationi conſonum eſt, quod *Plantæ* fragrantes *Floribus*, aut odoratæ *Radicibus*, intenſius in calidioribus, & ſiccioribus regionibus, quàm in frigidioribus, & humidioribus redolent, ſuavioremque ſpirant, & ſuffundunt odorem. *Collitur in* Hetruria, *& in aliis locis.*

Temperamentum, & Vires.

Calefac., & ſicc. 2. *incidit, atten. expectorat, diger. abſterg. emollit. Uſus præcip. in mucilagine, ſeu tartaro pulmonum, tuſſi, aſthmate, obſtructione menſium, torminibus ventris infantum. Extrinſecus abſtergit cutis maculas, & lentigines (cum Elleboro, & Melle mixta), ovi fœtorem emendat: celeberrimus pulvis, qui capillis inſpergitur. Vulgus vocat pulverem de Cypro.* Schrod.

IRIS LATIFOLIA TUBEROSA, ZINGIBER DICTA, FLORE ALBO. *M. H.* 2 350.
Vid. Icon. 10. *Tab. LXIII.*

ZIngiber *cùm folia* Iridis, *& ſiliquam aliquatenus* Xyridi *ſimilem habeat, adeo hìc agendum: quod* Dioſcoridi *l.* 2. *c.* 190. Σιγγίβερις; Galeno, *&* Oribaſio Ζίγγιβερ: *dicitur;* Plin. *l.* 12. *c.* 7 Zimpiberi, *&* Zingiberi *habet.*

IRis latifolia tuberoſa, Zingiber dicta, flore albo. *M. H.* 2. 350 *Zingiber. C. B. P. Zingiber flore albo. Swert. Zingiber, & ejus ſiliqua. J. B. Chabr.* 246 *Zingiber Orientale floreſcens, Park. Gingiber, Herbariis. Zingiber Folia* edit *Iridis* paluſtris more, teſtibus *Garzia* ab Horto, & *Monardo. Radicibus* conſtat ex pluribus tuberibus geniculatim conjunctis conflatis, unciam, aut ſemiunciam longis, digitali craſſitudine, anguſta cervice commiſſis eadem ratione, qua *Anemonis* radices. *Cortice* extenſo, ex cinereo fuſco, ſubſtantia itidem intus cinerea albicante, ſolidiuſcula, fibris longis intertexta, ſapore fervido aromatico, *Piperis* æmulo: ex radice oriuntur *Caules* ſuſtinentes *flores Iridis* forma, colore albo. *In India Orientali colitur, vel Radicibus ſectis, & ſeparatis, vel* Seminibus *ſatis:* Folia, *inquam, habet* Iridis paluſtris, *aut* Gladioli, *non autem graminea, aut miliacea, ut vult* Acoſta. *Duplex eſt* Zingiber *quoad ſubſtantiam, ſeu conſiſtentiam, & colorem radicum, non autem, quoad formam diverſum, nigrum, tenuius, & album intus candeſcit, & mollius eſt, quod cùm in Officinis, tum culinis uſurpatur; nigrum, & durius, & magis lignoſum, & intus nigreſcit, cujus figuram hìc damus.*

Temperamentum, & Vires.

Radicibus Zingiberis *utuntur ad multa, quemadmodum nos (inquit* Dioſcorides) *Ruta, in potionibus, quæ cibo præmittuntur coquentes, & aliis coctulis admiſcentes. Vim habet calefaciendi, coquendi, mollificiendique, & ſtomacho valde commodam. Facit etiam ad ea, quæ oculorum pupillis tenebras offendunt. Ammiſcetur quoque Antidotis; & in ſumma, Piperis facultatibus quodammodo ſimile eſt* Zingiber. Zingiberis Radix *excalefacit fortiter, ſed non ſtatim primo occurſu veluti Piper, unde ſane, & ipſum partium minus ſubtilium, quam Piper exiſtimandum eſt, ſiquidem in tenues ſolveretur partes, & celerrimo actu, ut illud, fieret calidum. Vide cætera apud* Jo. Bauh *Tom* 2 *pag.* 746 *Optimum eſt* Malabaricum, Arabicis, & Perſis *maxime expetitum, ſecundum locum obtinet, quod in* Bengala *colitur. Invenitur etiam in* Inſulis *Divi* Laurentii, & Comaro, *quæ* AEthiopiæ *ſunt finitimæ regiones.*

IRIS PALUSTRIS, LUTEA, *ſive* ACORUS ADULTERINUS. *J. B.* 2 752.
Vid. Icon. 11. *Tab LXIII.*

IRis paluſtris, lutea, *ſive* Acorus adulterinus. *J. B.* 2. 752. *Iris paluſtris, lutea. T.* 360. *Tab. Ic.* 643. *Acorus adulterinus. C. B. P.* 34. *Pſeudoiris, ſeu Iris ſylveſtris. Dod. Pſeudoiris paluſtris. Eiſt. Acorus falſa Cordi in Dioſc. Geſn. H. Acorus vulgo, Cæſ. Butomon. Cluſ. H. Gladiolus luteus. Fuch. Iris* hæc paluſtris lutea *Folia* quoque gerit *Iridis* vulgaris, ſed longiora, & anguſtiora, dorſo aliquantulum utrinque extante: *Caules* glabros *Iridis* latifoliæ haud diſſimiles, ſubinde bicubitales: atque in iis *Flores* complures uti aliarum *Iridum*, niſi quod horum ſuperiora petala omnino parvula ſunt, & præ iis, quæ in veris *Iridibus* viſuntur, quædam veluti tantum ſunt rudimenta, ac prima lineamenta; *Florum* ſingulorum tria ſunt petala repanda, lutea, cum fimbriis itidem luteis, quibus linguulæ tres carinatæ, luteæ itidem incumbunt, & ſub exortum iiſdem arcte adhærent uſque ad medietatem mentorum, & ultra, nec abſque ruptura inde avelli queunt: tribus vexillis parvulis, luteis pariter, & ſurſum tendentibus ſuccedunt rudimenta *capitum*, quæ tamen evadunt *Capſulæ* trigonæ, ſeu tribus loculamentis diſtinctæ, in quorum ſingulis continentur multa *Semina* compreſſa, plana, ordine digeſta, cartilaginea, *Lentibus* majora: *Radices* obliquè oblongæ, geniculatæ, cirroſæ, in propagine diviſæ, colore pallide rubentes, guſtu adſtringentes; atque ex ſingulis geniculis demittuntur fibræ ſatis craſſæ, & longæ, quibus nutriuntur, & prædictæ radices, & tota planta. *Paluſtribus locis, & riguis, & humidis tractibus* Italiæ, Germaniæ, Galliæ, Angliæ,

Bel-

Belgiique ſatis familiaris. Floret Majo, & Junio, & verſus Autumnum ſemen ſuum perficit.

Vires.

Radix facultatem habet aſtringentem, quippe frigida, & ſicca ſecundo exceſſu; dyſentericas, & alias veneris fluxiones cohibet; menſes, & ſanguinem undequaque fluentem ſiſtit, ac ſupprimit in potu, aut aliter ſumpta. Radix autem inſigniter aſtringit. Extrinſecus ad dyſenteriam præcavendam, more noſtratium, de collo ſuſpendi ſolet. Cætera apud Jo. Bauh. Croll. Schrod., & Moriſ.

XYRIS, vel IRIS AGRIA FOETIDA. M. H. 2. 349.

Vid. Icon. 12. Tab. LXIII.

ΞΥΡΙΣ, ob folii ſimilitudinem, quaſi raſorium cultrum dicitur, de qua Dioſcorides l. 4. c. 22. Spatula fœtida, tum ob folii figuram Gladiolum referentis, tum quòd gravem odorem exalet, vulgo dicitur.

XYris, vel Iris agria fœtida. M. H. 2. 349. Gladiolus fœtidus. C. B. P. 30. Spatula fœtida. Dod. p. 247. Spatula fœtida, pleriſque Xyris. J. B. 2. 731. Xyris, vel Iris agria. Theoph. Xyris, ſeu Spatula fœtida. Park. Xyris Matth. Lob. Cam. Ger. (cui & Gladiolus Italicus) Fuch. Lon. Geſn. Her. Cæſ. Taber. Iris fœtidiſſima, ſeu Xyris. T. 360. Hæc plantula fœtida (ob fœtorem gravem, quem folia abrupta edunt) Caule foliiſque Iridi figura omnino ſimilis: Folia tamen nigriora, gravem fœdumque cimicum odorem ſpirant, præſertim ſi confricentur, atque digitis atterantur: Flores quoque ſimiles, ſed minores, purpurei, ſordidi, & obſoleti coloris, vel, ut Valerius Cordus, ſaturata purpura arridentes, qui Capſularum triangularibus rudimentis quaſi ab ipſis exorientibus inſident, quæ tandem defluentibus floribus, majores factæ, & dehiſcentes, in tres dividuntur partes, ſeu loculamenta, in quorum ſingulis plurima continentur ſemina Ochri, ſive Erviliæ ſeminum magnitudine, rubentia, Pæoniæ ſeminum inſtar ſplendentia, quæ reſiccata contrahuntur, & nigreſcunt: Radices novellæ plantæ fibroſæ, ſed adultiores rotundæ, tuberoſæ, longæ, per juxtapoſitionem geniculatim contextæ, atque ex geniculis craſſiores fibræ dependent. In Hetruria, & aliis Italiæ, & Galliæ locis multis exit. In aliis locis, præterquam in hortis reperitur. Florem edit Majo, Junio, Julio, & Auguſto, ſemen Autumno maturatur.

Temperamentum, & Vires.

Xyris tenuium eſt partium, inquit Galenus, aſtrictoriæ, digerentis, & deſiccantis eſt facultatis cùm Radix, tum multo etiam amplius Fructus, qui quidem & urinam ciet, & lienes induratos ſanare poteſt. Dioſcorides ait Radicem contra capitis vulnera, & fracturas facere, aculeos educere, & telum omne citra dolorem extrahere, admixta æris tertia parte, & Centaurii quina parte, & Melle: ſanare œdemata, & inflammationes cum Aceto impoſitam, ac convulſa, rupta, coxendicum dolores, ſtillicidia urinæ, & diarrhœas; cum paſſo tritum Fructum urinam potenter movere tribuli pondere ex Vino bibitum, lienem vero minuere cum Aceto potum. Moriſ.

HERMODACTYLUS FOLIO QUADRANGULO.

T. C. 50. Vid. Icon. 13. Tab. LXIII.

HErmodactylus vocatur ab ἑρμῆς, Mercurius, & δάκτυλος digitus, quia radix phalanges digitorum refert.

HErmodactylus folio quadrangulo. T. C. 50. Boerh. 2. 125. Iris tuberoſa, folio anguloſo. C. B. P. 40. Hermodactylus verus. Matth. 778. Iris tuberoſa. Eyſt. Dod. p. 248. 249. Iris tuberoſa Belgarum, & ſecundùm Aldrovandum Lonchitis prima Dioſcoridis. Lob. Obſ. 51. Iris bulboſa, præcox. Cluſ. H. Iris tuberoſa flore obſcure viridi colore, Swert. Iris tuberoſa folio anguloſo flore obſcure viridi colore. M. H. 2. 348. Folia ſunt oblonga, & anguſta, anguloſa, ternis canaliculis donata: Flos in cacumine erumpit, formâ omnino Iridis, veruntamen & minor, habita ratione petalorum anguſtiorum; obſcure viret, nihilominus in obtuſiore, & prona menti parte fimbria nigricat: Capitulum ſatis magnum perfecto ſemine dependet, in tres rimas fatiſcens: Semen rotundum Orchi ſemine minus, initio inalbicat: Radix binis, aut ternis conſtat tuberibus, oblongis, à ſummo apice pendentibus Aſphodeli inſtar, & digitos referentibus. Peregrina ſtirps eſt, quæ ex Orientis partibus, & Conſtantinopoli regionibus vicinis, indeque in Italiam, & Galliam, aliaſque Septentrionales regiones infertur.

Vires.

Radix hujus Plantæ habet tuber exiguum, quod validiſſimè ſurſum deorſumque purgat; hinc laudatur in podagra; ob annoſitatem omni virtute catharctica orbata eſt; commendatur hæc Radix in gutta ſerena tanquam ſpecificum; additur Zinziber propter ejus viſcoſitatem tormina cauſantem. Boerh.

GLADIOLUS. Dod. p. 209.

Vid. Icon. 14 Tab. LXIII.

GLadiolus à foliorum forma, quæ gladium quodammodo refert. Dioſcoridi l. 4. c. 20. Ξίφιον, & φάσγανον dicitur: & Gaza apud Theoph. 7. Hiſt. 11., & 12. Enſem vertit Plin. l. 25. c. 11., & 26. c. 8. Xiphion, & Phaſganon nominat.

GLadiolus. Dod. p. 209. Gladiolus floribus uno verſu diſpoſitis, major, & procerior, flore purpureo-rubente. C. B. P. 41. Gladiolus, ſive Xiphion. J. B. 2. 701. Gladiolus Narbonenſis. Lob. Xiphion minus, Cluſ. H. Victorialis rotunda. Eyſt. Gladiolo huic folia ſunt oblonga, compreſſa, anguſta, paululum in ſuperficie ſtriata, gladii laminæ modo mucronata, Iridis foliis multo anguſtiora: Caulis lævis, teres, cubito longior, circa cujus ſummum flores ſex, aut ſeptem, ordine ſupra ſe invicem ad unam caulis partem digeſti, & geniculis adhærentes, quorum ſinguli ex ſex petalis conflantur, colore purpureo-rubente, ſplendentes: hiſce ſingulis ſubveniunt ſingulæ Capſulæ in rotundum oblongæ, putamine Amygdalæ majores, tribus loculamentis exſiccatæ hiantes; in quorum ſingulis plurima continentur Semina oblonga, paleacea: Radix rotunda, tuberoſa, intus dura, extra reticulato cortice obvoluta, gemina, altera ſuper alteram inſidens, quorum ſuperior Veris initio minor, ac vegetior, inferior major, ſed flaccidior, quæ paulo poſt perit in plures ſeſe ſubinde multiplicans. Frequens in editis fruticoſis, & herboſis locis, in pratis, & arvis inter ſentes.

Temperamentum, & Vires.

Gladioli Radix ſuperior dulcis decocta trita, & farinæ admixta panem dulcem atque innoxium reddit. Permultas juxta eum ſcolopendras reperiunt, teſte Theophraſto; gaudent enim ea Herba, frequenteſque congregantur in ea. Poteſt ex authoritate Dioſcoridis ſuperior Radix cum vino, & Thure impoſita ſpicula, & aculeos extrahere. Cum farina vero Loliacea, & Aqua mulſa panos diſcutit, unde ejuſmodi Emplaſtris additur. Ducit & menſes appoſita. Tradunt etiam ſuperiorem Radicem cum vino epotam Venerem exſtimulare, inferiorem ſteriles facere: quin & ſuperiorem Radicem cum Aqua bibendam commode exhiberi pueris, quibus ex inteſtinorum hernia inteſtina in ſcrotum dilabuntur. Similes ei vires, & Plinius lib. 25. c. 21. attribuit. Galeno Gladioli Radix attrahendi, diſcutiendi, & ſiccandi vim habet, & octavo de Facult. Medicam. ſimpl. Xiphii Radix, maxime autem ſuperior, trahit, digerit, deſiccatque. Vid. Croll., & Moriſ.

ALOE VULGARIS. C. B. P. 286.

Vid. Icon. 1. Tab. LXIV.

ALoe venit à prima craſſa tuberoſaque Radice, quamvis in multis Africanis jam detectis eſt filamentoſa, hæcque jam eſt Aloes Veterum; ſecunda ſuccum paulo fœtidiorem, & Folia maculata habet; tertia Aloe Soccotrina, quæ eſt Inſula, undè deducitur, non verò hìc debet ſcribi Succotrina, nam hoc male: hoc quadruplo carior aliis venditur, & hæc eſt propriè dicenda Zoccotrina; ſed unde nomen? putant nonnulli ab ἁλς Mare, ſed hoc falſum, nam eſt vox Arabica, vel Hebraica, nam in Sacris hæc invenitur, ſi Folia recentia rumpantur, tum apparent canales, qui Succum aureum fundunt, & illa eſt Aloe puriſſima, & illa patina ſuppoſita excipitur, habet etiam venas viridem ſuccum ferentes, qui hìc non admiſcendus eſt. Naſcitur in Arabia, Perſia, America, Africa,

&

& Ceylon. Prima, & ſecunda creſcit inter Arabiam, & AEthiopiam.

ALoë vulgaris. C. B P. 286. M. H. 2 414. Aloë. J. B. 3. 696. Dod. p. 359. H. Eyſt. Aloë communis. Cam. Aloë Trag. Matth. Fuch. Dod. Ravvolfii (quæ in Rama Iudææ copioſa). Adv. Lob. Cluſ. Hiſt. Aloë Soccotrina, & Azuar, Linſc. Aloë Folia habet Scillæ ſimilia, oblonga, lata, lævia, craſſa, retrorſum repanda, utrinque crenata, aſpera, & retuſis aliquot Spinulis aculeata, lento, tenacique Succo plena, æterni viroris, inſtar foliorum Sempervivi, adeo ut per Hybernos menſes extra terram, etiam in hypocauſtis, & cœnaculis ſuſpenſa, non marceſcat: Caulis inter folia aſſurgit ſtriatus, ut ait Dioſc. Antherico ſimilis eſt; Flos albicans, monopetalus, tubulatus, infra prominens in ventrem, ſupra anguſtior, & ibi in ſex ſegmentis ſciſſus, nudus, clavo Hyacinthino affixus, ſex ſtaminibus præditus; Fructus oblongus, trilocularis, cylindraceus, hexagonus, fœtus Seminibus ſibi mutuo impoſitis, planis ad loculamentum ſuum accommodatis quaſi ſeminibus circularibus: Radix perennis, ſingularis, craſſi pali quoque inſtar in terram adacta. Tota Herba amariſſima eſt ex ea quoque Succus collectus amariſſimus.

ALOE VULGARI SIMILIS, MAJOR, MACULIS ALBIS PICTA, SUCCO FOETIDIORE.

Boerh. 2. 129. Vid. Icon. 2. Tab. LXIV.

ALoë vulgari ſimilis, major, maculis albis picta, ſucco fœtidiore. Boerh. 2. 129. An Aloë Guineënſis, Caballina, vulgari ſimilis, ſed tota maculoſa? Commel. Prælud. 40. . Aloë vera, vulgaris. Munt. Aloëdar. 17. Deſcr. fol. 19. Katanaku, vel Catevala. H. Malab. Radix penniformis, fibris ex albo flaveſcentibus oblongis veſtita, carnoſa, aquea, filamentis lignoſis, raris pertexta, ſaporis aquei, linguam nonnihil vellicantis. Caulis ex illa prodit unicus, brevis, rotundus, ſurrectus, intus carnoſus, aqueus. Folia bina, decuſſato ordine, ex caule emergunt, quorum principia caulem amplectuntur, in latum extenſa, ad longitudinem cubiti, & amplius excreſcentia, ſenſim in cuſpidem ſtricta, valde craſſa, ſuperiori parte plana, inferiori, qua radici obvertuntur, convexa, glabra, maculis albis picta, in oris ſpinis viridibus, rigidiuſculis munita, de cætero pulpâ aqueá, clarâ, ac viſcidâ inſtructa, in qua fibræ raræ, virides in longum ſparſæ viſuntur, ſaporis aquei, & ſubdulcis. Flores in caulibus rotundis, qui ex radice oriuntur, ac folioſis involucris hinc inde veſtiti, & intus fiſtuloſi, humidi, plures congregati proveniunt, oblongi, monopetali, ſuperne in ſex partes diviſi, in cuſpidem deſinentes, exteriora verſùs nonnihil inflexi, fiſſi, in collo flavi crocei, ſtriis Aurancei coloris perfuſi. Stamina in illis ſex viridi-albicantia, apicibus oblongis, ſurrectis, ruffis, donata, Stylus in medio albicat. Fructus ut in Aloë vulgari. Planta eſt arenoſo, & petroſo gaudens ſolo.

ALOE SUCCOTRINA, ANGUSTIFOLIA, SPINOSA, FLORE PURPUREO.

Breyn. Prod. 2. H. A. 2. 91. Vid. Icon. 3. Tab. LXIV.

ALoë Succotrina, anguſtifolia, ſpinoſa, flore purpureo. Breyn. Prod. 2. H. A. 2. 91. Aloë vera, minor. Munt. Aloëdar. 20. Deſcr. 21. Ic. Aloë Indiæ Orientalis, ſerrata ſoccotrina vera, flore phæniceo. H. Beaun. Aloë Americana, folio Ananæ, floribus ſuaverubentibus. Plukn. 240. 4. Aloë Americana, minor, foliis per margines frequentiſſimis, & molliuſculis, ſpinis armatis. H. L. 16. Aloë Americana, ſerrata, floribus coccineis. Par. Bat. Prod. 306. Radix tuberoſa, cortice cinereo obducta: Folia emittit ſaturatè vireſcentia, in ſeſquipedalem longitudinem producta, anguſta, craſſa, ſucculenta, extremò in mucronem denſè ſtipatis deſinentia, ſentibuſque exiguis, pallidis, mollioribus armata. Ex horum medio Thyrſus, ſeu Caulis emittitur ſeſquipedalis, & altior, teres, lævis, parte ſuperiore foliolis amictus, colore fuſco, cujus cacumen Floribus ornatur denſiſſimè ſtipatis, & ſpicatis, hexapetalis, dilutè purpureis, notantibus, ab imo ad ſummum uſque ſucceſſivè ſe explicantibus, horum petala ad ungues connata, inter quæ ſtamina aliquot rubicunda emergunt, extra flores emicantia: hiſce præteritis, ſuccedunt Capſulæ ſeminales triangulares. Folia tranſciſſa Succum emittunt luteum, atque amarum, qui melioris eſt notæ, ac odore gratior; quam vulgaris, & veræ Aloës, cujus ſuccus ingratus, & fœtens, hujus verò odor cum Aloë ſuccotrina vera convenit.

Vires, & Uſus.

Aloe Soccotrina eſt Succus gummoſus, & reſinoſus ex fuſco nigricans dum fractus in lamellas, ſplendens, & pellucidus ex foliis, imo & Planta tranſverſim verſus radicem diſſectis, ſponte ſua in vere, ubi Succi nutritii luxuriant, in ſuppoſitas patinas amplas deſtillans, vel etiam expreſſus, in quibus à Sole condenſatur, & exſiccatur, inde ulterius inſpiſſatur, & quo diligentius hæc fiunt, eo pellucidior, & nobilior fit, ſaporis, & odoris cum Hepatica ejuſdem; colligitur in Inſula Soccotra; hinc ille Succus ſe ſponte in duas partes ſeparat 1. in ſpiſſiorem fundum petentem, 2. in tenuiorem ſupernatantem. Aloe eſſe optimum cognoſcitur ſplendore, friabilitate, ſolutione in Aqua, quod in fundo ab illa fæculentum remanet, id Aloen Caballinam conſtituit. Caballina eſt Aloes Aſiatiæ ſuccus gummoſus, nigricans, priori ponderoſior, craſſior, ac impurior, expreſſus ex Foliis Aloes diſſectis, Sole concretus, & ſaporis ſubacris, amariſſimi, nauſeoſi, odoris gravioris quaſi picei, & myrrhati. Conficitur etiam in omnibus Maritimis Indiæ Orientalis tractubus. Hepatica eſt Aloes Aſiaticæ ſuccus gummoſus, & reſinoſus, externè fuſcus, internè flaveſcens, hepatis inſtar, ex foliis Aloes expreſſus, imo & Plantis tranſverſim verſus radicem inciſis, in patinas ampliores exſtillans, Sole concretus, & condenſatus, ſaporis acris amariſſimi, nauſeoſi, pinguis oleoſi, & adſtringentis, odoris fragrantis ad Myrrham accedentis. Colligitur Hepatica in China non Soccotra; hinc tantùm differunt Hepatica, & Soccotrina non niſi loco natali. Galenus dict. Succum aureum ſponte ſtillantem innoxiè purgare, nam dicit idem eſſe ac granum unum, vel decem ſumantur, ſed de hac re tamen dubito. Amarus ejus Succus reſiſtit putredini, hinc veteres AEgyptii hoc uſi ſunt ad condienda Cadavera, ut Royſchius hodie perfectè excoluit, apud Galenum dicitur, Hiera picra Officinalis verum an hæc ſit Aloe &c. Mirum, quid in his omnibus obſervavi, quod à nemine notatum legi, quod ex Flore ſemper Mel dulciſſimum ſtillet, licèt cæterùm Planta ſit amariſſima, nam in proverbio eſt vita hominis plus Aloes, quam Mellis habet. Hepatica, quæ mihi optima videtur, vim purgantem habet in ſubſtantia gummoſa, cui quippiam mucaginis reſinoſæ, in qua vis ſtyptica, & balſamica jungitur, purgat blandè, & in ſpecie humores bilioſos; ſpecificum habetur in affectibus capitis, in præcavenda putredine, in omnibus morbis à bile oriundis. Aloe eſt virtute abſtergendi, & attenuandi valens, mirè liquida reſolvens, nam ipſæ ſanguinis partes divelluntur hoc interpoſito: valet vi ſumma revellendi, aut reſolvendi reſinas, & gummata, ut evadant aquæ ſimiles, hinc ſumma vis aperiens, & attenuans ſanguinem ei ineſt, princeps eſt emmenagogum, & ecbolicum, aperiendo, & expellendo agens, ad menſtrua obſtructa, & fœtum expellendum commendatur, gluten in primis viis reſolvit; peſſimè adhibetur, ubi vaſa tenera, & putrefacta ſunt, hinc venenum mulieribus teneris, Phtyſicis, nimiis uterinis fluxibus, & hæmorrhagiis, ſed ad pituitoſos humores expellendos ſummum, neque alteri comparandum eſt remedium; inde fiunt Pillulæ, & Emplaſtra contra vermes, vis ei ineſt balſamica, obquam in æternum conſervantur animalcula: ob ſingularem acredinem excitat hæmorrhoidum fluxum, venaſque hæmorrhoidales aperit, quod tamen impeditur Aloe roſata, & violata facta; externè ulcera, & vulnera mundificat, toſta & virtute purgante orbata vim adſtringentem habet, & propterea in fluxibus quibuſvis ſanguinis ſpecificum eſt. Caballina, Caballis, ſeu Equis exhiberi debet, non Hominibus. Indi utuntur Caballina pro incruſtandis navibus, Picis loco. Plura lege apud Schrod. Jo. Bauh. Moriſ., & Boerh.

EPHEMERUM VIRGINIANUM, FLORE AZUREO MAJORI. T. 367.

Vid. Icon. 4. Tab. LXIV.

EPhemeri nomen à floris imbecillitate, ad ſecundum uſque diem non permanentis, planta hæc ſortita eſt, inquit Moriſ. Ephemerum jam à veteribus notatum, & apud Nicandrum Medicum Poetam, tum dicebatur Herba quædam contra ictus Aranearum, & Scorpionum efficaciſſima.

EPhemerum Virginianum, flore azureo Majori. *T.* 367. *Boerb.* 2. 133. *Phalangium Virginianum, amplo flore azureo.* *M. H. R. Bloeſ. Phalangium, Virginianum, foliis latioribus, radice repente, flore tripetalo axureo.* *M. H.* 2. 334. *Folia* hic graminea; *Calix* trifolius; *Flos* tripetalus ovario ſuppoſitus, roſaceus, habens ſtamina tria; *Fructus* oblongus, trilocularis, fœtus *Seminibus* grano tritici æmulis; *Radix* fibroſa. *Creſcit in Hortis.*

Vires.

Hujus Ephemeri *pulvis* Foliorum, Seminum, & Florum *cum Vino epota remedium eſt efficaciſſimum contra morſus Phalangiorum, ac Scorpionum, immo etiam contra ictus venenoſos Viperarum, aliorumque Serpentium.* *Vid.* Nicandr., & Zanon.

PHALANGIUM PARVO FLORE, RAMOSUM.
C. B. P. 29. *Vid. Icon.* 5. *Tab. LXIV.*

PHalangium *vocatur, quia veteres hac Planta puncturas* Phalangium *digitorum curabant.*

PHalangium parvo flore ramoſum. *C. B. P.* 29. *M. H.* 2. 333. *Phalangium ramoſum.* *Lob. Dod. Taber.* *Phalangium quibuſdam, parvo flore, ramoſius.* *J. B.* 2. 635. *Folia* longa, anguſta, graminea; è medio horum *Caulis* aſſurgit teres, in ramulos diſtributus, inque hujus faſtigio ramulari apparent *Flores* candidi, minores, ſex petalis conſtantes cum ſtaminulis aliquot concoloribus mediis, quorum ſingulis ſuccedunt *Capitula* rotunda, minora, ternis loculamentis diſtinctis ſeparata poſt exſiccationem, in ſingulis horum plura continetur *Semina* nigra, triangularia; *Radices* tenues, & oblongæ, multæ, in ſe invicem implicatæ, quin & harum ſingulæ non deſtituuntur fibris ſuis. *Hæc Planta in locis montanis, & aquaticis creſcit.* *Flores vigent Junio, ac Julio, & Auguſto ſemina perficiuntur.*

Temperamentum, & Vires.

Phalangium, *teſte* Galeno, *tenuium eſt partium, & deſiccantis facultatis, hujus* Folia, Semina, *ac* Flores *cum Vino epota auxilio eſſe contra Scorpionum, ac Phalangiorum ictus, & tormina patientibus ſuccurrere,* Dioſcorides *tradit.* *Laudatur Phalangium contra omne venenum.* *Vid.* Chabr. Moriſ., & Tournef.

LILIUM ALBUM, VULGARE. *J. B.* 2. 685.
Vid. Icon. 6. *Tab. LXIV.*

LIlium, κρίνον κὶ λείριον Græcis Theophraſt. 6. *Hiſt.* 6. Lilii albi *caulibus cum floribus amputatus, & ſuſpenſus, auctore* Geſnero, *ſemen profert: quod feliciter etiam* Pariſiis *ſæpe expertus ſum.*

LIlium album, vulgare. *J. B.* 2. 685. *Lilium album, flore erecto, & vulgare.* *C. B. P.* 76. *Lilium candidum.* *Dod. p.* 197. *Ad. Lob. Lilium album, vulgare, & odoratum, flore erecto.* *M. H.* 2. 409. *Folia* ſunt oblonga, lata, carnoſa, lævia in herbaceo, & diluto virore ſplendentia: *Caules* duobus cubitis altiores, multis foliis ſenſim attenuatis, comoſi, & inter folia emergentes: *Flores* patuli, albicantes, versùs ſummum caulis ſenis conſtantes, petalis oblongis, exteriùs ſtriatis, totidem ſtaminibus è medio emicantibus, à quibus lutei dependent *apices* cum *ſtilo* in ipſorum medio triſulco ejuſdem coloris: *Radix* ex ſquamis multis ſimul unitis compoſita, *ſucco* lento, & glutinoſo, plena, quo folia, & caules redundant, radix inquam multis ſquamis imbricatim ſibiinvicem incumbentibus, acuminatis, atque ſeſſili parte fibris plurimis donata eſt. *Floret paſſim in Hortis Junio menſe, & ineunte Autumno folia ei decidunt, atque tota Hyeme iterum virent: Vere caulis erumpit.*

Temperamentum, & Vires.

Lilii *autem* Flos *temperaturam miſtam, ut* Galenus *ait, obtinet, partim ex tenui, partim ex terrena eſſentia.* Radix, & Folia *per ſe trita deſiccant, & abſtergunt, ac moderate digerunt.* Folia Lilii, Dioſcorides *ait, impoſita auxiliantur à ſerpentibus ictis, eadem fervefacta ambuſtis proficiunt: Aceto condita vulneribus curandis apta ſunt.* Succus *Melle, & Aceto mixtus, in æneo vaſe coctus medicamentum efficitur veteribus ulceribus, & recentioribus vulneribus utile.* Radix *toſta, & cum roſaceo trita ambuſta ſanat, uterum mollit, menſes movet: ulcera ad cicatricem perducit, cum Melle vero eadem trita, nervorum vulnerationes, & luxationes ſanat: Vitiligines, & lepras expurgat; furfures, & manantia capitis ulcera abſtergit; faciem nitidam facit, purgat, & erugat. Cum Aceto, & Hyoſcyami Foliis, ac Farina triticea contuſa, teſtium inflammationes mitigat. Propter clavos pedum in Vino,* Plinius *ait,* Radices Lilii *decoquuntur, per triduum appoſitæ non ſolvuntur: cum Adipe, aut* Oleo *decoctæ, pilos aduſtis reddunt. E mulſo potæ inutilem ſanguinem per alvum tranſmittunt: Lieni, & ruptis, & vulſis, proſunt.* *Recentiores* Radices Lilii *coctas Cataplaſmatis ſumma cum utilitate admiſcent abſceſſus maturantibus, & ad ſuppurationem perducentibus. Eædem etiam in oris collutionibus ad idem facientibus utiliter decoquuntur; nam omnes abſceſſus maturant, & ſuppurari faciunt, doloremque ſimul ſedant.* Semen, Dioſcorides *ait, potum Serpentorum morſibus adverſatur.* Lilium Aqua diſtillata *ex* Floribus *parata, in partu facilitando, & ſecundinis expellendis multum conducit, inquit* Camerarius.

TULIPA. T. 373. *Vid. Icon.* 7. *Tab. LXIV.*

TUlipa eſt *vox* turcica ſignificans pileum turcicum: Turcæ Alè, & Zampùl *vocant,* πυθιώνα Theoph. *Illa formoſa* Planta *primò à* Geſnero *eſt deſcripta in* Europam *ex* Biſantio *allata anno* 1590 Batavi, & *præcipuè Harlemenſes pro tali* Bulba Tulipæ *ſæpe centum Ducatos perſolverunt, ſic inſaniverunt circa amorem hujus, & nulla planta cognita, quam Papaver, & Tulipa, quæ in Flore tot diverſos, & tam facilè mutabiles colores gerit, & illi colores tranſplantando mutantur, & ſi ſemina unius* Tulipæ *terræ mandentur, per omne genus colorum inde* Flores *producuntur, qua de re* Rapinus *canit.*

Multiplici vincit florum genus omne colorum
Huc uſque ageticis Tulipa miſſa jugis.

TUlipa. *T.* 373. *M. H.* 2. 396. *Boerb.* 2. 138. *Caulis* unicus, rotundus, medulloſus; *Folia* lata, caulem cingentia, longa, craſſa, dura, acuta; *Flos* Liliaceus, hexapetalus, formâ *Urcei*, *nudus* in faſtigio caulis unicus erectus, ſex *ſtaminibus* præditus, & amplectens *Ovarium*, quod fit *Fructus* oblongus, fœtus *ſeminibus* planis, ſerie geminâ mutuò incumbentibus, inſtruitur tubâ, mirè piloſâ; *Radix* bulboſa tunicata, parte ſeſſili fibratâ; *Bulbus* eſt *Narciſſo* ſimilis, quotannis renaſcens, cujus tunicæ in *Folia* abeunt, & caulis aſſurgit, in quo creſcit *Flos* monoanthos, qui in omnibus eſt nudus ſine *calice*, & in omnibus erectus ut in Ptiſico. Genera tria ſunt: Præcox, Serotina, & dubia, medio tempore florens.

Præcox, *Caule* eſt pedali, firma medulla pleno, quem *Folia* plerumque terna, nonnunquam quaterna, quina amplectuntur, propendentia, & nutantia, interdum ſurrecta: *Caulis* faſtigio *Flos* unicus (rariſſime gemini in ſummo caule conjunctim naſcentes, vel bifido inhærentes) ſex *petalis* (rariſſime ſeptenis, aut octonis, niſi à luxuriante natura) conſtans; è cujus fundo tot ſtamina prominent, quot petalis conſtat ipſe flos, colore variantia.

Serotina, *Caule* eſt cubitali, & bipedali, fungoſa materia pleno, quem quaterna plerumque *Folia*, nonnunquam quina, & ſena, firmiora, ut plurimum erecta, non nutantia, ambiunt. *Semine*, quam in præcoce majore, & *Bulbo* longiore majoreque plerumque conſtat: ſic & caulem ramoſum interdum habet.

Dubiæ, quæ præcotium flore marceſcente ſuos explicant, & ſerotinis florere incipientibus jam ſeneſcunt, & cum his interdum florent. Sunt inter has nonnullæ, quæ ſerotinarum magnitudinem æquant: aliæ, quæ præcoces non ſuperant, nec illis formâ abſimiles ſunt: & illæ quidem, vel ampliſſimis floribus præditæ, vel præcocium non majoribus: quædam etenim præcocibus humiliores ſunt.

Omnium petala apice mucronato, aut orbiculato, vel tria interiora orbiculata, exteriora mucronata, & contra exiſtunt.

Temperamentum, & Vires.

Hæc Planta *videtur habere blandam virtutem emollientem bulboſam, ſed pretium ejus uſus impedivit, aliter ad Cæpas accedit, ſed* Bulbus *non ita aromaticus, hinc ille* Bulbus *leniter toſtus dicitur habere bonum nutrimentum, & orgaſmum diaphrodiſiacum excitare.* Boerh.

DENS CANIS. *T.* 378. *Vid. Icon.* 8. *Tab. LXIV.*

DEns Canis, *à radicis formâ tuberoſæ, oblongæ, imitantis figuram* Dentis Canini, *nomen ſortitus eſt.*

DEns Canis. T. 378. *Moriſ. H.* 2. 344. *Eyſt. Dens Caninus. Cluſ. H* 266. Ut *Colchicum* Autumni initio *Flores* ſuos hexapetalos ex *Radice* tuberoſa producit, ſic huic plantæ ineunte Vere bina plerumque *Folia* (raro terna) prodeunt mutuò ſe amplectentia, & florem occulentia, Liliaceis proxima, breviora tamen, & latiora, ad *Pulmonariæ* formam accedentia, craſſa carnoſa, *Maculis* itidem multis ex atro purpuraſcentibus aſperſa, baſi anguſta, paulatimque in latum extenſa, deinde in mucronem deſinentia; explicatis foliis conſpiciendum ſe præbet *Flos*, dodrantali *pediculo* enodi, & vacuo purpuraſcenti innitens, ſex oblongiuſculis *petalis* conſtans, deorſum inflexus, & ſpectans, qui aëris (ſolis radiis ſplendentibus) tempore ſeſe explicat, petalaque ſurſum reflectit *Cyclamini* inſtar, elegantis, & dilutioris purpurei coloris, ſenis intus *ſtaminibus* purpureis, & candido triſulco *ſtilo*, nulla odoris gratia placens, ſed ſolâ florum elegantiâ ſpectabilis, & commendabilis; floribus ſingulis ſuccedit trigonum *Caput*, ſeu *Capſula* tribus loculamentis diſtincta, in quorum ſingulis continentur aliquot *Semina Leucoii bulboſi* præcocis alterius ſeminibus fere reſpondentia, ſed longiora, gracilioraque, flaveſcentis coloris: *Radix* longa, tuberoſa, infima ſede craſſior, multiſque candidis fibris ſtipata, & plana quadam appendice unica, aut pluribus donata, quæ veluti radicum ſuperioris anni, & præcedentium aliquot veſtigia ſunt; parte autem gracileſcens, unde caulis emergit ſumma tellure bina *Folia* proferens. Quamdiu nullum florem dat hæc planta, unico duntaxat exit folio. *Copioſè naſcitur ad quorundam Montium radices, herbido, & udo ſolo. Floret Aprili hæc Planta, interdum etiam maturius, præſertim in Hortis culta.*

Temperamentum, & Vires.

Stiriacas mulieres Radicis *hujus exſiccatæ pollinem pultibus puerorum inſpergere ſolere ad enecandas, & ejiciendas tineas, mihi relatum eſt, inquit* Cluſius. *Ex Vino hauſtus coli dolores mitigat, nutrit, & corporis vires reficit: Ex Aqua verò pueros Epilepticos juvat. Ad excitandam Venerem plurimùm efficax eſt. Vid.* Lobel., *&* Moriſ.

SCILLA VULGARIS, RADICE RUBRA. *C. B. P.* 73. *Vid. Icon.* 9. *Tab. LXIV.*

Σκίλλαν Theophraſtus 1. *Hiſt.* 7., *&* 10. *propoſuit, &* 7. *Hiſt.* 11. Scilla *vocatur à* σκύλλω arefacio, *quia hæc Planta creſcit in locis aridis, & ſiccis, vel à* σκύλλω moleſtus ſum, *quia hic Bulbus ſuâ acrimoniâ loca, ubi applicatur, irritat.*

SCilla vulgaris, radice rubra. *C. B. P.* 73. *M. H.* 2. 395. *Scilla rufa, magna, vulgaris. J. B.* 2. 615. *Pancratium. Dod. p.* 691. *Cluſ. Hiſt., & Hiſp. Lugd. Tab. Scilla, Trag.* (*cui & Cepa Maris*) *Matth. Fuch. Tur. Cord. in Geſn. Hort. Cam. Cæſ. Ornithogalum maritimum, ſeu Scilla, radice rubra. T.* 381. *Scilla rubentibus radicis tunicis folio Aloës carinato. Lob.* Eſt *Scillæ Caulis* cubitalis, aut major, rectus, nudus abſque foliis: pluribus candidis, & ſtellatis *Floribus*, hexapetalis, ornatus, Aſphodeli minoribus, *Ornithogali* majoribus, (quod quidam Scillam Epimenidiam putant), & valde ſimilibus, qui ab imis (uti veriſſime *Theophraſtus* Hiſt. 7. c. 12. ſcribit) explicari incipiunt, quemadmodum *Aſphodeli*, & quarundam bulbacearum Plantarum flores: hiſce ſingulis ſuccedunt triangularia *Capitula*, compreſſis angulis conſtructa, & veluti inania; in quibus tamen nigrum, planum, paleaceum *Semen*, ſed poſt ſeminis, & capſularum efformationem, quinque, ſex, aut plura emergunt *Folia* liliacea, lata, viridia, admodum denſa, ſive carnoſa, humi expanſa, nonnihil carinata: *Radix* craſſa, & ampla multis tunicis albis lento quodam humore plenis prædita, multiſque pelliculis exterioribus rubris, internas albas involventibus, inferiore ſeu ſeſſili parte multis craſſiuſculis fibris capillata. *Copioſe naſcitur circa* Ulyſipponem, *& pleriſque aliis in locis* Luſitaniæ, *&* Hiſpaniæ. *Floret Auguſto, & Septembri; Semen Octobri, & Novembri matureſcit.* Pena, *&* Lobellius, Scillas *ſuas* rubram, *&* albam *magnitudine pares faciunt.*

Temperamentum, & Vires.

Calefac. ſicc. 2. *Saporis acris, & amari, atten. incid. abſterg. diſcut. putredini reſiſtit, diuretica eſt. Uſus præcip. in obſtruct. Epatis, Lienis, meatus biliarii, menſium, urinæ, in mucilagine Pulmonum, tuſſi &c. Extrinſecus in achoribus capitis* (*infuſ. in Ol.*) *in pernione.* Schrod. *In ſubſtantia nunquam detur, inde paratur* Oxymel Scilliticum *adeò laudatum, & optimum ad pituitam diſſolvendam. Vide cæteras apud* Jo. Bauh. Moriſ., *&* Boerh.

PORRUM COMMUNE, CAPITATUM. *C. B. P.* 72. *Vid. Icon.* 1. *Tab. LXV.*

POrrum, *ut volunt à voce* Græca πράσον, *quæ eandem plantam ſignificat.* Porrum Latini, *quòd porro eat, & longe lateque graſſetur, vocarunt.* Theoph. 2. *cauſ.* 20., *&* 3. *ejuſdem* 23. τὸ κέχαρτον πράσον, *tonſum* Porrum *addidit &c.*

POrrum commune, capitatum. *C. B. P.* 72. *Porrum J. B.* 2. 551. *Dod. p.* 390. *Porrum commune, Matth. Lugd. Porro* ſativo *Folia* ſunt oblonga, latiuſcula, ſed compluria, & dorſo eminentiore carinata, odore ſaporeque ſimilia *Cepæ*, ſed mitiore: *Caulis*, ſi non frequenter ſubſecantur folia, altero, aut tertio anno aſſurgit rotundus, lævis, & æqualis, nullas protuberantias vacuas in medio caulis edit, ut videre eſt in Cepæ caule: *Flores* profert in orbiculum collectos, in cacumine caulis, ut *Cepa*: *Floribus* ſingulis evaneſcentibus ſuccedunt *Capitula*, ternis loculamentis diſtincta, in quorum ſingulis continentur *Semina Cepæ* ſeminibus ſimilia, ſed non nigria: *Bulbus* tenuis, oblongus eſt, potiſſimum ſectivi Porri bulbo craſſior, ac major. *Seritur in Hortis.*

Temperamentum, & Vires.

Porrum commune capitatum *excalefacit, exſiccat, & extenuat perinde ac* Cepa; *corpus excalefacit, craſſos, lentoſque humores incidit, noxium tamen ſuccum ingenerat, tumultuoſa, ac terribilia inſomnia parit, oculos offendit, viſus aciem obſcurat, naturâ calidiores, ac bilioſiores lædit; ingratum eſt ventriculo, inflationes facit. Coctum minus nocens, acrimoniæ ſuæ parte depoſitâ, & nec ſi tamen bonum ſuccum corpori confert; cum frigidis autem oleribus permixtum, qualitatem frigidam eorum contemperat. Cum Ptiſana coctum, & commeſtum, quæ in pectore cruda ſunt, concoquit, & educit, ſcribitur etiam in delinctu utile eſſe, & aſperam arteriam purgare.* Succus *cum Melle potus contra Ferarum morſus prodeſt:* Folia *ſimiliter trita, & impoſita. Idem vero* Succus *cum Aceto, Thure, & Lacte, aut roſaceo inſtillatus aurium doloribus, & ſonitui prodeſt; Veteres ſanguinis rejectiones cobibent* Seminis *drachmæ duæ, cum æquali Myrti pondere potæ. Idem in Vino conjectum, ipſum in Acetum mutari probibet, & jam converſum emendat, ut nonnulli ſcribunt.* Moriſ. *Extrinſecus in aurium tinnitu, ac ſuppurationibus, in Venenis hæmorrhoïdum tumidis, ac dolentibus &c.* Semen *urinam ciet.* Schrod.

PORRUM SYLVESTRE, VINEARUM. *C. B. P.* 72. *Vid. Icon.* 2. *Tab. LXV.*

POrrum ſylveſtre, *quod* Græcis ἀμπελόπρασον *dicitur, id eſt* Porrum vineale.

POrrum ſylveſtre, vinearum. *C. B. P.* 72. *Ampeloprasum. Matth.* 552. *Lugd. Ampeloprasum, ſeu Porrum ſylveſtre. Lob.* Eſt enim *Caule* bicubitali; *Foliis* porraceis, ſed anguſtioribus: *Flore* conſtat candido, *Radice* bulboſa, gracili, longa. *Provenit in Vinetis in agrorum marginibus, & amœnis collium locis.*

PORRUM SYLVESTRE, GEMINO CAPITE. *C. B. P.* 72. *Vid. Icon.* 3. *Tab. LXV.*

POrrum ſylveſtre, gemino capite. *C. B. P.* 72. *T.* 382. *M. H.* 2. 391. *Ampeloprasum, ſeu Porrum ſylveſtre. Lob. Lugd. Eſt Allii ſylveſtris tenuifolio* non diſſimili, ſed majore, & acriore, in *Caule* bicubitali; *Radice* bulboſa unica, non ex nucleis conſtante, *Porri ſativi* minore, & duriore, acriore, nonnullis adnatis ſeſe propagante; loco *Florum*, & ſucceſſive *Capſularum ſeminalium*, ſeminumque ibidem contentorum, nucleos *Seminis* vice fert, triticeis granis pares, in glomeratis geminis *Capitibus*, nec diſpares pluribus aliis ſpeciebus.

bus. *Vinetis, arvorum marginibus, ſenticetis, & dumetis gaudet.*

Temperamentum, & Vires.

Stomacho magis, quàm Porrum *adverſatur, ut tradit* Dioſcorides; *plus excalefacit, urinam & menſes vehementius ciet, ejus uſus contra Serpentum morſus utilis eſt, de quo hæc* Plinius. *Eruptiones ſanguinis per genitale inhibet potum, impoſitumque. Datur & à partu mulieribus, & contra Canis morſum.* Moriſ.

CEPA VULGARIS. *C. B. B. 71.*
Vid. Icon. 4. Tab LXV.

CEpa *à capitis magnitudine* Græcis Κρόμμυον, ὅτι κόρας συμμύειν ποιεῖ, *quod oculi pupillam comprimere cogat, utpote ſecundum* Ariſtotilem 20. *Probl.* 22. *mordaci nimium vapore laciniando, & lacrymas movendo.*

CEpa vulgarir. *C. B. P. 71. Cepa rotunda. Dod. p. Cepa alba, & rubra; Geſn. Hort. Lon. Tab. Cepa ſativa Matth Lugd.* Hujus *folia* ſunt anguſta, rotunda, fiſtuloſa, ſeu intus cava: è quorum medio ſecundo anno exit *Caulis* ſingularis, teres, in medio craſſior magiſque tumidus, quàm in ortu, aut faſtigio; atque in ſummo ejuſdem faſtigio *Capitulum* oritur membrana tenui velatum, qua diſrupta *floſculi* in globuli formam congeſti apparent candidi, aut purpuraſcentes, quibus ſubveniunt plurima *Capitula* triangularia; *Semen* triangulare nigrum in ſe continentia, ſed albicantibus glumis implicitum: pro *Radice* eſt illi *Bulbus* ex pluribus compactus tunicis, majoribus involventibus minores, aliorum bulborum proprie dictorum ritu, fibras aliquot à medio deorſum demittens, qui quandoque latior Rapi inverſi in modum extuberat, non raro ovi oblongus; exteriùs prætenuibus membranis conveſtitur, ut plurimum ſubrubentibus, aliquando albis. *In Hortis colitur.*

CEPA ASCALONICA. *M. H. 2. 383.*
Vid. Icon. 5 Tab. LXV.

CEpa Aſcalonica. *M. H. 2. 383. Matth. Lugd. (cui forte Bulbus Setanius, quem Theoph., & Plin. Cepæ genus eſſe teſtantur). Cepa ſterilis. C. B. P. 72. Cepa Aſcalonica, ſive fiſſilis. J. B. 2. 551. Aſcalonica vulgo. Cæſ. Scaliones. Tur. Aſcalonites antiquorum. Lob. Adv. 58. Radices* habet multas, oblongiuſculas, minores, in uno acervo conjunctim naſcentes: *Folia* habet rotunda, fiſtuloſa, ſeu concava *Cepæ* inſtar, ſed multo minora; raro *Caulem*, Florem, multo minus *Semen* fert, quia abundat radicibus de novo ſingulis annis genitis.

Temperamentum, & Vires.

Calef., & ſicc. ad gr. 4. aper. incidunt, abſtergunt, partium ſunt craſſarum, adeoque flatulentæ. Uſus præcipui in Tartaro pulmonum incidendo, & expellendo (cum Melle coctæ, & uſitatæ) in urina, & menſtruis ciendis, in lumbricis fugandis (in infuſione). Extrinſecus *maturant, & rumpunt apoſtemata (coctæ, & impoſitæ) etiam maligna in peſte (impletæ Theriacâ, vel Mithridatico) in Axungia, & impoſitæ. Idem facit membranula cuilibet carneæ particulæ intercedens, (glandi ſcilicet impoſita) Pernionibus conferunt (cum Adipe coctæ, & impoſitæ) menſes, & hæmorrhoides proliciunt (ſubditæ) ambuſtis medentur (crudæ cum Sale ſubactæ, ac ſtatim impoſitæ). Sunt qui contagioſo aëre in conclavibus ſuſpendunt, iiſque contagium colligi, adeoque conclave purgatum iri autumant. Trita autem cum Sale Ruta, ac Melle, Canis, rabioſi morſui impoſita, prodeſt. Hæmorrhoides, & eædem appoſitæ, vel cum Aceto inunctæ, provocant, ut ait* Galenus. Dioſcorides *vero aperitivas ait eſſe Hæmorrhoidum, & aliarum* ἐκκρίσεων, *ſive expurgationum, detractis tunicis, & in Oleum conjectis, ac glandis inſtar ſubditis.* Succus *per nares attractus caput purgat, crudos pituitoſos humores extrahit.* Succus *expreſſus recens eſt acerrimus, & hinc à Medico* Germano *contra calculum maxime laudatur, & cum ſucceſſu adhibetur; notum enim eſt calculum à* Cepa *diſſilire; hinc dicitur, nullum melius eſſe Medicamentum ad frangendum calculum; in hydrope, Scorbuto &c. Vid.* Schrod. Moriſ., & Boerh.

CEPA SECTILIS, JUNCIFOLIA, PERENNIS.
M. H. 2. 383. Vid. Icon. 6. Tab. LXV.

CEpa ſectilis, Juncifolia, perennis. *M. H. 2. 383. Porrum ſectivum, Juncifolium. C. B. P. 72. Porrum ſectivum, & Schoeno-praſum, quibuſdam. J. B. 2. 553. Schoeno-praſum. Dod. p. 689. Cepa fiſſilis, & Gethion. Tur. Scœnopraſum, Dod. Lob. Taber.* Hi poſtremi Authores à foliis rotundis, cavis, fiſtuloſis Junci inſtar, & à ſapore magis *Porro* accedente, hanc *Herbulam Schœnopraſum* dixêre, nomine ex *Junco*, & *Porro* compoſito. *Folia* multa promit, ſed palmo rarò longiora, tenuia, tereria, concava, exiguis Juncis rotunditate ſimilia; inter quæ ſubinde *Cauliculi* breves eminent, *Capitula* quædam tenui membrana, ſeu vaginula incluſa ſuſtinentes; ex quibus *floſculi* prodeunt hexapetali, rubentes, & inſtar *Cepæ*, ſed minores multo: *Bulbilli* ſubſunt multi exigui ſimul cohærentes (ſicut in *Cepa Aſcalonica*) à quibus fibræ plurimæ deorſum demittuntur: *odore*, aut *ſapore Cepam*, potius inquam *Porrum*, referunt cum bulbilli, tum folia. *Colitur in Hortis.*

Temperamentum, & Vires.

Facultate valde Porro *accedit, eſt enim excalefaciens, & reſiccans, attenuans, aperiens, urinas provocans: calidiorem, & noxium* Succum *ingenerat, frigidos humores contemperat, concoquit, incidit, vapores craſſos ſurſum mittit, oculis cerebroque moleſtos; tumultuoſa inſomnia adfert, & quæcumque* Porrum, *iſtud quoque poteſt* Moriſ.

ALLIUM SATIVUM. *C. B. P. 73.*
Vid. Icon. 7. Tab. LXV.

ALlium *forte ab* ἀλλεσθαι *exilire, quod exiliendo creſcat.* Σκόροδον Dioſcoridi *l. 2. c. 182., vel quaſi* σκαῖον ῥόδον, *id eſt, rudis Roſa, propter odorem gravem: vel quod comeſtum vapores excrementitios ad cutim pellat, & veſcentibus pandiculationes moveat. Sunt qui ab halante gravi odore deducant, &* Allium *ſcribant.*

ALlium ſativum. *C. B. P. 73. Allium vulgare, & ſativum. J. B 2. 554 Allium. Dod. p. 682.* Sativi *Allii* bulbus tenuiſſimis membranis ex albido purpuraſcentibus velatus, intra quas plurimi cohærentes nuclei, ſive, ut vocant, *Spicæ* ſeparatim exiſtunt, & communi membrana conveſtitæ coagmentantur, à quibus inferiùs tenues quædam fibræ dimittuntur: *Foliis* viret oblongis, *Porri* ſimilibus, ſed non tam latis, inter quæ *Caulis*, ſed admodum raro, nec primo, aut altero anno, ſed ſeriùs aſſurgit; quamobrem, & *Caule*, *Floribus*, & *Semine* carere quibuſdam creditur. *Novembri, aut Decembri menſe Allium bene ſeritur.*

ALLIUM SATIVUM, ALTERUM, *ſive* ALLIOPRASSUM, CAULIS SUMMO CIRCUMVOLUTO. *C. B. P. 73. Vid. Icon. 8. Tab. LXV.*

ALlium ſativum, alterum, *ſive* Alliopraſſum, caulis ſummo circumvoluto. *C. B. P. 73. M. H. 2. 387. Scorodopraſſum, II. Cluſ. H. 191. Allii genus, Ophioſcordon dictum quibuſdam. J. B. 2. 559.* Bicubitalem habet *Caulem*, multis ab infima parte ad medium uſque porraceis *Foliis*, *Scorodopraſo* 1. *Cluſii* anguſtioribus circumdatum, medio inter *Porrum*, & *Allium* odore, relinquam partem ſurſum versùs nudum, viridem lævem, ſummo faſtigio ſuſtinentem *Caput* ex multis *Bulbis*, ut in *Moly Indicio Caulafon. Lob.* dicto, congeſtum, & candicante membranaceo involucro, cuſpide longa, viridi, prædito tectum, quod deinde *Bulbis* excreſcentibus rumpitur, nudoſque *Bulbos*, initio purpuraſcentes, poſtea exalbidos detegit; inter quos *Floſculi* quidam naſcuntur: ea *Caulis* extima pars cui *Caput* innititur, initio ſeſe cum ſuo capite convolvere ſolet, ut *Serpentis* obtorto collo ſimilitudinem quodammodo referat, deinde ſenſim paulatimque ſeſe explicare incipit, donec tandem caput erigat: *Radix* è multis nucleis ſimplici, aut duplici tenui membrana tectis conſtat, & numeroſis albidis fibris ſeſſili parte donata. *Junii initio caput ſuum contorquet, Julio verò erigit, eodemque menſe bulbillos, ſeu nucleos ad maturitatem perducit, qui terræ crediti ſui generis procreant plantas. Hoc à quibuſdam* ὀφιοσκόροδον *dicitur, quia caput cum ſuprema caulis parte Serpentis inſtar ſe contorquet. Colitur in Hortis.*

Tem-

Temperamentum, & Vires.

Allium *ſativum acre admodum eſt, exſiccat, & calefacit quarto, ut ait* Galenus, *exceſſu; ſummam corporis cutem veſicas educendo ulcerat. In cibo ſumptum, corpus inſigniter excalefacit, & qui in ipſo humores craſſos attenuat tenaceſque incidit: digerendi etiam vim, ac obſtructiones aperiendi facultatem quoque habet: adverſatur & omnibus venenis frigidis, & virulentorum Animalium ictibus; quamobrem & à* Galeno *Theriaca appellatur ruſticorum. Alimentum autem corpori confert omnino nullum*, Succum *autem ingenerat parvum, ac acrem: ab ejus idcirco uſu, eos qui calido ſunt præditi temperamento, abſtinere vel maxime oportet. Quod ſi autem in Aqua elixum fuerit eouſque donec acrimoniam depoſuerit, vires habet imbelliciores, &* Succi *quidem parvitatem, ut ait* Galenus, *non amplius retinet, alimenti tamen corpori quàm pauciſſimum confert, utile verò in cibo ſumptum contra Aquarum mutationes: aſperam arteriam clarificat, veterem tuſſim lenit, ac mitiorem; urinas cit, flatus diſcutit, Hydropicis ex aqua frigida auxiliatur ventris Vermes interimit, atque expellit. Datur vero & pueris Lac, in quo* Decoctum *fuerit, utiliter adversùs Vermes. Nonnulli cum Carnibus coctum* Allium *edunt, & ſic quidem minus quoque acre eſt, ventriculum vero refrigidum adjuvat, flatuſque cum in hoc, tum in inteſtinis hærentes diſcutit, urinas mediocriter promovet, & à peſtilentis aëris contagio tutos reddit.* Allii *comæ Decoctum in inſeſſionibus menſes, & ſecundas,* Dioſcorides *ait, trahit, quod & ſuffitu poteſt. Cum Origani vero decocto* Allium *epotum pediculos, & lentes enecat; uſtum & cum Melle permiſtum illitumque hypopia, & alopecias ſanat. Cum Nardino Unguento, Sale, & Oleo exanthemata curat. Aufert vero & Alphos, impetigines, lentigines, achoras, furfures, & lepras cum Melle. Cum tæda, & Thure* Decoctum, *ſi in ore contineatur, dentium dolores mitigat. Contra muris Aranei, ſive μυγαλῆς morſum cum Fici foliis, & Cumino imponitur. Inquit* Moriſ.

ALLIUM LATIFOLIUM, MONTANUM, MACULATUM. *C. B. P.* 74 *Vid. Icon.* 9. *Tab. LXV.*

Allium latifolium, Montanum, maculatum. *C. B. P.* 74. *M. H.* 2. 388 *Victorialis longa. Cluſ. H.* 189., & *Pan. Eyſt. Allium anguinum. Matth. Lugd. Serpentinum. Caſt. Allium Alpinum. J. B.* 2. 566. *Dod. Geſn. Hort. Taber. cui & Victorialis mas. Eſt enim mas, & fœmina*, ille latioribus Foliis, hæc anguſtioribus, quare *Victorialis mas*, & *fœmina Camerario* dicitur. *Caulis* hujus digitalis eſt craſſitudinis, fungoſus, infirmâ parte purpuraſcens, ſupernè viridis, & ſtriatus, multos in ſummo ferens *Floſculos*, oblongis pediculis inhærentes, ſenis candidis petalis ſtellatis conſtantes, *Ceparum* floribus ſimiles, ſenis intus ſtaminulis, ſtiloque medio præditis: deinde trigona fert *Capitula*, in quibus *Semen* rotundum, nigrum caulem circa medium amplectuntur, & quaſi veſtiunt bina, aut terna *Folia*, nervoſa, oblonga, & lata, *Gentianæ majoris* foliis pene ſimilia: *Radix* oblonga, extrema parte bulloſa, multiſque validis perennibus fibris donata, multiplici cortice variis fibris tranſverſim coeuntibus conſtans, & quodammodo reticulato involuta, quæ ſingulis annis aliis feliciter *Bulbis* circa ipſum adnatis ſeſe propagat, è fibris adeo implicatis, ut difficile ſit Bulbos conjunctim natos, & cohærentes ſejungere. *Creſcit in Alpibus. Floret cum aliis ſpeciebus Allii.*

Vires, & Uſus.

Victorialis *autem appellationem ab eo obtinuit, quòd ii, qui effodiendis Metallis operam dant, magnas certaſque illius vires ſe experiri prædicant ad ſe muniendos adverſus impurorum ſpirituum inſultus, à quibus frequentiſſime impetuntur,* Victorialis *nomen ab effectu inditum contendunt. Vulgus* Herbariorum Victorialis longæ, & *majoris cognomen dedit, ut à* Gladiolo *decernant, cujus radicem ob corticis, qua integitur, cum ſuperiore ſimilitudinem,* Victorialem rotundam parvam *appellant.* Radix *Calef.*, & *ſicc. perinde ac* Allium agreſte, *cui & facultatibus aliis per omnia ſimilis exiſtit. Plebi noſtrati, Judæiſque amuletum eſt familiariſſimum, quo à ſpectris aëreque infecto ſe tutos fore perſuaſi ſunt.* (*Appenſa* Radix *contracturam arcere dicitur*). *Podagricis amuletum ex* Victoriali *ſerico incluſa, quod venale circum tulit Agyrta. Vid.* Croll. Jo. Bauh. Chabr. Moriſ., & Schrod.

MOLY LATIFOLIUM, LUTEUM, ODORE ALLII, PRIMUM. *C. B. P.* 75. *Vid. Icon.* 10. *Tab. LXV.*

ΜΩΛΥ ἀπὸ τοῦ μωλύειν τὰς νόσους, *ab amolliendis morbis*; *Unius* Theophraſtus 9. *Hiſt.* 15., & Dioſcorid. *l.* 3. *c.* 54.

Moly latifolium, luteum, odore Allii, primum; *C. B. P.* 75. *Moly luteum Botanicorum, latifolium, Allii odore. J. B.* 2. 562. *Moly montanum, latifolium, flavo flore. Cluſ. App. altera. Moly flavo flore. Svvert. Allium latifolium, luteum; Tournef* 384. *Moly luteum, perperam Ornithogalum luteum, multifolium Botanicorum. Lob. Ad. part.* 2. *Folia* habet hoc bina, infima parte ſeſe amplectentia, decem, aut plures uncias longa, una lata, ſurrecta, firma, ſupina parte nonnihil carinata, *porracei* coloris, & odoris *Allium* referentis: inter quæ aſſurgit *Caulis* enodis, & ſatis gracilis, firmus tamen, vireſcens, pedem altus, aut paulo altior aliquando, ſuſtinens ſummo faſtigio prodeuntes ex foliaceo folliculo, bifariam diviſo, tricenos, aut plures *Flores*, uncialibus, aut longioribus pediculis iiſque firmis ſubnixos, ſenis petalis ſtellæ in modum expanſis conſtantes, foris palleſcentes, interiore parte prorſus flavos; occupante umbilicum triangulari *Capitulo*, ſex flavis *ſtaminibus* cincto præditum, quorum *apices* etiam flavi: floribus, qui menſe Junio explicantur, trigona ſuccedunt capitula, *Semen* nigrum inæquale continentia: *Radix* eſt bulboſa, gemina, ut *Orchidis* radicem quodammodo æmuletur. *Creſcit in Montibus, & in Hortis. AEſtate floret.*

MOLY LATIFOLIUM, FLAVO FLORE, FOLIIS CONTORTIS. *M. H.* 2. 393. *Vid. Icon.* 11. *Tab. LXV.*

Moly latifolium, flavo flore, foliis contortis; *M. H.* 2. 393. *Moly latifolium, luteum, odore Allii, ſecundum. C. B. P.* 75. *Moly latifolium, flore flavo. Eyſt. Allium latifolium, luteum, alterum. T.* 384. Hoc terna profert *Folia* lata, contorta, non recta ut ſuperius; *Caulem* rotundum, dodrantalem, in cujus faſtigio plurimi *Floſculi*, hexapetali, lutei, cum *ſtaminulis* ſex, & *ſtilo* in medio ejuſdem coloris, quos ante expanſionem cingunt bina involucra membranacea: floribus ſingulis deciduis ſuccedunt ſingula *Capitula*, tribus loculamentis diſtincta, atque in ſingulis duplex ſeries *Seminum* nigrorum, inæqualium, continetur, ſicut in priore: *Radix* eſt bulboſa gemina, ut *Orchidis* radicem modo æmularetur. *Provenit in Montibus, & in Hortis. Floret ineunte AEſtate, atque ſub ejuſdem finem ſemina ſua perficit.*

Temperamentum, & Vires.

Moly *eſt calidum, & acre, valde* Allio *quoad virtutes accedens; eſt enim ab odore, & ſapore tantum* Allii Montani *latioribus, ſeu porraceis foliis præditi ſpecies.* Radix *bulboſa* Molyos *valde eſt utilis ad apertiones uteri cum Irino Unguento trita, & ſubdita, ut* Dioſcorides *eſt author.* Galenus *etiam citans* Dioſcoridem *teſtem pro ἰρίνῳ μύρῳ, ſive Unguento Irino legit αἰρίνῳ ἀλεύρῳ, hoc eſt, Lolii farina cum farina AErina apertum uterum ſanare ſcribit* Dioſcorides. *Clariſſimam Herbarum dixit* Plinius, *à* Mercurio *inventam, & uſum contra venefica ſummum, quæ, ut plæraque ſua à* Theophraſto *mutuatus* Moly *apud* Dioſcoridem *deſcriptio* Cornario *judice* Homerici *illius eſt* Moleos, *quod* Mercurius Ulyſſi *contra* Circis *veneficia dedit. Vid.* Jo. Bauh. Chabr., & Moriſ.

CYCLAMINUS FOLIO ROTUNDIORE, VULGATIOR. *J. B.* 3. 551. *Vid. Icon.* 12. *Tab. LXV.*

Cyclaminus, & Cyclamen ἀπὸ τοῦ κύκλου h. e. *Orbe, ſeu circulo, à* Radicis *orbiculari, ſeu circulari forma dicitur.* Panis porcinus *appellatur, quoniam* Porci *hujus herbæ radicem quærunt; aut quia in ſimilitudinem panis effigiatur.*

Cyclaminus folio rotundiore, vulgatior. *J. B.* 3. 551. *Cyclamen officinarum, orbiculato folio, Panis porcinus, & Arthanita. Lob. Cyclamen orbiculato folio, infernè purpuraſcente.* 1. *C. B. P.* 308. *M. H.* 3. 552. *Cyclaminus orbicularis, rotundifolius. Dod. p.* 337. *Cyclamen, vulgare, Panis porcinus. Eyſt. Cyclamen orbiculato folio, Ger. Radix* prope globoſa eſt, è fuſca nigricans. *Folia*

Vi-

Violarum ritu rotunda, viridia ſunt, ac leviter circumſerrata, prona parte purpuraſcentia. *Flores* ſaturate purpuraſcunt, colore illo, quem *Plinius Coloſſinum* vocat, & ſuavem odorem, minuſque vehementem emittunt. Iſtis deciduis, *Capitulum* ſpiris pediculorum ſe convolventibus inſidet, ſubrotundum, mucronatum, inæquali, ac è fuſco flueſcente *Semine* refertum, quod tamen citra aliorum ſeminum natueam (*Cluſ.* annotante) non in germen, ſed in tuberculoſam radiculam, demum folia emittentem, convertitur. *Hæc Planta creſcit in Sylvis. Floret Junio, & Julio.*

Temperamentum, & Vires.

Calidum ſiccumque eſt Cyclamen; *aperiendi, attrahendi, ac digerendi facultatem obtinet. Pituitam lentam, & craſſam, ſumptum purgat; icterum ſanat, experientia certa, præſertim* Succo *cum Oxymelite, vel AEnomelite ſumpto, & operto deinde deligenter corpore, Sudores movet; menſes provocat; & Medicamentis abortum inferentibus admiſcetur. Uſus rarus eſt internus, omnia perturbans; externe autem recens* Succus *abdomini illitus laxat in hydrope; idemque per nares attractus ſternutamenta ciet, caputque purgat; aurium quoque xylo involutus, & injectus dolores ſedat. Linteo exceptus, & ano blande applicatus in affectibus hæmorrhoidalibus leniendis plurimum valet.* Unguentum *item præbet, quod externo uſu laxat, & purgat; ſpleniſque duritiem, ut & ſtrumarum reſolvit. Vid.* Crol. Jo. Bauh. Moriſ., *&* Boerh.

ORCHIS LATIFOLIA, HIANTE CUCULLO, MAJOR. *T.* 432. *Vid. Icon.* 13. *Tab. LXV.*

ORchis *vocatur ab* ὄρχις *id eſt* Teſticulus, *quod ab* ὀρέγω Appeto, *quia hujus Plantæ radix teſticulum Animalis refert, vel quia vim Aphrodiſiacam, vel Veneream ſtimulat, dicitur etiam* Cynoſorchis *à* κυνός Canis, *&* ὄρχις Teſticulus, *quaſi* Teſticulus Canis. Satyria *quædam nominata fuere etiam ab effectu; nam hæc Planta in Sylvis à* Satyris *fuit inventa, ad Venerem excitandam.*

ORchis latifolia, hiante cucullo, major. *T.* 432. *Orchis latifolia. Eyſt. Cynoſorchis prior. Dod. p.* 234. *J. B.* 2. 758. *Cynoſorchis latifolia hiante cucullo major. C. B. P.* 80. *M. H.* 3. 490. *Cynoſorchis noſtras major. Lob. Obſ. Teſticulus latifolius, & Satyrium triphyllum. Taber. Orchis, & Teſticulus Canis Officin. Amat. Tubera* bina ei ſunt albeſcentia, (quorum dextrum flaccidius, & paullo brevius eſt) craſſa, ſucculenta, *Nucis myriſticæ* magnitudine; Supra quæ ex imo caule aliquot craſſæ expanduntur *Fibræ*. *Caulem* ſuffulciunt tantum non ſeſquipedalem, nunc ſimplicem, nunc geminatum; quem quina, vel ſena, lata, liliacea, oblonga, & dilute virentia, ac per longitudinem venoſa, inferius involvunt, ſine pediculis, *Folia*. Supernè verò faſtigiatur in ſpicam duplicem, nonnunquam denſiuſculam, *Florum* ex albis purpuraſcentium, qui innumeris purpureis *punctis* ſignantur, & ſuperiori parte *Cucullum*, aut *galeam* patentem efformant. Ex his in parte inferiore laciniosum quiddam, *Canis*, aut alterius Animalis quadrupedis *Exuvio* ſimile, dependet. *Vaſcula* ſequuntur oblonga, ſtriata, in plures partes per ſiccitatem diviſa, & *Semina* inſtar ſcrobis volitant ludibrio ventis facta. *Creſcit in locis Campeſtribus, Sylvis, ac vineis: Floret Aprili, & Majo.*

Vires, & Uſus.

Temperiem calidam, & humidam obtinet; analepticum eſt, & ſemen auget, irritat utrumque ſexum. Saporis dulcis. Uſus præcip. (ex ſignatura laſciva) ad virilem fortitudinem reſtaurandam. Sic uterum confortare creditur, & ad conceptionem diſponere. Vid. Crol. Jo. Bauh. Chabr. Schrod., *&* Boerh.

OPHRIS BIFOLIA. *C. B. P.* 87. *Vid. Icon.* 14. *Tab. LXV.*

A Nnumero *foliorum, quibus & radicibus dignotu facile eſt, nomen accepit.*

OPhris bifolia. *C. B. P.* 87. *Bifolium majus, vulgare. M. H.* 3. 489. *Bifolium majus, ſive Ophys quibuſdam. J. B.* 3. 533. *Pſeudo orchis Bifolium. Dod. p.* 242. *Radices* multiplices fibroſæque ſcrupulum injicerent, ſiquidem *Flores* eleganti thyrſo diſpoſiti, quam proxime accedunt, herbacei, *Culicum* fere formam exprimentes, bifido *Labello*, *galea* lateralibus *Foliolis* incumbente; quibus in *Caule* ſingulari, tereti, pedali, & cubitali, hirſuto, *Utriculi* ſuccedunt, caules in *Orchitibus* conſpiciuntur, oblongi, hexangulares, pulvereo *Semine* referti. *Folia* duo ſolummodo habet, eaque ad *caulem* ſibi mutuò oppoſita, ſubrotunda, lata, nervoſa, *Plantaginis* latifoliæ ſimilia, ſed minora. *In Sylvis udis montoſis, & opacis, necnon in Pratis, Menſibus Majo, Junio, & Julio florens, ſatis frequens reperitur.*


Temperamentum, & Vires.

Aſtringentis facultatis habetur Bifolium: *deguſtantibus enim viſcidum, ac glutinoſum videtur; unde à quibuſdam ad rupta, & vulnera conglutinanda commendatur. Vid.* Jo. Bauh. Chabr., *&* Moriſ.

Tab. LVII. LVIII. LIX. LX. LXI. LXII. LXIII. LXIV. LXV.


SOLI DEO UNI, ET TRINO GLORIA!


APPENDIX


Tab. LVII.
1. Rhabarbarum rotundifolium, verum. Munt. 695.
2. Lapathum folio rotūdo, Alpinum. J.B. 2. 687.
6. Lapathum hortenſe, latifoliū. C.B.P. 115.
7. Lapathū aquaticū, folio cubitali. C.B.P. 116.
3. Lapathum acutum, ſive Oxylapathum. J.B. 2. 683.
4. Lapathum acutum, folio rubente. C.B.P. 115.
5. Lapathū hortenſe, fol. oblongo, ſive ſecundū Dioſc. C.B.P. 114.
Eques Joannes Baptiſta Morandi Inventor, Delineator, & Sculptor.



Tab. LVIII.
1. Acetoſa pratenſis. C.B.P. 114.
2. Acetoſa Ocymi folio Neapolitana. C.B.P. 114.
3. Biſtorta major. Cluſ. Hiſt. 69.
4. Perſicaria mitis. J.B. 3.779.
5. Hydropiperi Dod. p. 607.
6. Polygonum latifolium. C.B.P. 281.
7. Fagopyrum vulgare, erectum. Tournef. 511.
8. Atriplex hortenſis, alba, &c. C.B.P. 119.
9. Atriplex Maritim. laciniata. C.B.P. 120.
10. Bonus Henricus J.B. 2.965.
Eqes J.B. Morandi Inv. et f.


Tab. LIX.
1. Chenopodium Ambroſoïdes, folio ſinuato. T. 506.
2. Chenopodium fœtidum. T. 506.
3. Chenopodio-Morus, major. Boerh. 2.91.
4.
4. Blitũ maj. albũ. C.B.P. 118.
5.
5. Blitũ majus, rubrũ. C.B.P. 118.
6.
6. Pariſtaria Off. et Dioſc. C.B.P. 121.
7.
7. Alchimilla vulg. C.B.P. 319.
8.
8. Percepier. Raiſyn. 23.
9.
9. Kali majus, cohleato ſemine. C.B.P. 289.
10.
10. Salicornia. Dod. p. 82.
Eques Joannes Baptiſta Morandi Inv. del. et ſculp.



Tab. LX.
1. Beta candida. J.B. 2. 961.
2. Beta rubra, nigra dicta. Chabr. 302.
3. Beta rubra, radice Rapæ. C.B.P. 118.
4. Aſarum vulgare, rotun-difolium. M. H. 3. 511.
5. Aſarum Cycla-minis folio, Viginianum. T. 501.
6. Chryſoplenium foliis am-plioribus, auriculatis. T. 146.
7. Herniaria glabra. J.B. 3. 378.
8. Amaranthus purpureus. J.B. 2. 968.
Eq. Morandi Inv. & f.


Tab. LXI.
1. Pimpinella ſanguiſorba. Dod. p. 105.
2. Plantago major. Dod. p. 107.
3. Plantago media. Dod. p. 107.
4. Plantago minor. Dod. p. 107.
5.
5. Holoſteum ſtrictiſsimo folio, majus. C.B.P. 190.
6.
6. Coronopus hortenſis. C.B.P. 190.
7.
7. Pſyllium majus erectũ. C.B.P. 191
8.
8. Myoſurus. J. B. 3. 512.
9.
10.
10. Xanthium, ſive Lappa minor. J. B. 3. 572.
Eques J. B. Morandi f.
9. Ambroſia mar.a C.B.P. 138.


Tab. . LXII.
1. Spinachia ſemine ſpinoſo. M.H.2.598.
2. Lupulus Mas. C.B.P. 298.
3. Cannabis ſativa. C.B.P. 320.
4. Urtica urens, maxima. C.B.P. 232.
5. Urtica urens, minor. C.B.P. 232.
6. Urtica Rom.a ſive Mas, cũ globulis. J.B. 3.445.
7. Mercurialis Mas. J.B. 2.977.
8. Mercurialis foemina. J.B. 2.977.
9. Equiſetum paluſtre, longioribus ſetis. C.B.P. 15.
10. Id. brevioribus ſetis.
11. Ephedra maritima, min. T. 66
Eq. Morandi inv. et f.



Eques Joannes Baptiſta Morandi Inventor, Delineator, & Sculptor.


Tab. LXIV.
1. Aloë vulgaris. C.B.P. 286.
2. Aloë vulgari similis, major, maculis albis picta, ſucco fœtidiore. Boerh. 2. 129.
3. Aloë Succotrina, anguſtifolia, ſpinoſa, flore purpureo. Breyn. Prod. 2
6. Lilium album, vulgare. J.B. 2. 685.
7. Tulipa. T. 373.
8. Dens Canis. T. 378.
9. Scilla vulgaris, rad. rubra. C.B.P. 73.
4. Ephemerum Virginianū, flore azureo majori. Tournef. 367.
5. Phalangium parvo flore, ramoſum. C.B.P. 29.
Eques J.B. Morandi f.
Mediolani 1744.


Tab. LXV.
1. Porrum commune, capitatum. C.B.P. 72.
2. Porrum ſylveſtre, vinearum. C.B.P. 72.
3. Porrum ſylveſtre, gemine capite. C. B. P. 72.
4. Cepa vulgaris. C.B.P. 71.
5. Cepa Aſcalonica. M.H. 2. 383.
6. Cepa ſectilis, Juncifolia, perennis. M.H.
7. Allium ſativum. C.B.P. 73.
8. Alliū ſatiuū, alterū, ſive Allioprasſū. etc. C.B.P. 73.
9. Alliū latifoliū, Montanū, maculatū. C.B.P. 74.
10. Moly latifoliū, luteum, odore Allii, primū. C.B.P. 75.
11. Moly latifolium, flavo flore, foliis contortis. M.H. 2. 393.
12. Cyclaminus folio rotundiore, vulgatior. J.B. 3. 551.
13. Orchis latifolia, hiante cucullo, major. T. 432.
14. Ophris bifolia. C.B.P. 87
Eques J.B. Morandi Inven. delin. & ſculptor.

APPENDIX

DISTRIBUTIO PRIMA.

PLANTAE SUBMARINAE, ADDENDAE PRAECEDENTIBUS:

OPUNTIOIDES MARINA, QUAE CORALLINA LATIFOLIA, ET OPUNTIA MARINA.

Plukn. Phyt. T. 26. Vid. Icon. 1. *Tab. LXVI.*

OPuntioïdes *dicitur, quaſi ramos dans, in hac ſpecie &c.*

OPuntioïdes, Marina, quæ Corallina latifolia, & Opuntia marina. *Plukn. Phyt. T.* 26. 1. *Scutellaria, ſive Opuntia marina. J. B.* 3. 802. *Lichen marinus. Cluſ. H.* 2. 250. *Sertolara. Imper.* 653. *Sertularia, Opuntia marina. Chabr.* 572. *Fucus folio rotundo. T.* 569. *C.B.P.* 364. Sunt *Trichomanes marini*, creſcunt in mediis ſaxis, habent *Corallorum* naturam.

Vires, & Uſus.

Adhibetur loco Anthelmintici Medicamenti, nam ſi Folia *jejuno ſtomacho propinentur, ſunt Vermibus averſa, quia per motum periſtalticum ſua aſperitate hæc Animalia atteruntur, & interficiuntur.*

TUBULARIA PURPUREA. *T.* 575.

Vid Icon. 2 *Tab. LXVI.*

TUbularia *dicitur à* Tubo, *quia* minimos habet tubos. *A* κέρας Cornu, *&* φυτὸν Planta.

TUbularia purpurea. *T.* 575. *Corallis affinis, Alcyonium, fiſtuloſum, rubrum. J. B.* 3. 808. *Corallis affinis, Alcyonium rubrum.* C. B. P. 367. *Tubularia purpurea. Juxta quoſdam, Halcyonium, Mileſium. Imper.* 822. Eſt perfectè *Corallinæ* naturæ, ſed conſtat *Fiſtulis* perpendiculariter currentibus, & inter ſe junctis; habent exiguas *Radices*, & gerunt in fiſtulis his *Semen* ſuum, vocantur *Organum marinum*, eſt *coloris* purpurei, vel rubri. *Creſcit ſub Mari in Petris.*

Vires.

Eſt adſtringens, hinc conducit in Diarrhæa, & Hæmorrhagiis.

SPONGIA AD USUM PRAESTANTISSIMA, FORAMINIBUS EXIGUIS PERVIA. *T.* 575.

Vid. Icon. 3. *Tab. LXVI.*

SPongia eſt *Planta* mollis, lævis, poroſa, quæ Fungum referens in Mari petris adhæret; omnes ferè *Spongiæ* adferuntur ex Mari *Mediterraneo*. Ex Inſula quadam in *Aſia Icaria* dicta ubi in magnâ inveniuntur copiâ; ibi Juvenes, qui Uxorem ducere volunt, in Mare ſe immergunt ad *Spongias* educendas, & qui plus in Mari degunt, illis virgo præmii loco datur: qui mos eſt inde ortus, quia *Turcarum Domino* has *Spongias* tanquam tributum dare debent.

Temperamentum, Vires, & Uſus.

Ad vulnera nimis parva majora facienda hæ Spongiæ *combuſtæ dant* Pulverem *optimum ad dentes mundandos. In* Spongiis *aliquando minima corpuſcula inveniuntur, quæ corpuſcula Microſcopii ope apparent eſſe parvæ* Conchæ, *quæ in pulverem contritæ ad nephritidem ſabuloſam, & ſcrophulos convenire dicuntur, uti & contra Vermes infantum. Hæ omnes ſi comburantur, dant* Pulverem *abſorbentiſſimum, & odorem Cornu ambuſti; hinc inter ſtiptica materia habetur cretacea, quæ oppoſitum habent inter peſſima venena, ſi globuli horum calefacti hauriantur, pylorum obſtipantes mortem inducunt.*

Ad Titulum CORALLINA.

Mantiſſa.

D*Icitur eſſe optimum Medicamentum ad menſtrua provocanda, paſſiones hyſtericas, Diarrhæam &c.* Boerh. *Puerulis, qui nondum annum ætatis quartum attigerunt, datur drach. ſemis: adultioribus drach. j. Advertendum autem, & exoletam non eſſe ſumendam: præterea cùm ea uti volumus, priùs in pulverem terendam, non eum quidem ſubtilem nimis, ſed craſſiuſculum, quò diutius in ventriculo, & inteſtinis hæreat; datur in Vino, Lacte, aut Caſſia.*

FUCUS MARITIMUS, *vel* QUERCUS MARITIMA, VESICULAS HABENS. *C. B P.* 365.

Vid. Icon. 4. *Tab. LXVI.*

FUcus eſt *Planta*, quæ primò multos *Caules* anguſtos, & compreſſos germinat, qui caules ſe poſtea extendunt in parvos ramos, habentes *Folia* ampla oblonga, *Quercum* referentia, ſed minora, ſubſtantiâ ſuâ tenaci, membranoſâ, flexili, plerumque politâ, aliquantulum lanuginoſâ, caulibus ſuis adhærentia, adſunt tubercula vacua, aut bullulæ cum *Seminibus* oblongæ, vel obrotundæ, aliquando majores, vel minores; hæc *Planta* eſt plerumque humilis, aliquando tamen ad duorum pedum altitudinem creſcit, recens capta eſt coloris flavi virideſcentis; ſed ſiccata coloris nigri, nunquam *Flores* habet, ab illis *Veſiculis* ſupra dictis liberetur Aqua dulci, marina, vel ſpiritu Vini. Hæ *Plantæ* ab Aquâ madefactæ, in Sole exſiccantur, tum diu aſſervari poſſunt, duplicem uſum habent, 1. Pro aggeribus, nam materia non cedit aquæ, 2. Piſcibus marinis pabulo, imo & Hominibus uſui inſerviunt. Si comburantur, dant multa ſalia.

Vires.

Eſt optimum remedium ad Vermes necandos, ſi Pulvis ejus adhibeatur.

DISTRIBUTIO IV.

PLANTAE CAPILLARES ADDENDAE PRAECEDENTIBUS.

HEMIONITIS VULGARIS. *C. B. P.* 353.

Vid. Icon. 5. *Tab. LXVI.*

HEmionitis Græcis ἡμιονῖτις *quaſi mularia, quod hæc planta* mulis (ταῖς ἡμιόνοις) *gratiſſimum pabulum ſuppeditet.*

HEmionitis vulgaris. *C. B. P.* 353. *Hemionitis. J.B.* 3. 758. *Hemionitis vero. Cluſ. H.* 214. *M. H.* 3. 560. *Major. Ger. Park. Hemionitis Phyllitidi* ſimilis foret, niſi *Folia* ejus in inferiore ſede latiora eſſent, & utrinque angulos haberent prominentiores, veluti *Ari*, ac *minoris Dracunculi*; ſunt enim inferius lata, & ſemicirculi inſtar, fere dimidiatæ, ac διχοτόμου *Lunæ* in modum, aut ſinu *Ariſtolochiæ* ſimili excavata, reliqua parte anguſtiora, tres quatuorve uncias longa, & in acumen deſinentia; anteriore etiam ſuperficie lævia, ac viridia. A tergo quædam vermiculorum ſpecie ipſis quoque adhærent. *Radices Phyllitidis* haud diſſimiles, è pluribus tenuibus *fibris* demiſſæ. *Creſcit in ſylvis, & locis humidis.*

Temperamentum, & Vires.

Eſt Planta *adſtringens, vulneraria, pectoralis, conducit in morbis ſplenicis, & in ſputo ſanguineo, præſertim ſi ejus* Folia *in Aqua cum Capillis Veneris decoquantur, ex* Foliis *ſiccatis etiam* pulvis *conficitur.*

Ad Titulum TRICHOMANES, *ſive* POLYTRICHUM.
Mantiſſa.

D*Icitur etiam* Polytrichon, *aut* Polytrichum *à* πολὺ multum, *&* θρὶξ Capillus, *quaſi* Herba capillaria. *Omnia eadem ſunt, ut in* Polypodio, *niſi quod non ita purgat: eſt aperiens, & pectoralis, conducit in morbis lienum, & meſtruis obſtructis.*

Ad Titulum RUTA MURARIA.
Mantiſſa.

V*Ocatur* Ruta Muraria, *quia* Rutam *refert, & in muris creſcit; dicitur etiam* Salvia vitæ, *quia in vita conſervanda conducit. Hæc eſt Planta, quæ à Principe* Botanicorum *habetur pro* Hyſſopo Salomonis.

Vim incredibilem habet ad morbos pectoris ſanandos, ad guſtum exhibet ſaporem olei amæniſſimum, & halitum relinquit amabilem. Contrita cum Aqua calida ſine ebullitione, addito Melle, in aſthmate, & cæteris pectoris morbis commendatur; urinam movet, calculum expellit, in Phtyſi, & Pleuritide convenit.

Ad Titulum FILIX NON RAMOSA DENTATA.
Mantiſſa.

H*Æc* Planta *continet nobiliſſimum Medicamentum contra Rachitidem, & tollit omnes morbos à laxitate ortos;* mas Filix *hic optimus eſt,* Radix *per medium fiſſa præbet quaſi Aquilam, quod ſunt rudimenta futuræ plantæ. Si* Herba *Aquæ infunditur, tum optima eſt contra ſcorbutum, hæmorrhoides, & menſtrua.*

FILIX FOEMINA. *Dod. p.* 462.
Vid. Icon. 6. Tab. LXVI.

F*Ilix* fœmina. *Dod. p. 462. Matth. Ger. Filix ramoſa, major, pinnulis obtuſis, non dentatis. C. B. P.* 357. *Filix major, & prior Trago, ſive ramoſa, repens, J. B.* 3. 715. *Filix ramoſa, repens, vulgatiſſima. M. H.* 3. 583. *Fœmina vulgaris Park.* θηλυπτερὶς, *&* νυμφαία πτερὶς *Græcis. Filix* hæc vulgatiſſima *in deſertis, ſylvoſis, & ſterilibus agris nimis frequens naſcens reperitur, unde* Horatius;

Neglectis urenda Filix innaſcitur agris.

Radix reptatu importuno, digiti craſſitudine, terram occupat, *Succo* glutinoſo repleta, *Medulla* verſicolore notata, ut tranſverſim, & oblique inciſa, præſertim à ſuperiore parte, bicipitis Aquilæ ſpeciem quandam præ ſe ferat. *Pediculi* inde oriuntur humana altitudine in ramos diviſi, *Alis* oblongis, *Pinnuliſque* anguſtis ornati; ſed in dorſo materia pulverulenta invenitur, & margines reflexi *ſemina* copioſa cuſtodiunt.

Temperamentum, & Vires.

Filix fœmina *eſt ramoſa, quæ* Radix *immaniter nempe repit, & tandem expanditur, vis eſt eadem;* nempe roborans, *& aperiens contra Phrenitidem, & Scorbutum; eſt* Planta *aperiens, conducit in Hydrope, urinam movet, prodeſt in morbis lienis;* Folia *in Aqua decocta conducunt in morbis pectoris.* Aqua *deſtillata ex hac* Planta *eſt ſpecificum remedium contra lumbricos; ejus* Folia *ſiccata in umbra ſunt optima in infantibus Rachiticis.*

Ad Titulum OSMUNDA.
Mantiſſa.

S*Yrupus, &* Conſerva *ex hac* Planta *ſunt optima in Hydrope, Colica Nephritica, Vermibus, Chloroſi, Calculo, morbis lienum, Herniis, & in ſanguine grumoſo reſolvendo.* Cæſalpinus Unguentum *ex hac* Planta *compoſitum in Herniis infantum commendat.*

DISTRIBUTIO V.

PLANTAE GYMNOPOLYSPERMAE ADDENDAE PRAECEDENTIBUS.

Ad Titulum CHELIDONIUM MINUS.
Mantiſſa.

C*Helidonium à* χελιδὼν hirundo, *quia hirundines hac planta utuntur ad pullis ſuis cæcutientibus viſum reſtituendum, vel quia vere adveniente apparet, & cum hirundinibus abeuntibus iterum perit &c. Qui plures de* Chelidonio *fabulas exoptat,* Plinium juniorem *in Hiſtoria ſua naturali adeat; nomen confirmat* Clariſſimus Rapinus in Hortorum lib. 4. *dicens;*

Tuque Chelidonium, cum nuncia Veris hirundo
Stagna ſuper velitavit, avis de nomine dictum
Ad primos Veris Zephyros florere parabis.

Vocatur Scrophularia, *quia ejus Radix* ſcrophulos *refert, non quia* ſcrophulis *medetur,* Ranunculus rotundi folii minor *dicitur à* Tourneſortio, *quia calicem habet triphyllum, ac* Ranunculus, *at pentaphyllum ab eo differt.* Moriſon *pariter vocavit* Ranunculum; *vocatur etiam* Hæmorrhoidalis herba, *quia ejus Radix habet figuram* Hæmorrhoidis hominum; *hinc herbam* Hæmorrhoidalem *vocaverunt Auctores.*

Hæc Planta *eſt pro ſummo Arcano in Hæmorrhoidibus,* Radiculas *colligendo antequam* Folia *decidant, tumque ſunt ſucculentiſſimæ: has decoctas, vel* Herbam *contuſam, & Farina commiſtam extra applicant. Ego cum ægrum haberem atrabiliarium, & ſimul hæmorrhoidibus laborantem, pluribus fruſtra tentatis,* Decocto *hujus* Radicis *ſingulis diebus ad uncias duas adhibito, mirum in modum curavi; tumores frigidos tollit, pituitam incidit, ac ſanguinem deputat; contra ſcorbutum in* Decocto, *&* Succo, *vel in Vino fermentato aſſumitur. Hæc* Planta *eſt aperiens, humectans, diſſipans, exſiccans, reſolvens; Infantibus, quibus inteſtina in Hernia procubuerunt, prodeſt, quia vim exſiccantem, & aſtringentem habet.*

Ad Titulum HEPATICA TRIFOLIA.
Mantiſſa.

H*Epatica eſt Nomen generale à figura, quoniam inſtar hepatis in lobos diviſa ſunt folia, non verò ab uſu nomen accepit: nam nequaquam in hepatis morbis, ut multi perperam ſcripſerunt, in uſum vocari poteſt;* Trifolium *à ſimilitudine vocatur,* Trinitatis plebem *vocat* Matthiolus.

Johannes Bauhinus *multis experimentis ſibi conſtare inquit, quòd* Folia *idoneo tempore carpta, ad umbram ſiccata, infuſa cum Aquâ calidâ, & inſtar Thèe aſſumpta, addito pauco Melle, leniter ventriculum corroborent, & moderatè adſtringant, itaque in omni morbo convenire, ubi nimis laxa ſunt adſtringenda; hinc in potibus vulnerariis, quibus Diabetes adeſt, vel in ſputo cruento, vel in mictu ſanguinis, in Herniis laudatur. In Dyſenteria* Folia *pulverizata cum Syrupo Granatorum, & Myrthini egregia ſunt; unde & in Gonorrhœa inveterata, præcipuè ſi à nimia organorum laxitate orta ſit, egregios ſanè præſtat uſus.* Folia *ejus Decocta conducunt in Ictero, ut in ſcabie, & ulceribus fœtidis, prodeſt in angina forma gargariſmatis. Aqua ex* Foliis *deſtillata eſt optima in morbis cutaneis; tota* Planta *convenit in obſtructionibus Renum, Veſicæ, & Hepatis.*

Ad Titulum TORMENTILLA.
Mantiſſa.

T*Ormentilla nomen eſt inditum, quaſi ſiſteret tormenta in doloribus dentium leniendis jam à* Paracelſo *laudatum, ſic ſi decoquatur cum Aceto, additis* Radicibus *Pyretri, & dentes inde laventur, optimum eſt in vacillantibus roborandis, & à Chirurgis uſurpari ſolet.* Radix *maximè eſt adſtringens, ſi ejus* Succo *additur aliquantulum Camphoræ, vel Opii dentium dolores certò curat, ſi à laxitate, nam roborat vaſa, & ſic dentes vacillantes firmos facit.*

Ad Titulum POTENTILLA, *ſeu* ARGENTINA.
Mantiſſa.

Πέντε quinque, *&* φύλλ. folium, *quaſi faciem* Quinquefolii *referens, ſeu* Quinquefolio *ſimilis.* Botanici *ſæpe ſumpſere vocem* εἶδος, *quæ faciem, formam, & ſpeciem notat; hinc eſt planta gerens ſpeciem pentaphylli, quia flos, fructus, & calix conveniunt, ſed folia ſaltem differunt. Dicitur etiam* Anſerina, *&* Potentilla *à virtute; vocatur etiam* Argentina *à colore.*

Potentillæ, *&* Argentinæ *à potentia ingenti, qua gaudet; hæc vires poſſidet æmulas Corticis Peruviani: ſi hæc* Herba *contuſa exprimatur, tumque ejus* Succus *aſſumatur una hora ante paroxyſmum, febres intermittentes tollit per unam duaſve doſes, ſi febris ſit bonæ indolis, uti Cortex Peru-*

via-

vianus; ſi malignitatis quid in febribus adeſſet, externè applicetur; ſi verò ulcus, vel vulnus ſanguinem ſtillet, inſtar cataplaſmatis vix fallit. Semina, & Radix adſtringunt; hinc in Diarrhœam, & Hemorrhagiam curant. Hæc Planta cum Cancris fluviatilibus decocta eſt optimum remedium in fluxu albo; Semina idem præſtant in fluxu nimio menſtruorum, in inflammatione veſicæ.

Ad Titulum THALICTRUM MAJUS, SILIQUA ANGULOSA, AUT STRRIATA.

Mantiſſa.

NOn memini ullum in Medicina commendari niſi Thalictrum majus &c. cujus Radix, quæ valde magna eſt, ſi ſumatur ſuo tempore, ut antea dixi, foſſa, ad unciam unam, vel duas purgat, ut Rhabarbarum; hinc in Germania Rhabarbarum pauperorum dicitur, quod Succo ſuo præſtanti omnes corporis vias tranſit; hinc colorem, & odorem urinæ conciliat; nam urina fit aurei coloris: ſic quoque fæces ſaliva tinguntur, ita ut hæc Planta ſit optimum aperiens, corroborans, & inteſtina firmans eodem morbo ut Rhabarbarum, ſed Doſis triplo major eſſe debet, dicitur vulgò bilem purgare. Succus ejus, uti Folia, Flores, conducunt in ſputo ſanguineo, fluore albo, & aliis morbis Mulierum. Externè proſunt in ſcabie omnibus cutaneis morbis, vulneribus, & ulceribus. Thalictrâ quibuſdam in locis in Italia, teſtante Camerario, utuntur contra Peſtem, in Saxonia contra Icterum.

Ad Titulum CLEMATITIS.

Mantiſſa.

CLematitis latifolia, dentata, & Clematitis, ſive Flammula ſurrecta, alba, ſunt fortiter cauſtica, & inſtar ignis urentia plus quam ipſe Ranunculus; nam pauco tempore applicatæ partem inflammant, bullulas eſcharamque creant: hinc ad curandos leproſos, ſi vitium in aliqua cutis parte hæſerit, eſt optima Planta, & ſic in uſu eſt ad omnes nervorum morbos ſanandos. Folia collecta Æſtate, & partibus podagricis applicata, tollunt hos dolores, ſed prudentia opus eſt, aliquando nimis profundè intrarent, ſi diutius hærent. Semina in Vino contrita veteres volebant dari ad purgandum per ſuperiorem, & inferiora; habent enim vires Euphorbio æmulas. Nulla Planta aptior eſt ad viridaria conſtituenda, nam altitudine adſcendit. Ad omnes morbos, ubi cauſa hæret in nervi ligamentis, Folia conveniunt, hinc per aliquamdiu ulcus apertum, ut ſic humor effluat, retinent, & omnes ſimiles morbos ſanant, & ulceribus fœtidis conveniunt.

DISTRIBUTIO VI.

PLANTAE GYMNODISPERMAE UMBELLIFERAE ADDENDAE PRAECEDENTIBUS.

Ad Titulum SISARUM GERMANORUM.

Mantiſſa.

VIs eſt egregia, & iis conducit optimè, qui ſanguinem ſpuunt, vel mingunt, ſi modò vellent non niſi hanc Radicem edere, hacque cum Lacte, vel Sero, vel Jure carnium cocta corpori conciliarent laxitatem, & ſanarentur. Laudatur & contra ſtranguriam, & Teneſmum, ut optimum Remedium, ita & contra Dyſenteriam, & alvi fluxum; Phtyſicis valde macilentis ſi hoc modo (ut dixi) cocta Radix, & contrita mane potanda detur antequam ſurgant, optimè conducit, ut & omnibus pectoris morbis. Semen etiam provocat.

Ad Titulum SIUM AROMATICUM.

Mantiſſa.

HUjus Semina referunt Amomum veterum, & eandem virtutem habent. Hæc Planta eſt aromatica, penetrans, accedens virtutibus ad Cardamomum; eſt enim Menagoga, Triſtolochia, Pulmonica, Anticolica; conducit in menſtruis obſtructis, calculo Renum, & Veſicæ, Dyſenteria, & Scorbuto.

PHELLANDRIUM. *Dod. p.* 591.

Vid. Icon. 7. *Tab. LXVI.*

PHellandrium à φελλέω fluctuo ſub Mari, & ἀνδρόομαι virile robur aſſumo; in Aquis enim non tardè fluentibus intrepidè, & viriliter ſe erigit.

PHellandrium. *Dod. p.* 591. *Phellandrium, vel Cicutaria aquatica quorumdam. J. B.* 2. 183. *Cicutaria paluſtris, tenuifolia. C. B. P.* 161. *Lob. Obſ.* 424. *M. V.* 18. *M. H.* 3. 291. *Caulis* craſſiſſimus, ſtriatus, excavatus, nodoſus, in multos ramos diviſus, qui rami ſe in alas extendunt; *Folia* ampla, in margine inciſa, ſaporis grati, aliquantulum acris, *Flores* albos in caulium ſummitatibus creſcentes. *Semina* ſe invicem juncta, *Aniſo* craſſiora, obrotunda, fere ovalia, compreſſa, odorata, nigricantia; *Radix* fibroſa. *Creſcit in locis aquaticis. Junio, & Julio floret.*

Temperamentum, & Vires.

Dicuntur habere, ut Cicuta, at odorata, & aromatica egregia eſt, ubi lenis requiritur diſſipatio humorum. Apud Chirurgos laudatur in diſcutiendis tumoribus inflammatoriis, & frigidis, & Gangrenæ reſiſtere dicitur, imo nil tutius in ſcirrhoſis, & cancroſis tumoribus adhiberi poteſt: laudatur quoque ad morbos Mammarum curandos forma Cataplaſmatis.

Ad Titulum PANAX SPHONDILII FOLIO, *ſive* HERACLEUM.

Mantiſſa.

EST Planta vera, unde Opoponax ſit, quod hac Æſtate expertus ſum, ubi hac ex Planta vulnerata profluit Succus luteus, qui Sole paulo inſpiſſatus odorem, & ſaporem Opoponacis perfectè habet. Sub hoc titulo nempe Opoponax in Officinis habetur, Opoponax verò ab ὀπὸς Succus, & πᾶν omnia, quaſi omnia ſanans; hinc ab ὀπὸς Opium, quoque nomen habet. Opoponacis ergo virtus ſatis eſt nota. Reſina eſt ſimul balſamus omnia leniens, conſolidans, & calefaciens. Vires ut Galbani, ſed magis balſamicæ; in omni tamen morbo, ubi eſt inflammatio, nocet.

THYSSELINUM PALUSTRE. *T.* 319.

Vid. Icon. 8. *Tab. LXVI.*

THyſſelinum A θύω ſuffio, & σέλινον Apium, quaſi Apium olens, quia hujus Plantæ radices manducatæ relinquunt in ore Thymum, ſed ingratum.

THyſſelinum paluſtre. *T.* 319. *Thyſſelinum, paluſtre, foliis ferulaceis. H. L.* 598. *Seſeli paluſtre, lacteſcens, acre, foliis ferulaceis, flore albo, ſemine lato. J. B.* 3. 2. 188. *Seſeli paluſtre, lacteſcens. C. B. P.* 162. *Prodr.* 85. *Radix* perennis, magna, Succo lacteo prægnans. *Folia* Apii, vel Ferulæ multo tenuiùs inciſa. *Flores* candidos in umbellis; & *Semen* foliaceum, oblongum, compreſſum. *Caulis* ſtriatus, anguloſus, excavatus, rubicundus, nodoſus, ramoſus. *Creſcit in locis aquoſis.*

Temperamentum, & Vires.

Radices *ſunt aperientes, & penetrantes, urinam, & menſtrua provocant.*

ASTRANTIA NIGRA, MAJOR. *M. H.* 3. 279.

Vid. Icon. 9. *Tab. LXVI.*

ASTrantia ab ἀστὴρ Aſter, quia hujus Plantæ ſummitas Aſterem refert.

ASTrantia nigra, major. *M. H.* 3. 279. *Aſtrantia major. M. V.* 7. 10. *Aſtrantia nigra. Lob. Aſtrantia major, corona floris purpuraſcente. T.* 314. *Helleborus niger, Saniculæ folio, major. C. B. P.* 186. *Sanicula fœmina quibuſdam, aliis Helleborus niger. J. B.* 3. 638. *Veratrum nigrum, Dioſc. Dod. p.* 387. *Eyſt. Imperatoria nigra. Taber. Oſtertitium montanum. Trag. Radix* ex nigris fibris compoſita (unde nigra à pluribus dicitur) *Folia* plurima emittit palmaria, *Pentaphylli*, aut *Saniculæ* in modum in 5. lobos, partesve in fundo junctas divi-

diviſa, atrovirentia, textura, & vultu *Imperatoriæ vulgaris*, in ambitu dentata, pediculis longis ad eundem modum inſidentia. Ex horum medietate *Caules* teretes, graciles, cubitales oriuntur, in alas interdum ſeſe dividentes; quarum ſummitates *Umbellis* parvis, rotundis ornantur, iiſque *Floribus* pentapetalis, colore ex albo virente tantilla purpura permixto donatis; cum foliolis concoloribus 10. 12. pluribuſque oblongis, acutis, ad originem umbellulæ ſubjectis, quæ ipſius longitudini adæquantur. Floribus ſuccedunt *Semina* longiuſcula, ſtriata, binatim juncta. *Creſcit in Sylvis*.

Temperamentum, & Vires.

Geſnerus *de* Aſtrantia nigra majore *dicit*, *quod* Radix *ejus eodem modo purgat*, *ac Helleborus*; *ſed tamen paulo lenior eſt*; *hinc habetur pro Marathro Nigro*, *nam ſapor acrimoniam cauſticam indicat*; *laudatur ad laxa roboranda*, *in Scorbuto dicitur optimos effectus præſtare*.

DISTRIBUTIO VII.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE FLORE SIMPLICI ADDENDAE PRAECEDENTIBUS.

VALERIANELLA ARVENSIS, PRAECOX, HUMILIOR, SEMINE DEPRESSO. *M. U.* 53. *Vid. Icon.* 10. *Tab. LXVI.*

Valerianella *quaſi* parva Valeriana *ob ſimilitudinem hujus plantæ*. *Dicitur etiam* Lactucæ Agninæ, *quia tota planta ſucco molliſſima conſtat*. Locuſta *dicitur*, *quia rami* Cicadæ *ſaltantis crura referunt*; Lactuca agnina, *quia ſi* Agni *in paſcua*, *ubi creſcit*, *dimittantur*, *ſtatim has plantas carpunt*, *unde miré pingueſcunt*.

Valerianella arvenſis, præcox, humilior, ſemine depreſſo. *M. U.* 53. *Pſeudovaleriana annua*, *arvenſis*, *præcox*, *humilis*, *ſemine compreſſo*, *rotundo*. *M. H.* 3. 104. *Locuſta herba*. *J. B.* 3. 2. 325. *Olus album*. *Dod. p.* 647. *Valeriana campeſtris*, *inodora*, *major*. *C. B. P.* 165. *Valeriana altera*, *nudo*, *umbilicato*, *& lævi ſemine*. *Col.* 1. 208. *Valerianella arvenſis*, *præcox*, *foliis integris*. *Fl.* 21. *Folia* mollia, viridia, *Roſæ* in modum tota hyeme per terram expanſa ſunt, binas aut tres uncias longa, digitum fere lata, obtuſa. Inter hæc erigunt *Caulis* dodrantalis, varié brachiatus, duplicique conjugatione ſemper diviſus, cum duobus foliis ad appoſitionem è regione ſitis. *Floſculi* albidi perquam exigui præcedunt *Semina* rotunda, & compreſſa, binatim conjugata, pro plantæ modulo ſatis ampla, quibus in arvis inter ſegetes, & in Hortis ſatis, ſponte oriuntur novæ plantæ, Hybernis menſibus Acetariis aptiſſimæ.

Temperamentum, & Vires.

Molliſſima eſt Herba, *ſucculenta*, *blandiſſima*, *ſuaviſſima*, *multumque nutriens*; *hinc pabulum præbet*, *nutriens blandum leve iis*, *quibus ventriculi nimis debilitata vis eſt*: *dicta* Herba *convenit*, *ubi leniendum*, *laxandum*, *lubricandum*, *unde Pleuritidi curandæ adhibetur*, *ut & Nephritidi*, *uſurpatur ad conciliandum ſomnum*. Succus *hujus crudus optimus eſt*, *vel ſi in leni Decocto carnis coquantur* Folia: *hic* Succus *benigniſſimus*, *& leniſſimus eſt in Phtyſi*, *ubi mollia*, *& leniſſima requiruntur*, *eſt egregiè demulcens*; *hinc in ſtranguria*, *mitu cruento*, *ſanguinis ſputo*, *pulmone aſpero*, *Tuſſi*, *dolore renum*, *ad Podagram mitigandam egregiè audit*: *idem facit in ſero Lactis decocta*, *expreſſa*, *& in copia hauſta*. *Hypochondriacorum ſummum eſt ſolamen*. Semen *eſt maximè aperiens*, *convenit imprimis in Scorbuto*, *& in omnibus morbis*, *ubi* Radix *Bulbocaſtani eſt in uſu*: *in Gonorrhœa*, *& Dyſenteria etiam commendatur*.

LIMONIUM MARITIMUM, MAJUS. *C. B. P.* 192. *Vid. Icon.* 11. *Tab. LXVI.*

Limonium *à* λειμὼν Pratum, *quia in Pratis creſcit*, *vel à* λίμνη plus, *quaſi Planta ad paludes creſcens*, *teſte* Dioſcor. λειμὼν *ſignificat herbam pratenſem*.

Limonium maritimum, majus. *C. B. P.* 192. *M. H.* 3. 600. *Limonium*. *Ger.* 411. *Matth. Adv. Lob. Vulgatius*. *Park.* 1234. *Limonium majus*, *multis*; *aliis Behen rubrum*. *J. B.* 3. *App.* 876. *Valerianæ rubræ ſimilis*, *pro Limonio miſſa*. *Dod. p.* 351. *Radice* nititur craſsâ, rubente, guſtu adſtringente, & in capita quædam diviſa: à qua *Folia* oriuntur *Lapathi*, ſed minora, læviora, & hilariùs virentia. *Caules* pedales, ramis multis latè deductis patuli: per quos ordine conſcendunt *Flores* denſi, parvi, ex albo cærulei, cum caulyculis rubentibus. *Semen* copioſum, oblongum, ruffeſcens. *Creſcit in locis aquoſis*, *& paludibus circa Mare*.

Temperamentum, & Vires.

Commendatur virtute ſuâ detergente, *& aperiente*, *& vulneraria*, *& videtur eſſe ſucculenta* Planta, *ut ſemper vidi*.

Ad Titulum PLUMBAGO.
Mantiſſa.

Fabius Columna *dicit ineſſe virtutem*, *quod ſi inter equitandum dorſis Equorum exulceratis* Folia *imponantur*, *optimè ſanare*, *& breviter aptos reddere ſuſtinendis Ephippiis*. *Eſt ſummè aperiens hæc* Planta, *ſed minus acris*.

Ad Titulum JALAPA.
Mantiſſa.

Carolus Plumier, *qui Plantarum quarundam Americanarum nuperam Hiſtoriam edidit*, Jalappam *in Officinis uſitatam*, *& ex* America *deportatam ſpeciem hujus* Plantæ *eſſe aſſerit*, *unde* Tournef., *&* Boerh. Jalap. *vocitat*. Mirabilis *nomen ob pulchritudinem obtinuit*; *hinc* Gallis *dicitur* Merveille, *&* Belle-denuit, *& hoc nomen à pulchritudine floris accepit*, *qui Veſperi ſe aperit*.

Foliis, & Radicibus *vires inſunt*: Folia *contuſa tumores frigidos diſſipant*: Radix *recens ad unciam unam*, *vel duas epota egregiè purgat hydropicos*, *in pulvere*, *& in Aqua cocta ad eandem doſin eundem præſtat effectum*. Jalappa Radix *ſub hoc titulo in Officinis habetur*, (imprimis noſtra jam deſcripta *pag.* 12. *Icon.* 5. *Tab. XV.*, *ſive* Jalappa Officinarum, fructu rugoſo, *aut* Mirabilis Peruvianæ, flore vario, fructu rugoſo): *ut hæc* Planta *ſit optima*, *Autumno eſt effodienda*, *& ſic in Umbra ſiccata*, *& in Arena depoſita per multos annos ſervari poteſt*; *hinc in uſus Medicos effoditur circa finem Autumni*, *& exſiccatur*, *tum exſiccata in taleolos ſcinditur*, *& dicitur* Radix Jalappæ, *hoc eſt egregium purgans*; *purgat enim ſine dolore*, *& ulla fere incommoditate*, *diſſolvit*, *& Heteroclytum virus ex ſanguine pellit*, *hacque* Plantâ *totus Sanguis in Aqua poteſt converti*; *inde fit illud memorabile Medicamentum* Raſina Jalappæ, *quæ ſi ad granum* 10. *cum Sacchâro diu contrito detur*, *Hydropicum ſanat*; *expurgat*, *omnes humores ſeroſos*: *in Rheumatiſmo*, *& Podagra convenit*.

DISTRIBUTIO VIII.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE FLORE PLANIPETALO ADDENDAE PRAECEDENTIBUS.

Ad Titulum SCORZONERA LATIFOLIA ALTERA. Mantiſſa. *Vid. Icon.* 1. *Tab. LXVII.*

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE DISCIFLORAE ADDENDAE PRAECEDENTIBUS.

CARLINA ACAULOS, GUMMIFERA. *C. B. P.* 380. *Vid. Icon.* 2. *Tab. LXVII.*

CArlina acaulos, gummifera. *C. B. P.* 380. *Chamæleon albus, Apulus, purpureo flore, gummifer. Col. Part.* 1. 12. *Carduus humilior gummifer, magno flore ſimplici cæruleo. M. H.* 3. 158. Huic *Radix* craſſa eſt admodum, & longa, foris ruſeſcens, intus alba, lacteſcens, aromatico gravi parum odore, non injucundo, cerebrum petente, dulci ſapore, edulis, & cum extirpatur, ſi vel minima fibrilla violetur, ſtatim ea parte lac emittit, in grumos ob viſcoſitatem concreſcens: ſumma *Radix* frequenter in plures ſe dividit, in quibus *Capita* orbiculata, mali parvi magnitudine, ſingulis foliorum umbilicis hærentia inveniuntur, echinata, ut in vulgata *Carlina*, humi jacentia. Huic ſpinoſum caput, ſive *Acanus*, in quo flos conſpicitur, tumeſcens, ruffas minutaſque barbulas, ſeu potius ſquamas occultans, atque pappolus. *Floſculi* quidem ambientes, in quinque partes ſinguli dividuntur, tenues admodum, ut capillares ferè videantur, non ſecus, ac in floribus *Scolymi*, ſive *Cinaræ*, quibus ſimillimi effigie, colore verò non ita cæruleum imitantes, ſed potius purpuraſcentes. His marceſcentibus candidum pappum emittunt interna *Semina* ſingulis floſculis ſubjacentia, oblonga, cinerea, & ſplendida. Folia huic pedalia, vel majora, magis profundè inciſa, & ſpinoſiora vulgaris *Cinaræ*, ſimiliore diviſura, colore albicantia, velut caneſcentia, infernè hirſuta, quandoque Majo menſe virentia, in vetuſtioribus, & areſcentibus rubentia, ut in aliis plantis obſervatur. *In* Apuliæ Cinirolæ *ſterilibus devexis locis* Occidentalibus *editis ſatis frequens naſci obſervatur. In* Apulia *Gummi* Chamæloni *inhærens colligitur à Paſtoribus, &* Cera di Cardo, *dicitur.*

CARLINA CAULIFERA. *J. B.* 3. 64. *Vid. Icon.* 3. *Tab. LXVII.*

CArlina caulifera. *J. B.* 3. 64. *Carlina, ſive Leucacantha. Dod. p.* 727. *Carlina cauleſcens, flore magno, albicante. C. B. P.* 380. *Carlina vulgaris, caulem emittens. Col. Carduus xeranthemos, flore albo, cauleſcens. M H.* 3. 162. *Chamæleon niger, vulgaris. Eyſt. Trag. Chamæleon albus caule donatus. Lob. Carlina elatior, Chamæleon albus vulgaris. Cluſ. Hiſt.* Poſtremus iſte multò frequentior invenitur, & pedalem *Caulem adquirit*. Anguſtiora habet *Folia*, in multis lacinias diviſa, non paucioribus tamen, quàm ſuperioris folia, aculeis horrida; *Caput* in extimo caule minus amplum, *Floremque* minorem profert. *Radix* craſſa, foris etiam fuſci coloris. *Creſcit in locis montoſis.*

Vires.

Radix *initio Martii collecta, & in umbra ſiccata habet ſubtiliſſimum aroma acre;* Foliorum *contuſorum* Succus *expreſſus, & Melle edulcoratus, & ad uncias duas hauſtus cum Vino in Peſte conducit: conditur Aceto, & Melle edulcoratur, vel inſtar Caffè ſumitur. Hæc* Planta *eſt emmenagoga, Atiſpaſmodica, Diaphoretica, Aperiens, Alexipharmaca, Diuretica, in hyſtericis, quibus odor non eſt: inſenſus mirè conducit, lumbricos necat, potenter movet ſudorem, eoque nomine Herpetem, cutaneoſque affectus ex fundamento curat; per ipſum enim ſudorem expellit acidum illud corroſivum Herpetis. Commendatur etiam ejus* Decoctum *ad morbos Hypochondriacos, jungitur Pyrethro ad Paralyſin, præcipuè linguæ &c.*

Ad Titulum CHAMAEMELUM ODORATUM. Mantiſſa. *Vid. Icon.* 5. *Tab. XX.*

MILLEFOLIUM ALPINUM LAEVE, AMPLIORE FLORE. *M. H.* 3. 39. *Vid. Icon.* 4. *Tab. LXVII.*

MIllefolium Alpinum læve, ampliore flore. *M. H.* 3. 39. *Millefolio Alpino affinis planta, quibuſdam Iva moſchata. J. B.* Alii *Liva* à Monte *Livo*, ubi in magna invenitur copiâ. Duo aut tres pollices alta eſt hæc *Planta*, paulo etiam amplior, *Cauliculo* ſimplici: *Foliis Millefoliis Alpini hirſuti* ſimilibus, licèt non hirſutis, nec ita ad *Millefolium vulgare* accedentibus: *Flores* plures, umbellati, ſeu corymbiferi, ſed minore, rotatim agmine petalorum alborum magnorum circumpoſito, apicibus in medio numeroſis, ex *Capitulo* ſquamis nigris in modum compacto erumpunt. *Colitur in Montibus. Floret menſe Julio.*

Vires.

Sanguinem ſiſtentes, & interim roborantes, adſtringentes, in diarrhæa, hæmorrhagiis narium, uteri, alvi, vulnerum, ſputo ſanguineo, urina retenta, vomitu, mictione ſanguinis, calculo, hæmorrhoidibus, gonorrhææ, quando à nimia laxitate oritur, conveniunt, & ubi humores ſoluti ſunt compingendi. Folia *in* Aqua *infuſa inſtar potus Thee ſunt optima.* Aqua *ex hac* Planta *diſtillata conducit Epilepſiæ: hujus* Plantæ *Vinum medicatum omnes Diarrhæas curat. Externè adhibetur in Odontalgia, hæmorrhoidibus, Hernia, Penis tumoribus, Cephalalgia, Oculorum Pterigio, ictibus venenatis. Eſt* Planta *etiam vulneraria.*

Ad Titulum EUPATORIUM. Mantiſſa.

E*St ruſticorum Panacea*, Succus *magnâ copiâ ſumptus vomitum excitat, alvum, ſalivationem, & ſimilia movet: hinc multos morbos chronicos curat, ut ruſtici felici cum ſucceſſu utuntur in Hydrope, Ictero, in Quartanâ, & ad Scorbutum princeps audit Remedium, ad omnes febres intermittentes* Succus *expreſſus recens ex* Foliis *ad unciam unam, vel duas, mirum effectum habet. Imprimis hæc* Planta *laudatur ſi creſcat in locis paludoſis, ubi quoque multùm Scorbutum Epidemicum graſſatur. Eſt* Planta *amariſſima, penetrantiſſimi ſaporis. Cereviſia medicata inde facta laudatur Hypochondriacis, Scorbuticis frigidis, febribus tertianis frigidis, & ad omnes frigidas obſtructiones ſolvendas: contra Hydropem Anaſarcam, nam exſiccat urinam, & ſudores pellit, præ primis ſi* Succus *ſumatur.* Planta *infuſa, & inſtar Thee epota, eſt optima in hiſce morbis, nocet omnibus morbis calidis, ſi nimiâ in copiâ aſſumatur, irritat ſtomachum, & vomitum excitat, Saburram ſtomachi lenti expellit, in curandis tibiarum ulceribus imprimis inclaruit, ſi mane per ſeptimanas bibatur, maximè hæc ulcera depurantur.* Succus *ex ſummitatibus exprimitur;* Folia *pedibus tumentibus impoſita, ſummi ſunt uſus.* Geſnerus *dicit, hujus* Radicis *Decoctum multo tutius, & facilius evacuare, quàm Helleborus.*

DISTRIBUTIO XI.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE CAPITATAE ADDENDAE PRAECEDENTIBUS.

CUMINOIDES VULGARIS. *T.* 301. *Vid. Icon.* 5. *Tab. LXVII.*

CUminoïdes *à* Cumino, *quia plures Auctores hanc Plantam cum* Cumino *confuderunt.*

CUminoïdes vulgaris. *T.* 301. *Cuminum ſylveſtre, capitulis globoſis. C. B. P.* 146. *Cuminum ſylveſtre, primum, valde odoratum, globoſum. J. B.* 3. 2. 23. *Cominum ſylveſtre. Dod. p.* 300. *Matth. Lob. Ger. Park. Umbelliferis affinis, capitulis globoſis, & villoſis. M. H.* 3. 265. *Cuminum ſylveſtre erraticum. Taber. Folia* inſtar *Pimpinellæ ſanguiſorbæ* lobata, inciſa. *Flos* quinquefidus in *Capitulum* globoſum congeſtus, fimbriatus. *Semina* ad ſingulos flores ſingularia non bina, ut in Umbelliferis. Hæc *Planta* habet odorem *Dauci*. *Creſcit in regionibus calidis ſupra Montes.*

Vires.

Vires.

In hac Planta *eſt ſapor Aromaticus, odoratiſſimuſque fragor*, Semine *odore fragrantiſſimo*. Virtus *ferè eadem, ut de Fœniculo, vel Abrotano dixi*. *Eſt* Planta *aperiens, incidens, & reſolvens: in retentione urinæ, & menſibus obſtructis convenit*.

STATICE. *Lugd.* 1190. *Vid. Icon.* 6. *Tab. LXVII.*

STatice *à* ſtare, *quia ſanguinem in Hæmorrhagia narium ſiſtit*.

STatice. *Lugd.* 1190. *T.* 341. *Scabioſa montana, globoſo flore, gramineis foliis, latioribus. H. L. Caryophyllus montanus, major, flore globoſo. C. B. P.* 211. *Caryophyllus flos, aphyllocaulis, vel junceus, major. J. B.* 3. 336. *Gramen marinum mediterraneum majus, Statice quibuſdam. Park.* 1279. *Caryophyllus mediterraneus. Ger.* 602. *Gramen polyanthemum majus. Dod. p.* 564. *Armerius montanus, tenuifolius, major. Cluſ. H.* 287. *Limonium majus, flore globoſo. M. H.* 3. 600. *Folia* graminea. *Caulis* quinque petali in capitulum *Scabioſæ* æmulum congeſti *Flores* fert plurimos, totoque anno durabiles. *Radix* longa, ſatis craſſa, rotunda, lignoſa. *Creſcit in Montibus, & locis humidis*.

Temperamentum, & Vires.

Sunt adſtringentes, hinc ad ſiſtendum minimum fluxum conveniunt, & adhiberi poſſunt in hoc caſu, ubi 1. *nimia laxitas*, 2. *nimia fluiditas*, 3. *nimius impetus adeſt*.

DISTRIBUTIO XII.

PLANTAE GYMNOMONOSPERMAE, FLORE COMPOSITO, CAPITATAE, SQUAMOSAE ADDENDAE PRAECEDENTIBUS.

CIRSIUM MAXIMUM ASPHODELI RADICE. *C. B. P.* 377. *Vid. Icon.* 7. *Tab. LXVII.*

CIrſium *à* κιρσὸς varix circa inteſtinum ultimum, id eſt Hæmorrhoides, ſeu inflammatio ani, *quia ſolet adhiberi ad hos curandos, ſi* Folia *contuſa huic loco applicentur; hinc ex ejus nomine intelligitur virtus*.

CIrſium maximum Aſphodeli radice. *C. B. P.* 377. *Cirſium maximum, foliis carnoſis, bulboſa radice, fortè Lutetianum. J. B.* 3. 44. *M. H.* 3. 150. *Cirſium maximum, montanum, incano folio, bulboſa radice. Cluſ. H.* 149. In cubitalem, & majorem altitudinem excreſcit, pollicaris craſſitudinis, *Caule* ſtriato, incana, tomentaceaque lanugine obſito; *Folia* illa magna, carnoſa, ſucci plena, viridia, in ambitu dentata, mollibuſque ſpinis hirta: *Capita* in ſummo caule, ſummiſque ramis ſquamata, ſatis magna, quæ in *ſtamineos* purpureo colore nitentes: *Flores* expanſa maturitate in pappum reſolvuntur: *Radix* multis craſſis, Aſphodelinos bulbos ferè referentibus, & oblongis firmatur. *Creſcit in Montibus; & in Hortis curioſorum reperitur. Floret Julio*.

Vires.

De Viribus Cirſii *parum dicendum eſt: exſiccandi facultatem obtinet*. Radicem *adalligatam varicum dolores ſedat, ut* Dioſcorides *refert*.

SERRATULA. *C. B. P.* 235. *Vid. Icon.* 8. *Tab. LXVII.*

SErratula *à foliis minutim ſerratis nomen accepit, quibus Centaurio convenit; minor verò eſt planta) quoad omnes partes*.

SErratula. *C. B. P.* 235. *J. B.* 3. 23. *Dod. p.* 42. *Serratula Tinctoris. Eyſt. Iacea nemorenſis, quæ Serratula vulgò. T.* 444. *Serratula vulgaris, foliis laciniatis. M. H.* 3. 133. *Serratula flore purpureo. Park. Centauroïdes, vel Centaurium ſylveſtre Germanicum. Thal.* Serratula Jaceis proxima, *Caule* recto, rigido, ſtriato, glabro, rubente, qui ad cubitalem altitudinem attollitur, & cis ſummitatem in ramos multos finditur. *Folia* primùm emergentia (aut quædam eorum) integra *Betonicæ* facie longa, aliàs *Scabioſæ* inſtar laciniata, utraque atrovirentia, glabra, arguto ſpinularum multum agmine ſerrata. *Capitula* crebra externis ſurculis inſident oblonga, ſquarroſa, atrorubentia, è quibus *Flores* emicant *Iaceæ* nigræ, purpurei, aut carnei coloris; non verò diſcoides, ut in *Iacea*, ſed omnes ejuſdem magnitudinis cernuntur; quibus ſingulis ſuccedunt *Semina* oblongiuſcula, pappo rigido barbata. *Radix* fibrata, fuſca. *In Sylvis, locis opacis, & humentibus, veluti in Pratis naſcitur; ſub finem Æſtatis florem, ac deinde ſemen perficit*.

Vires.

Serratula *reſiccantis facultatis eſt; ruptis, & ab altò devolutis, ad vulnera, & enterocelas, ſive inteſtinorum ramices commendatur. Eſt optima* Planta *in contuſionibus, doloribus Hæmorrhoidum, & Herniis*.

Ad Titulum CYANUS SEGETUM FLORE CAERULEO.

Mantiſſa.

FLores *ejuſdem ſunt virtutis, ac Flores Borraginis, & Bugloſſæ; potentiùs tamen urinam pellunt; ideo in hydrope conveniunt; & conducunt debilibus oculis:* Flos *contuſus, & forma Cataplaſmatis oculis inflammatis applicatus prodeſt, vel in Aqua pluvia infuſus, & poſtea diſtillatus, tum Aqua inde educta, & oculis inſtillata, eſt ſummum ſenſibus ſolamen. Hic* Flos *tanquam Cardiacus ad lippitudinem, & rubedinem palpebrararum optimè convenit, & homines ferè cæci ex debilitate inde ſanantur*. Succus *ex* Flore *expreſſus, & bene depuratus, reſolvit omnes oculorum inflammationes, reficit, humectat, corroborat: ſæpius hoc pro colliro utor. Hi* Flores *tempore idoneo in umbra ſunt exſiccandi; vel in eodem caſu recenter cum Saccharo optimo tantùm commendantur; hi* Flores *inſtar Thèe infuſi ſunt optimi*. Folia *hujus* Plantæ *in Cerviſia cocta conducunt in Ictero, & retentione urinæ*. Aqua *ejus diſtillata in infantium dentibus erumpentibus convenit, ſi gingivæ hac* Aqua *humectentur*. Folia *in pulverem contrita in Eryſipelate ſunt optima, uti & eorum* Decoctum *in Menſibus obſtructis*.

DISTRIBUTIO XIV.

PLANTAE GYMNOTETRASPERMAE VERTICILLATAE ADDENDAE PRAECEDENTIBUS.

Ad Titulum BETONICA.

Mantiſſa.

COnſerva *eſt optimi uſus, ſed quia omni tempore haberi poteſt, hinc* Planta *recens multo melior eſt: contra Scorbutum optimè uſurpatur, quia vigorem ſanguini optimè reſtituit, putredinem arcet in vulneribus, ſi potetur, tum ad pulcherrima cicatricem deducit: idem verum eſt de ulceribus. Hæc* Planta *eſt aperiens, attenuans, diuretica, vulneraria, cephalica uterina*. Folia *inſtar Thèe infuſa conducunt in cephalalgia, Ictero, Podagra, dolore Iſchiatico, paſſionibus hiſtericis*; Decoctum *Herniariæ cum* Beto-

nica

nica in calculo renum, & *veſicæ commendatur*, *allii laudant* Decoctum Betonicæ *ad lochium fluxum poſt partum ſiſtendum*.

Ad Titulum GALEOPSIS, *ſive* STACHYS FOETIDA, SEPIUM FLAGELLIS REPTATRICIBUS.

Mantiſſa.

Eſt Galeopſis Dioſcoridis, *ut videtur*, & *tum erit* Planta *optima ad ſuffocationes uterinas*; *imo hæc* Planta *adeo fœtet*, *ut nulla Aſa fœtida*, & *Caſtoreum magis fœteant*. Galeopſis *à* γαλῆ felis, & ὄψις facies, *quia flos faciem mordentis felis refert*.

Ad Titulum SALVIA.

Mantiſſa.

Apud *veteres* jure *pro Antitoxico*, *ſudorifero cardiaco*, *maximè cephalico habetur*, *ſed non niſi in morbis frigidis*, *ubi pituita abundat*. Aqua *deſtillata*, & Conſerva *ex* Floribus *contra omnia venena*, *ut ſudorifera*, & *roborans*; Herba *ad prophylaxim adhiberi ſolebant*; *vis vero putredini reſiſtens* Salviæ *tribuitur*. *Ad Cadavera condienda eſt egregia* Planta, *in* Aula *etiam* Cæſaris *apud* Turcas *tanti eſt*, *ut inter ſumma aſſeveretur*; 1. *à vermibus*, & *inſectis partes defendit*, 2. *quia partes conſtringit vi adſtrictoria*, 3. *quia per odorem ſuum gratum corruptioni reſiſtit*; Chinenſes *dicuntur adeo amare hanc* Plantam, *ut ſi ad ipſos offeratur*, *quærant*, *cur* Europæi *eorum* Herbam Thee *adeo amant*, *cum habeant* Salviam. *Solidi roborat*, & *adſtringit*; *Chirurgi cum illa ſiſtunt ſanguinem è vulneribus fluentem*, *conſtringit arterias*. Herba *Vino incocta ad membrum paraliticum eſt optima*, *in ea ineſt vis habens naturam Quercuum*, *ſic adſtringit*, *excitat ſpiritus*, *nervos movet*; *hinc eſt optimum Remedium*, *ubi laxitas*, & *inertia humorum peccat*, *inde fiunt* Conſervæ *convenientes optimè debili Fœminarum ſtomacho*, *nam licèt Fœminæ per annos debili laboraverint ſtomacho*, *dragma dimidia hujus* Conſervæ *curantur*; *hæc* Planta *in gargariſmate adhibita oris Aphtas abſtergit*, *in tremore*, & *Catharris uti in Menſtruis obſtructis prodeſt*.

MOLUCCA. *J. B.* 3. 2. 234.

Vid. Icon. 3. *Tab. LXVII.*

Molucca *à* Molucca Inſula, *quia hæc Planta ibi fuit inventa*.

Molucca. *J. B.* 3. 2. 234. *Molucca lævis*. *Dod. p.* 92. *Eyſt. Meliſſa Moluccana*, *odorata*. *C. B. P.* 229. *Molucca Syriaca*, *lævis*. *M. H.* 3. 380. *Molucha*. 1. *Cæſ. Meliſſa Conſtantinopolitana*. *Matth. Cam.* E *Radice* fibroſa, annua, *Caules* profert è rotundis quadratos, craſſos, carnoſos, cubitales, glabros, in ramos multos diffuſos; & in his juxta ſingula ramorum genicula, *Folia* æqualiter locata, petiolis longis appendentia, *Marrubii* amplitudine, ſed omnino glabra, in ambitu alte dentata, non ingrati odoris, proveniunt. In Caule, ramiſque à medio ad ſummum uſque ex intervallis, *Calyces* magni, patuli, calathoides, cutanei, membranacei, pallide virentes, ac tintinnabulorum in modum patentes, ſeni, verticillatim ponuntur, ad quorum appoſitionem *Spinulæ* parvæ etiam proſiliunt. E fundo horum *Flores* emergunt ampli, galeati, pallidi; quibus marceſcentibus, *Semina* nuda, anguloſa, quaterna, ſuccedunt. *Creſcit in Hortis.*

Vires.

Eſt Herba *vulneraria*, & *in Phtyſicis optima*, *ſi in Aqua ejus* Folia *infuſa aſſumantur*, *ſi ſanguinis ſputa adſint*, *tum* Succus *ejus expreſſus valet*, *qui eſt adſtringens*, & *in ipſa Hæmoptoe convenit*; *ad Calculum ſolvendum nulla eſt melior* Planta, *ſi nempe ejus* Folia *ſpiritu Vini*, *vel Vino infundantur*; *cæterùm vis eſt*, *ut in Meliſſa*, *niſi paulo graveolentior*.

Ad Titulum BALLOTE.

Mantiſſa.

Ballote *eſt vox Græca*, *quæ huic Plantæ à* Dioſcoride *data eſt*, & *hæc recenſetur inter Plantas veteribus notas*, *quarum Vires* Dioſcorides *bene notavit*, *dicitur* & Herba Jaculatoria, *quia juvat contra telorum vulnera*.

Vires.

Eſt optimæ Virtutis, *eſtque Caſtoreum ruſticorum*, Folia *fundunt fœtorem*, *qui idem efficit*, *ac Galbanum*, *Caſtoreum*, & *Aſa fœtida*, *hinc uterina habetur*, *qui fœtor etiam eſt optimus contra inſultus Epilepticos*, *Apoplecticos*, & *hiſtericos*. *Laudatur externè ad tumores frigidos*; *commendatur ſpecificè venatoribus*, & *Empyricis contra morſus rabidos Animalium*, *ſi* Folia *contuſa cum magna Salis copia in loco affecto imponantur*; *contra flatus hypochondriacos eſt optima* Planta, *intus ſumpta ſudorem movet*; *ſi* Folia *in Aqua*, *vel Vino coquantur*, *conducit ad venena expellenda*, *uti ad Podagram*.

CASSIDA PALUSTRIS, VULGATIOR, FLORE CAERULEO. *T.* 182. *Vid. Icon.* 10.

Tab. LXVII.

Caſſida *ſic dicta fuit hæc Planta à* Fabio Columna *à* Caſſide militari, *quam flos quodammodo refert*. *Dicitur* Solea Virginis Mariæ, *quia ſoleam calcis fœminæ refert*; Scutellaria, *à* Scutella, *quia Capſula feminis talis eſt*. *Vocatur etiam* Tertianaria, *quia amaro ſuo ſucco idem efficit*, *ac flores*, *vel ſummitates Centaurii minores ad febres intermittentes curandas*, *ſi* Folia *infuſa adhibeantur*.

Caſſida paluſtris, vulgatior, flore cæruleo. *T.* 182. *Scutellaria aquatica*, *vulgò Tertianaria dicta*. *H. L. Lyſimachia*, *cærulea*, *galericulata*, *vel Gratiola cærulea*. *C. B. P.* 246. *Tertianaria*, *aliis Lyſimachia galericulata*. *J. B.* 3. 453. *Lyſimachia galericulata*. *Lob. Ic.* 344. *Ger. Scutellaria paluſtris*, *repens*, *cærulea*. *M. H.* 3. 416. *Radices* culmi ſilive teretis magnitudine, geniculatæ, albæ, ſub terra vagantes. *Caules* pedales quadrangulares, ramoſos, concavos, geniculatos, nunc erectos, nunc reclinatos emittunt. Hiſce, petiolis brevibus adhærentia *Folia* viridia, *Menthæ* acutiora, in ambitu crenata, lævia, binatim, & decuſſatim adnaſcuntur. Ex ala cujuſque, ſingularis proſilit *Flos* galeatus, cæruleus, exteriùs villoſus, qui ad alterum oppoſitum tendens, ad unum latus ambo ſpectantes flectuntur. *Capſula ſeminalis* brevis, clauſa, calcei calcaneum referens; *Semina* parva, ſubrotunda, fuſca, continet. *Variat flore albo*. *Locis humidis*, & *ad rivulos frequens occurrit*. Radix perennat.

Vires.

Turnerus *inſignis Medicus affirmavit in Officinis ad tertianas uſurpatam* Caſſidam *dictam* Tertianariam. *Inter febrifugas recenſetur* Tertianaria *in praxi* Mayern.

Ad Titulum ROSMARINUS.

Mantiſſa.

Roſmarinus *eſt vox compoſita ex* Ros, & Marinus, *quaſi* Ros Maris, *quia ingenti copia ad* Maris Mediterranei *ripas creſcens ejus vapores roris forma cadentes accipiunt*; *ejus* Flos *in Officinis dicitur* Anthos *ab* ἄνθη *per* κατ᾽ἐξοχὴν Græcè; *vocatur etiam hæc Planta* Coronarius, *quia olim Floribus hujus Plantæ coronam conficiebant Veteres*.

Flores *diſtillentur*, *fit* Aqua, *quæ dicitur*, Eau de la Reine d'Hongrie Gallicè, *vel* Latinè Aqua Reginæ Hungariæ, *quia Eremita hanc* compoſitionem *aliquam* Reginam Hungariæ *docuit*. *Hæc* Aqua *eſt optima in animi*, & *ſpirituum deliquiis ſic dictis*, *ad delicias ſuffumigiorum*, *præſertim melancholicis*, & *hyſteriis*, *quum ex hoc grato odore hilares fiant*; *dein prodeſt hæc* Aqua *in animi deliquiis*, *qui ſunt morbi ex defectu ſpirituum animalium orti*, *ſicut illorum*, *qui ſanguinem ex vena aperta erumpentem aſpicere nequeunt*; *egregie enim reficit ſpiritus*, *nam nullum eſt organum*, *quod abſque minori læſione omnia percipiat*, *quam ſolus odoratus*; *interne etiam cum Aqua pluvia*, *vel fontana in eodem caſu aſſumitur*, *externè tempora*, *nares*, & *partes nervoſas*, *vel muſculoſas hac* Aquâ *affricantur in contuſionibus*, *vulneribus*, *gangræna*, & *humoribus frigidis cum magno ſucceſſu*. *Ex* Floribus *fit* Conſerva *adeo famoſa* Anglicana, *quæ vocatur* Conſerva florum Anthos, & *quæ fit ex* Floribus *medio decarptis*, *cum Sacharo contuſis*, & *in theca poſtea ab aere aſſervatis*; *hæc* Conſerva *eſt optimum remedium in vertigine à cauſa frigida*, *in omnibus morbis frigidis*; *hinc ſummum ſtomachicum eſt ab eadem cauſa ex*; *hoc remedium convenit in lema-*

lippe

lippe oculi non ex inflammatione. Folia hujus Plantæ in Vino cocta conducunt in nervis confortandis; fit etiam Conſerva ex Foliis pro Pauperibus; Oleum hujus Plantæ fit ex Floribus, & Foliis, & eſt Cephalicum, Antiſcorbuticum Emmenagogum, & quaſi ad Sabinam accedit: in Epilepticis eſt primarium Medicamentum; ſanat ſymptomata, quæ in hyſterica paſſione oriuntur, expurgandis lochiis, & menſtruis valet; nam eſt ſummum Arcanum quibuſdam Mulieribus, ubi partus, vel menſtrua ex vitio corporis retardantur, tum guttas aliquot hujus Olei dant cum Vino.

Ad Titulum CHAMAEPITIS.
Mantiſſa.

HAEc Planta eſt aperiens, incidens, cephalica, emmenagoga, diuretica, & vulneraria. In Podagra, & affectibus nervorum, & doloribus Rheumaticis ad crura conducit, ſi Folia in Aquâ, vel Vino cocta aſſumantur: ſanguinem coagulatum reſolvit, Epilepſiam, & Colicam curat; in doloribus Arthriticis, & Iſchiaticis eſt ſpecifica. Oleum inde extractum inſtar Olei Therebinthinæ agit, in Aſthmate convulſivo ſingulariter convenit, ab aliis in mictu cruento, & Catarrhis laudatur; menſtrua obſtructa provocat, ex ejus Succo fiunt Pillulæ Nicolai Salernitani, quæ Pillulæ in morbis Arthriticis ſunt optimæ; ex hac Planta etiam fit Conſerva optima, dicitur per ſudores venena poſſe expellere.

Ad Titulum SCORDIUM.
Mantiſſa.

SCordium eſt unicum, & tutum Remedium contra Peſtem. Rudhechius deprehendit, quòd hæc Planta in Cadaveris ore, inteſtinis, & naſo intruſa, conſervet corpus à putredine. Apud veteres ingrediebatur in omnibus Medicamentis contra morſus rabidi Animalis, & venena; omne peregrinum præcipuè ad putredinem inclinans per ſudorem expellit, habet amaritiem intollerabilem, & nauſeoſam, ſed tamen non nauſeam faciens: hinc omnes vermes, & inſecta necari videntur hæc Planta; ſed hinc non dico an verum ſit, ut Kircherus aliique putant, Ova Inſectorum tunc temporis ex aëre haurire, & ſic Peſtem fieri; hinc hanc Herbam modò hos Vermes necare. Gangrænam curat, & tumores reſolvit, in febribus intermittentibus convenit hæc Herba, externè vulnera, ac ulcera depurat, dolores podagricos lenit, Succus expreſſus datur cum Sacchara contra pulmonum vitia; de Virtutibus hujus Plantæ Fracaſſatus multa ſcripſit, ut & Sylvius in ſua Praxi ex hac Herbâ laborioſam Tincturam, ſed penetrantiſſimam extraxit &c. ut ſummum Remedium; Conſerva eſt ſudorifica, Phtyſicis, Aſthmaticis, Virginibus Chloroſi, & Menſtruis obſtructis laborantibus conducit; Folia Vino infuſa proſunt Hydropicis.

Ad Titulum BUGULA.
Mantiſſa.

FLores, & Folia hujus Plantæ decocta conducunt in nimio menſtruorum fluxu, Dyſenteria, ſputo ſanguinis, Hæmorrhagia, & fluore albo. Succus ex Foliis expreſſus, & Melle edulcoratus, convenit in oris, & Pulmonum ulceribus, Aphthis, & omnibus morbis faucium: vulnera detergit, & conſolidat, urinæ retentioni, & Herniis convenit.

Ad Titulum MENTHA.
Mantiſſa.

SYdenham dicit, ſe ſingultum, & vomitum cum Aqua Menthæ curaſſe, ſi nempe ſingulis horis frigidè detur ad unciam unam in atrabiliariis, & hyſtericis; quoque conducit in Dyſenteriâ ſanguine contuſa. Herba abdomini applicata eſt ſummum Remedium, ſed genituram extinguere dicitur. Spiritus Menthæ ad guttas paucas cum Vino Hiſpanico multum proficit ad ſtomachi morbos: externè Folia, vel Spiritus ejus cum Vino Rheano abdomini applicantur, ad vomitum ſiſtendum. Ex tenellis apicibus fit Conſerva, quæ eſt optima; inde paratur ſpiritus, qui omnes carminativos fere ſuperat, eſtque ſummum Cardiacum.

Ad Titulum PULEGIUM.
Mantiſſa.

FOlia inſtar Thèe infuſa proſunt in Aſthmate; hæc Planta optima ad morbos pectoris, & motum materiæ lentæ, & robur partium excitandum; exhibeatur etiam Phtyſicis: pro Emmenagogo uterino extrinſecus applicato convenit, inde fiunt balnea, fomenta. Syrupus ejus tuſſim convulſivam Infantium curat, teſte Boyleo in tractatu de ſpecificis Medicamentis. Succus ejus expreſſus, & cum Syrupo quodam aſſumptus, eſt optimum Medicamentum.

DISTRIBUTIO XVII.

PLANTAE MONANGIOSPERMAE ADDENDAE PRAECEDENTIBUS.

Ad Titulum NUMMULARIA.
Mantiſſa.

SUccus, ut in Becabunga, nam ſaponaceum aromaticum, & balſamicum ſaporem habet, hinc eadem virtus; ſapor eſt acris non ingratus, in quo quid aromatici ſentitur, & acidiuſculi adſtringentis; hinc idem facit, ac Cochlearia cum Acetoſa miſta, nam hoc facimus, ubi ſanguinis ſputum metuitur; hinc in omni Scorbuto convenit, ubi materia fluidior, eſt reddenda ſine periculo nimiæ reſolutionis, ut in utero, ubi nimium ſanguinis fluit, quia ſi ſiſtatur, oritur inflammatio, ſi non erit etiam morbus, & in hoc morbo etiam hæc Herba prodeſt; Folia cum Vino cocta, & Melle edulcorata conducunt in ulceribus pulmonum, fluxu albo Mulierum, Diarrhæa, Dyſenteria, Aſthmate, ſanguinis ſputo, Hæmorrhoidibus, & Tuſſi ſicca infantum. Pulvis ex Foliis factus convenit in infantum Herniis. Folia contuſa, & formâ Cataplaſmatis applicata, ulcera fætida mundificant, & exſiccant: putrefactioni reſiſtit hæc Planta, pus generat, roborat, multoſque morbos curat. Contra Arthritidem, Podagram, Scorbutum, Hydropem, & Icterum Succus adhibetur ad unciam unam, vel duas mane jejuno ſtomacho, nam aperit, & urinam ducit.

Ad Titulum TRIFOLIUM FIBRINUM.
Mantiſſa.

VIres ejus inſignes ſunt in Scorbuto. Vide Eugalenum de Scorbuto: eſt Planta acerrimè amara, ſucculenta aperiens, & ſimul diluens. Boreales hanc Plantam ſummopere amant, & in Scorbuto, qui à lento muco obſidente nervorum, & muſculorum membranas, & juncturas oritur, hoc modo utuntur ℞. Foliorum Menyanthes, ſive Trifolium fibrinum M. duas, contere in pulpam cum Sero Lactis, decoque, hoc Decoctum mane jejuno ſtomacho aſſumatur: Ruſticis ſcorbuticis eſt planta commendantiſſima, ſi in cereviſia infuſa cum hac fermentet: ſic etiam contra Tertianam, & Quartanam febrim valet, nam Succus ejus eſt ita amarus, ut ipſam bilem ſuperet, illa amarities hæret in Succo ejus viſcido. Trifolium aquaticum vocatur in Officinis, in doloribus Rheumaticis eſt optima Planta, præſertim in hoc Rheumatiſmo, qui hæret circa juncturas, & nervorum membranas. Hæc Herba inſtar potus Thèe adhibita optime convenit, hinc bilem optimè refert, ubi iners viſcoſum, & acidum peccat. Folia cum Sale, & Vino contuſa, & formâ Cataplaſmatis adhibita conducunt ad tumores frigidos ſcorbuticos lentoſque diſſipandos. Folia ejus decocta conveniunt in Cachexia, Hydrope, & Podagra. Semina proſunt in tuſſi inveterata, & pulmonum morbis. Hæc Planta urinam promovet, dolores Nephriticos curat.

GLAUX MARITIMA. C. B. P. 215.
Vid. Icon. 11. Tab. LXVII.

GLaux vocatur à γάλα Lac, quia Lac in lactantibus auget; vel à colore glauco.

GLaux maritima. C. B. P. 215. Glaux exigua, maritima. J. B. 273. Gherard. 562. M. H. 3. 607. Glaux maritima, minor. Park. 1283. Glaux exigua. Dod. p. Folia profert exigua, ſibi oppoſita; è quorum alis, ſecundùm cauliculos humi ſtratos, Floſculi proveniunt in fundo integri, quinquefariam in margine diviſi, parvi, coloris carnei, nonnunquam etiam inalbi. Vaſcula ſeminalia ſuccedunt, quæ dum immatura, compreſſa, & ſiliculis Veronicæ ſimilia, apparent; denique turgeſcunt, & turbinata exeunt, ac per exſiccationem in quatuor partes partita ſunt, quibus inſunt Grana exigua oblonga. Planta perennis Radicibus quodammodo repentibus ſe propagat. Frequens ad oras Maritimas occurrit.

Vires, & Uſus.

Aperientes, & ſaponaceas habet, ut Becubunga, vel accedentes ad Portulacam, ſed acriores. Uſurpata in cibis, & juſculis. Lactis copiam auget: quapropter Nutricibus Lactis penuriâ laborantibus utiliſſima eſt: Hæc in Acetariis habetur cum Aceto, & editur cum ſalubritate.

DISTRIBUTIO XVIII.

PLANTAE DIANGIAE POLYSPERMAE ADDENDAE PRAECEDENTIBUS.

Ad Titulum VERONICA AQUATICA, *ſive* BECCABUNGA.

Mantiſſa.

HAEc Planta *in Sero Lactis cocta, & uſu quotidiano epota ſcorbutum curat, teſtantibus* Eugaleno, & Sennero, *tumores ſcorbuticos reſolvit, in ſcabie etiam conducit.* Succus *ejus diu epotus convenit in Podagra, ſi nempe per Menſes uncias duas, vel tres ſingulo die æger aſſumat, tum omne morbificum ex ſanguine per urinam educitur;* Succus *ejus hieme diu fervetur, ſi unciæ uni* Succi *guttæ quatuor, Spiritus Sulphuris per campanam jungantur; incidit viſcidam pulmonis pituitam, in tuſſi colica, nephritide, phtyſi, & pruritu confert; ad Colicam in Clyſmatibus eſt* Planta *optima. Vino infuſa Chloroſi laborantibus conducit; ejus* Pulvis *Hydropem curat juxta* Cæſalpinum, *uti &* Succus *febres intermittentes.* Aqua *ejus deſtillata oculos depurat.* Folia *decocta, & formâ gargariſmatis adhibita Anginam curant.* Francus *totum librum de hujus* Plantæ *virtutibus conſcripſit; inſtar Thèe adhibita conducit in obſtructionibus lienis, pancreatis, & meſenterii, in Cephalalgiâ, & Vertigine ejus effectus optimus; fluxibus albis prodeſt, & in omnibus cutaneis morbis convenit, uti & in Cancro; hinc hac* Planta *centenos morbos curavi, nam vim habet, pituitoſum viſcoſum & oleoſum ſolvendi, & fere omnes humores hac* Planta *diſſolvuntur.*

Ad Titulum NICOTIANAE.

Mantiſſa.

FOlia *recentia paulo contuſa, & loco dolenti applicata dolores ſedant, & ulcera ſordida, & vetuſta curant, ſcabiem, & lepram perfectè ſanant;* Succus *ejus omnia inſecta necat, pediculos, pulices, & illud obſcœnum inſectum, quod ad pudenda habetur,* Germanicè *platluys, necat, ſi in omnibus hiſce caſibus corpus infuſione inungatur, vel caput illiniatur, vel lintea ea tingantur: incommodum verò habet, quod ſi infantum caput inſpergatur, vomitum excitat;* Folia *recentia tumoribus, vel bubonibus impoſita optimè reſolvunt, ſi* Folia *Aqua infuſa quis bibat, purgabit violentiſſimè; ſi tamen quis ei aſſueverit, nil patitur.* Folia *ſicca ad uncias duas, vel* Succus *expreſſus eſſet egregius, niſi nimium vomitum, & purgationem excitaret, tamen in hydrope audit.* Oleum *diſtillatum eſt ſummum venenum, nam in venis Animalium infuſum, uti & ejus* Succus, *ſtatim occidit;* Pulvis *inſtar ſternutatorii adhibetur, fumus* Tabaci *peſti adverſus eſſe dicitur, eſtque ei mira vis; ſi enim quis inſuetus hunc fumum hauſerit, corripitur miris ſymptomatibus, nempe horrore, nauſea, alvi perturbatione, convulſionibus, & altiſſimo ſopore, & ſi majori copiâ fuerit uſus morte, ſi verò quis huic aſſueſcat, nil horum ſentit; hinc* 1. *inter errhina habetur,* 2. Fumus *hauritur,* 3. Folia *manducantur; hæc* Herba *mirificè nervos demulcet, ſitim ſedat, ut famem; hinc milites hac in itinere carere non poſſunt. Mirificum eſt, quod ſi inſueti hujus* Folia *manducent, quod tum convulſionem procreet, omnemque ſecretionem augeat, ſed in aſſuetis convulſionem ſedat. Bini ſunt caſus, in quibus omnibus cæteris* Herbis *prævalet,* 1. *Si* Fumus *per inferiora in inteſtina ultima adigetur, illico alvum obſtipatiſſimam nulla Medicamenta auſcultare volentem, ſolvit;* 2. *Si* Herba *recens, in* Syrupo *cocta aſſumatur plus ſurſum deorſumque movet, quàm ullum Medicamentum; per* Folia *recentia contuſa externè ſine ſuppuratione omnes verrucas, & tumores reſolvuntur;* Folia *maſticata in Apoplexia, Catarrho, & Paralyſi conveniunt, quia ſalivam potenter movent, dentium dolorem quoque tollunt ob eandem cauſam;* Folia *ad unciam unam in Aqua cocta, & forma Clyſmatis injecta, ſunt optima in affectibus ſoporoſis, ſed tamen hoc Medicamentum magna cum prudentia eſt adhibendum, ne mala ſubſequantur ſymptomata, ut aliquando accidit.*

SCROPHULARIA RADICE FIBROSA. *M. H.* 2. 482.

Vid. Icon. 1. *Tab. LXVIII.*

SCrophularia radice fibroſa. *M. H.* 2. 482. *Scrophularia, aquatica, major. C. B. P.* 235. *Scrophularia, maxima, radice fibroſa. J. B.* 3. 421. *Betonica aquatilis. Dod. p.* 50. Quadratis *Caulibus* ad cubitos binos, ternos alatis, creſcit hæc *Scrophularia*, quibus *Folia Scrophulariæ vulgaris* colore æmula, figura autem *Betonicæ*, adhærent, quæ ſerrata, atroviridia, fœtida, in obtuſum mucronem, ut *Betonicæ vulgaris*, definunt: *Flores* vaſcula bicapſularia acuminata, & *Semina*, majoris *Scrophulariæ* floribus, *Capſulis ſeminalibus*, & *Seminibus* accedunt: verùm *Radix* non ut *vulgaris* ſtrumoſa, ſeu nodoſa, ſed innumeris fibris contexta: ſic folii *Betonicæ* inſtar atque *Radice* fibroſa, quam facillime primo intuitu à vulgari, foliis acuminatis, & radice nodoſa tuberoſave diſtinguitur; inſuper hæc in Aquis ad altitudinem viri aliquando exſurgit. *Provenit ad foſſas aquarum, & juxta Aquas profluentes emicat. Floret menſibus Majo, & Junio; Julio, & Auguſto matureſcit ſemen.*

Temperamentum, & Vires.

Hæc Planta *tollit Sennæ ſaporem nauſeoſum, & quia nil magis laudatur pro purgante, quàm Senna, hoc pro Arcano habuit Chirurgus; ſed* Botanicus *quidam* Foliis *in Aqua poſitis detexit eſſe hanc* Plantam; *hacque ratione expertus eſt, undenam Senna habuerit illum effectum, hinc* 1. *Ejus ſaporem nauſeoſum,* 2. *ejus acrimoniam nervis, & cerebro inimicam perfectè tollit, ſi addatur dragmis duabus* Sennæ *dragma dimidia hujus Plantæ. Hæc* Planta *in cancroſis ulceribus, & ſcabie conducit, uti & hæmorrhoidibus, & clavis pedum, ſi* Folia *recens contuſa iis applicentur.*

POLYGALA VULGARIS. *C. B. P.* 215.

Vid. Icon. 2. *Tab. LXVIII.*

POlygala *à* πολὺ, & γάλα Lac. *notat* copiam Lactis, *quia ſi Animalia in Pratis hanc Plantam producentibus paſcantur, magnam Lactis copiam habent.* Ambervalis *dicitur* ab ambiendis arvis, *quia Veteres hujus Plantæ floribus coronare Virgines ſolebant, cum arva ambirent ad terræ fertilitatem à Diis implorandam; vocatur etiam* Amarella, *quia ſapor eſt amarus.*

POlygala vulgaris. *C. B. P.* 215. *Polygala tetrapetala, ſiliculoſa, bicapſularis, longo, & anguſto folio, minor. M. H.* 2. 326. *Polygala vulgaris, minor. Cluſ. H. Flos Ambervalis. Dod. p.* 253. *Polyganon multis. J. B.* 3. 386. *Flore cæruleo. Eyſt. Polygala recentiorum. Adv. Lob. Amarella. Geſn. Polygala minor. Park. Caulis* tenuis, ſat durus; *Folia* alterna, exigua, oblonga; *Flores* cærulei, monopetali; perſonati, perforati, exigui, in ſpicas congeſti, *labio* ſuperiori erecto, & inferiori bifido, quod magis prominet. Poſt florem ſequitur *Fructus* compreſſus, in duo loculamenta, *Semina* oblonga continentia, diviſus. Floris *Calix* quinqueſidus hunc florem involvit; *Radix* lignoſa, exigua, dura, *ſaporis* amari, & aromatici; *Hæc* Planta *creſcit in locis incultis. Floret* Majo *menſe præcipue, aliquando citius: per totam Æſtatem florens, & ſemen perficiens reperitur.*

Vires.

Geſnerus *dicit, quod ſi uncia una* Succi *cum Aqua miſti bibatur, tum bilem per alvum purgat, & hepar obſtructum ſolvit; cæterum à nemine laudatur: ſapor amarus Centaurio minori convenit; hinc forte eadem virtus.*

Ad Titulum ACANTHUS.

Mantiſſa.

SUccus *ejus eſt glutinoſus, & demulcens, in omnibus Clyſmatibus emollientibus, & Cataplaſmatibus ingreditur; in Urina provocanda, & nimia diarrhæa eſt* Planta *optimæ combuſtionis, & luxationibus forma Cataplaſmatis valde prodeſt;* Radix *in ſputo cruento à contuſione orto convenit.*

ADHATODA ZEYLANENSIUM. *H. L. App.* 642.

Vid. Icon. 3. *Tab. LXVIII.*

ADhatoda *ſic dicitur, quia valet forti vi Uterum expurgare.*

ADhatoda Zeylanenſium. *H. L. App.* 642 *Boerh.* 1. 239. *Echolion, ſive Adhatoda Zylon. Plukn.* 173. *Dictamno fortè affinis, arboreſcens Indica, Lauri Americanæ foliis, ſive Echolium Zeylanenſium, foliis Laurinis. Breyn. Prodr.* 2. 42. *Folia* conjugata; *Calix* monophyllus, oblongus; *Flos* monopetalus, anomalos, perſonatus, bilabiatus, labio ſuperiori adunco, furſumque ad poſteriora revoluto, inferiori tripartito, pendulo; In fundo *Calicis* placentula, cui innaſcitur ovarium, inſtructum tuba longa, ex quo *Fructus* æmulus clavæ, bifariam dehiſcens, ſepto medio diviſus in duos loculos; *Semina* compreſſa, cordis figuram referentia. *Creſcit in Zeylanenſium locis; In* Hort. Reg. Academ. Taurinen. *vid.*, *&* *delin. nos*.

Vires.

Hæc Planta à Zeylanenſium *Medicis laudatur ad curandam luem veneream, lepram, alioſque tales morbos, quia eſt valde acris, hinc epota ſudores expellit, & ſic hos morbos curat: ergo eſt* Planta *echolica, quia adhibetur à ſcortis ad menſtrua obſtructa, ſecundinas, & fœtum pellendum.*

DISTRIBUTIO XXIII.

PLANTAE POLYANGIAE POLYSPERMAE ADDENDAE PRAECEDENTIBUS.

HELIANTHEMUM VULGARE, FLORE LUTEO. *J. B.* 2. 15. *Vid Icon.* 4. *Tab. LXVIII.*

HElianthemum *ab* ἥλιος Sol, *&* ἄνθη *flos, quaſi* Flos Solis, *vel* Flos aureus, *quia hujus plantæ flos eſt coloris aurei; vocatur etiam* Chamæciſtus *à* χαμαὶ humilis, *&* Ciſtum, *quaſi* humilis Ciſtus.

HElianthemum vulgare, flore luteo. *J. B.* 2. 15. *Chamæciſtus vulgaris, flore luteo. C. B. P.* 465. *Flos Solis. Dod. p* 193. *Helianthemum flore luteo. Eyſt. Chameciſtus. I. Cluſ. H.* 73 Nodoſa, alba, lentaque *Radice* nititur: *Ramulos* emittens lignoſos, rubentes, hirſutos: in quibus *Folia* oppoſita, *Hyſſopi*, ſed latiora multò, unciam longa, modicè in acumen deſinentia, hirſuta: *Flores* longo thyrſo diſpoſiti, ac cum apicibus luteis quinque foliis conſtantes, *Ciſti* forma, hirſutis, tripartitis folliculis circumſepti, quibus *Pericarpia* ſuccedunt bina, longiuſcula, trifida, in quibus *Semen*. *Creſcit in Sylvis, & Montibus. Floret Majo.*

Vires.

Sunt vulneraria, agunt vi aromatica, balſamica, ad demulcendum optimè adhibetur hæc Planta *forma* Decocti, *imprimis in Diarrhæis, & hæmorrhagiis, & morbis faucium.*

Ad Titulum ARISTOLOCHIAE.
Mantiſſa.

VEteres ei magnam vim tribuerunt; ſi enim hæ Plantæ guſtentur, linguam, & palatum quaſi calore ſuo exurunt: inter Aromaticas plantas calidiſſima eſt, ſed ſubtilis, pro Antidoto contra omnia venena Animalium habetur.* Herba *eſt utiliſſima, nam internè, & externè in uſu eſt, tumores frigidos Jumentorum curat, ſi* Radix *contuſa cum Farina decocta iis applicetur: Ad pituitam lentam pulmonum* Radix *Vino, & Aqua infuſa, eſt optima, uti contra ſcabiem, & furfures, ſi cum Oleo cocta applicetur, palmam meruit in Podagra, ita ut inter omnes Plantas Podagram curantes ſit exquiſita, nam ſi Podagrici hujus* Radicis *in Spiritu Juniperi infuſæ cum pauxillo Sacchari cochleare unum bibunt, ſæpe ſanantur; at qui non laborat Podagra pituitoſa, & tenera corporis forma præditi ſunt, iis nocet ob ferventem vim, nam obſervatum eſt, iis ægris, qui hac* Planta *ad tollendam Podagram uſi ſunt, non ſolum appetitum periiſſe, ſed languida eſſe facta, abradit enim tenues fibras ventriculi, quo facto malunt ægri laborare Podagra, quàm, tam miſeram ducere vitam, adeoque ob ſuam acredinem, quæ appetitum plane proſternit, non nimium eſt commendata: aliter eſt egregia in viſcidis reſolvendis, nam ſanguinem exagitat, ſudorem, & urinam promovet, ſtimulat vehementer, vires ejus ſunt calidæ aromaticæ urgentes, hinc ad menſtrua, ſecundinas, & lochia pellenda, conducit, ſed modo convenit, ſi ex inertia retineantur menſtrua; eſt enim* Herba *valde ſtimulans, penetrans, & Oleo aromatico pleniſſima. Hæc* Planta *adhibetur quoque Clyſteribus ad morbos ſoporoſos, & hæmorrhoides in fiſtulam ani vergentes:* Radices *ejus in pulverem contritæ conducunt in menſtruis obſtructis, chloroſi, & febribus intermittentibus, uti & in principio gangrenæ.*

DISTRIBUTIO XXIV.

MULTISILIQUAE PLANTAE CORNICULATAE UNIVALVES POLYSPERMAE ADDENDAE PRAECEDENTIBUS.

Ad Titulum TRIBULUS TERRESTRIS.
Mantiſſa.

SUnt refrigerantes, aperientes, adſtringentes, intus vulneraria; hinc conducit hæc* Planta *in Diarrhæa, & Calculo.*

BUTOMUS FLORE ROSEO. *T.* 271. *Vid. Icon.* 5. *Tab. LXVIII.*

BUtomus *dicitur à* βοῦς bos, *&* τέμνω ſeco, *quia ejus folia ſunt adeo acuta, ut lingua, & labia Bovum, hanc plantam amantium, ab hac vulnerentur, ut ſanguis exeat, vocatur* Juncus floridus, *quia* Junci *folia habet.*

BUtomus flore roſeo. *T.* 271. *Butomus. Cæſalp* 553. *Juncus floridus, major. C. B. P.* 12. *Juncus floridus. J. B.* 2. 524. *Gladiolus aquatilis. Dod. p.* 601. *Juncus cyperoides, paludoſus. Eyſt. Sedo affinis, juncoides, paluſtris. M. H.* 3. 468. *Caules* recti, craſſi, politi, æquales; *Folia* graminea, triangularia, caulis eſt nudus, in cujus capite *Umbella* ſuſtinetur, vel *Flos* polypetalus, roſaceus, floris piſtillum abit in *Fructum*, qui conſtat conjunctis arctiſſimis vaginulis, quæ plurima *Semina*, plana, oblonga, exigua recondunt; *Radix* craſſa, alba, nodoſa, fibroſa. *Hæc Planta creſcit in locis aquoſis.*

Vires.

Refrigerantes, emollientes, & reſolventes habere dicuntur.

DISTRIBUTIO XXV.

PLANTAE SILIQUOSAE ADDENDAE PRAECEDENTIBUS.

Ad Titulum FUMARIA VULGARIS.
Mantiſſa.

SUccus *ſi applicetur, non facit magnum calorem, ſed ſi guſtetur, habet ſaporem amarum; ſi tractetur det Cryſtallos, qui Nitrum referunt, qui Cryſtalli ſunt vi aperiente, & refrigerante præditi; ope hujus* Herbæ *ſæpe diuturni morbi curantur, ſed dandus eſt hujus* Succus *v. g. ſingulis diebus ad uncias duas, vel tres, & tum ſuperbibatur Serum Lactis, hac ratione omnes vetuſtæ obſtructiones tolluntur: hinc etiam in infuſis majalibus dictis ingreditur: eſt* Planta *diuretica, ſudorifera, & purgans, prout determinatur, ſi v. g. vis ut æger purget, tum detur paulo majori copiâ, & deinceps corpus ad motum eſt determinandum, ſi vis, ut ſudet, tum calidè aſſumens ſe ad ſudores componit nempe in lecto; hæc* Planta *urinam ducit, in omni morbo pitui-*

pituitoſo glutinoſo bile inſpiſſato conſtante ad manipulum unum , vel duo conſciſſa , & in Sero Lactis cocta bibitur contra arthritidem , melancholicam , morbum hypochondriacum , & Scorbutum ; in acutis , & chronicis morbis conducit , in Chirurgicis conducit ad omnes tumores pellendos ſi cum Aceto , & pauxillo Salis miſceatur . Succus *magnâ copiâ hauſtus , fundit omnem pituitam , & bilem atram , vaſa laxat , putredini reſiſtit , ergo in omnibus morbis convenit , ubi tenacia ſunt incidenda ; hinc* Syrupus *inde confectus in melancholia conducit ,* Pillulæ *in obſtructionibus optime exhibentur : quia verò hujus* Succus *non niſi Æſtivo tempore haberi poteſt ; hinc inſpiſſant , ut in gleba tenaci ſervari poſſit , unde* Pillulæ *poſtea ſunt formandæ .*

Ad Titulum PERVINCA.
Mantiſſa.

SUccus *bujus* Plantæ *eſt amarus , calefaciens , penetrans , ſaponaceus , aperiens , detergens , undique ſtimulans , & vulnerarius , hinc inde ſummum petitur remedium in languentibus à pituitoſis .* Succus *ejus Aquæ incoctus , & magna copia epotus , uterum aperit , lochia provocat , & calorem vitalem excitat .* Folia *minutim conſciſſa , parum cocta , & expreſſa , & mane cum Vino epota , egregium ſunt Medicamentum contra Scorbutum ; id eſt ad ſanguinem à putre depurandum , & primas vias à glutine detergendas . Virginibus chloroſi laborantibus convenit , dyſenteriam , ſputum cruentum curat .* Folia *naribus indita Hæmorrhagiam ſanant , in Phtyſi eſt optima* Planta , *uti & in morbis faucium .* Folia *ejus cum Lacte ebutyrato conveniunt in fluore albo .*

Ad Titulum ASCLEPIAS.
Mantiſſa.

HAEc Planta *in omnibus Orvietanis , & Antidotis ingreditur , iiſque tanquam baſis inſervit ;* Radix *enim habet penetrantiſſimam , ſed ſubtiliſſimam amaritiem : hæc* Radix *dicitur Vino infuſa , & jejuno ſtomacho hauſta venenum expellere , & cavere , ne aſſumptum venenum multum noceat ;* Folia *in Peſte , rabie canina , & omnibus contagioſis morbis ſuſceptis conducit .* Radix *aliquando nonnullis levem vomitum movet , præcipue ſi ſit nimis recens : hæc* Planta *eſt ſuavis , non multum odoris , nec acrimoniam , ſed* Succum *inviſcantem habens ;* Radices *Vino infuſæ conducunt in hydrope , & obſtructionibus viſcerum .* Folia *contuſa , & forma Cataplaſmatis adhibita tumores Mammarum reſolvunt .* Radices, & Folia *in pulverem contuſa ulcera fœtida depurant ,* Radix *menſtrua provocat , in calculo , & ſcabie convenit .*

FABAGO BELGARUM , *ſive* PEPLUS PARISIENSIUM . *Lugd.* 456. *Vid. Icon.* 6. *Tab. LXVIII.*

FAbago *vocatur à* Fabis , *quia folia ejus* Fabis *ſunt ſimilia .* Capparis , *à fructu .*

FAbago Belgarum , *ſive* Peplus Pariſienſium . *Lugd.* 456. *T.* 259 *Morgſani Syrorum . Ravvolf. Append. Lugd.* 25. *Capparis fabaginea , ſive Peplios Lutetianorum . J. B.* 2. 66. *Capparis Portulacæ folio . C. B. P.* 480. *M. H.* 2. 284. *Capparis Fabago . H. Eyſt. Telephium Dioſcoridis , & Plinii . Col.* 1. 131. *Caules* longi , ramoſi , flexiles ; *Folia* in eodem pediculo bina , pediculi ex adverſo bini in nodis Caulis , unde tetraphylla apparet , oblonga , ſucculenta , craſſa , *Portulacam* referentia , nervoſa , ſaporis amari ; *Flores* roſacei expanſi , polypetali , *Capparis* florum ſimilitudinem referentes , complectos autem inalbicantes ; *ſtaminibus* aliquot luteis aureiſque ; poſt florem ſequitur *Vaſculum Seminale* oblongum , membranaceum , in quinque loculamenta dehiſcens , quæ continent *Semina* compreſſa , oblonga , ſubnigra , aut fuſca ; *Radix* exigua , ſe undique extendens ; tota *Planta* habet ſaporem amarum . *Colitur in Hortis .*

Vires .

Sunt aperientes , & detergentes ; Folia *habet , ut in Telephio .* Succus *eſt ſubaſtringens , aromaticus .*

Ad Titulum OXYS.
Mantiſſa.

OXys *dicitur ab* ὀξὺς Acidus , *quia hæc Planta habet ſaporem acidiuſculum ; unde vocatur* Acetoſella , *dicitur etiam* Oxytriphyllum *ab* ὀξὺς Acidus , & τρίφυλλον Trifolium , *quia trifolia habet ;* Panis Cuculi , *quia hæc avis hanc Plantam comedit , vel quia folia germinat eodem tempore , quo* Cuculus *cantat* Alleluja , *quæ eſt vox* Hebraica *ſignificans* Laudate Dominum , *hoc nomen huic Plantæ fuit datum , quia circa* Paſcam *floret .*

Vires .

Succus *hujus* Plantæ *eſt ſubaleoſus , acidus , nitroſus , hinc in omni morbo cauſtico , putrido , peſtilentiali convenit , hæc* Herba *Lacti , & Aquæ incocta eſt optimum remedium in inflammatione , pleuritide , & omnibus morbis acutis ; nullum eſt Medicamentum magis humores , bilem & corruptionem corrigens , quàm hoc , hinc conducit , quando Homines nauſeabundi , & apepſia ob putridum , quod circa ventriculum hæret , vel à bile , vel alia de cauſa , laborant ; hi ægri tum hunc comedant , ut Lactucam , ſed ſine Aceto , nam Aceto non indiget , quia per ſe eſt* Herba *ſatis acida ; in Diarrhæa , Dyſenteria , & inteſtinorum fluxu ex* Herba *benigna , hinc in Medicina ſæpiſſime eſt adhibenda .* Aqua *ejus deſtillata nullius eſt virtutis ; ſapor vero bujus* Plantæ *eſt acerbus , ingratus , penetrans fere inſtar ſucci* Citri , *& magis aperiens , quàm aſtringens . In febribus ardentibus , faucium inflammationibus , Scorbuto , bubonibus , antracibus , & Peſte eſt optima* Planta ; *ſi in his ultimis morbis recens contuſa applicetur , valde prodeſt ; ex hac* Planta *fit cum Saccharo* Conſerva *optima . De hac* Planta *in* Germania *integer tractatus* Germanicè *eſt conſcriptus ; qui Tractatus etiam in linguam* Latinam *eſt translatus : ibi videtis , Peſtem hac* Herba *curatam , & gingivas à Scorbuto diffluentes ſanatam .*

DISTRIBUTIO XXVI.

PLANTAE TETRAPETALAE CRUCIFORMES , SILICULOSAE , ET SILIQUOSAE ADDENDAE PRAECEDENTIBUS.

ALYSSON INCANUM , LUTEUM , SERPILLI FOLIO , MAJUS . *T.* 217. *Vid. Icon.* 7. *Tab. LXVIII.*

ALyſſon *vocatur ex* ἀλύω rabie afficior , *quia hæc Planta rabiem caninam curare dicitur .*

ALyſſon incanum , luteum , Serpilli folio , majus . *T.* 217. *Thlaſpi majus , Alyſſon dictum , campeſtre , majus . C. B. P.* 107. *M. H.* 2. 291. *Radice* candidâ , parva , fibrata , ſatis longa ; *Cauliculis* multis rotundis , lanuginoſis , primo per terram ſtratis , deinde ſupra terram parum extantibus ; *Foliis* multis albicantibus , alternatim Caulibus adhærentibus , & tanquam cinere aſperſis , quaſique aſperſis , *Thymi* latioris forma , mucronatis , guſtu fatuis cum paucula acredine . *Flores* apparent in ſummis virgulis copioſe lutei : quibus ſingulis ſuccedunt ſingulæ *Siliculæ* rotundæ , furſum verſus apicula donatæ , prona parte concava , ſupina convexæ ſcutellæ in modum , ſeptomedio membranaceo , pellucido exſiccato , diſterminante ante , & retro *Semina* minuta ruffa in prædictis loculis ſcutulo rotundo ſimilibus . *Provenit in Agris , & Collibus neglectis . Floret ineunte Æſtate , & verſus ejuſdem finem ſemina perficit .*

Vires .

Omnes hæ Plantæ *habent vim ſubtiliſſimam , penetrantiſſimam , & diaphoreticam , per quam expelli poteſt venenum .* Thlaſpios *generibus adnumeranda eſt hæc ſpecies , ſive* Thlaſpios , *ſive* Alyſſi , *à Virtutibus .*

BRASSICA CAULIFLORA . *C. B. P.* 111. *Vid. Icon.* 8. *Tab. LXVIII.*

BRaſſica cauliflora . *C. B. P.* 111. *M. H.* 2. 208. *Braſſica multiflora . J. B.* 2. 828. *Braſſica florida , botrytis . Lob. Ic. , & Obſ. Pompejana Cypria . Dod. Gall. Cam. Ep. Folia* habet cubitalia , longiora multo , quàm *Braſſica vulgaris* , nec tam lata , dilute virentia , colore magis glauco , exteriora præſertim , nervis candicantibus conſpicua ; nulla magna laciniarum diviſura per ambitum , longiuſcula diſtantia denticulata , & veluti

veluti ſerrata: medium inter folia in *Caput* glomeratur, ſed mollius, minus denſo foliorum incubitu formatum, ex quo *Flores* denſiſſimo ſtipatu prodeunt exigui, pallidi, aut candicantes, velut in umbella poſiti, qui cum cauliculis ſuis (*Aſparagorum* more) tenellis, teneritudine, & gratia certare videntur: atque ob id lautioribus tantum patinis expeti obſervabatur ab initio, ſed jam paſſim vulgares ſunt, ſi mangonio, & cura ſerantur, & educentur.

Ad Titulum BRASSICA.
Mantiſſa.

CAto Conſul Romanus, Chryſippus, Dieuches, & Pythagoras *integros Libros de hac* Planta ſcribentes *dixerunt*, *quod* Folia *ſufficiat pro nutrimento*. In Braſſica cauliflora, *non poſſumus dicere*, *quòd id quod eſui inſervit*, *ſint* Flores, *ſed ſunt quaſi* Radices, *quæ poſtea* Flores *faciunt*. *Vires in Culina*, *& Medicina ſunt optimæ*; Folia *enim præbent nutrimentum*, *quod egregium eſt ad mitificandam acredinem ſalis*, *& deliniendam acrimoniam in inteſtinis*: *renes expurgant*, *omnia coagula ſolvunt*, *ſtricta emolliunt*; *hæc* Planta *pectori eſt amica*, *ſi committantur capita* Braſſicæ rubræ contuſa *clauſo Vaſe in clybano piſtoris*, *uno horæ quarto* (*poſtquam Panis eſt eductus*) *addito Melle vel Saccaro*, *vel Succus Glyzyrrhizæ reſolvitur in* Gelatinam, *& habebitur* Succus *ſpiſſus in ſemetipſo coctus*, *egregius ad tuſſim à ſiccitate in exaſperatis faucibus ſenum*, *ut ad Phtyſicos tuſſientes*, *& ſanguinem ſpuentes*. *Sputo purulento obnoxii egregiè hac* Planta *adjuvantur*. Succus *detur ut potus antiſcorbuticis ſenibus*; *ad aſperas fauces deliniendas laudatur*. *Hæc* Planta *cum Succo Citri*, *& Butyro parum decocta optimum eſt Remedium Phtyſicis*, *& Heticis*; Folia *rubra epidermide detracta*, *& coſtis ſeparatis inflammationi*, *vulneribus*, *ulceribus ſcabioſis pro Emplaſtro inſerviunt*. Folia *decocta cum Butyro in formam Cataplaſmatis conducunt ad tumores emolliendos*. Folia *decorticata ſunt optima in Lepra*, *& Tinea*, *ſi bis de die renoventur*. Braſſica alba *minus ſalutaris eſt*, *quam* Rubra, *quia brevi fœtet in exulceratis corporibus*. *Hæ omnes* Braſſicæ *recentes non olent*, *ſi verò ponantur in locis humidis*, *facilè tranſeunt in putredinem*, *ſed tamen non habent acrimoniam*, *licet magna copiá aſſumptæ ſanguinem faciunt alcalinum*; Folia *pellicula externa denudata ſunt optima ad ſedandam ſitim in duce militum*, *cujus pectus erat perfoſſum ab utroque latere*, *unde ingens puris ex hoc vulnere effluxiſſet*, *qua ipſe gravis erat*; *qui æger ſola* Braſſica *fuit curatus*: *hac ratione curavi aliquem*, *qui putrido pulmone laboravit*, *ſuadendo*, *ut nil niſi* Decoctum Braſſicæ rubræ *ſumeret cum paulo Sale*, *& Succo Aurantiorum*; *ſic etiam* Tachenius, *qui occupatus inquirendo univerſale remedium in Arſenico*, *inde à vapore pulmones infectos accepit*, *& cum in tota Chemia inter omnia ſua Arcana nil inveniret*, *unde curari poſſet*, *ſumpſit* Decoctum Braſſicæ rubræ *cum pauco Sale*, *& ſucco Aurantiorum*, *& ſic ſanatus eſt*.

Ad Titulum RAPA SATIVA ROTUNDA.
Mantiſſa.

VIres *cum* Raphano *conveniunt*, *ſi Cortex* Radicum *manducetur*, *ſaporem acrem exhibet*. Succus *interioris medullæ eſt mellitus*. Radix *cocta*, *& excorticata Scorbuticis egregia eſt*, *qui vim demulcendi habere volunt*, *decorticant*, *ſic ex* Radice *bene matura*, *& raſa*, *antequam ſemen ferat*, Succus *expreſſus decoquatur*, *& deſpumetur addito Melle ad tertium totius*, *incorporabile eſt Medicamentum ad omnia oris ulcera*, *aphthas detergendas*: *ſi potetur nobile Medicamentum eſt contra tuſſes inveteratas*. Semen *calefactum*, *& preſſum dat* Oleum, *cujus uſus eſt quotidianus*. Bulbus *ſub cineribus coctus eſt Anodynus in inflammationem aurium*, *idem cum Butyro coctus in forma Cataplaſmatis eſt optimus*. *Fit ingrediens in Alexipharmacis*, *& Theriacis*, *ſic etiam eſui*, *& pro condimento inſervit*. Galenus *dicit eſſe alimentum optimum*, *ſed flatulentum*, *quæ flatulentia coquendo*, *vel aſſando tamen perit*, *quia verò ſemper decorticatur*, *hinc tamen flatulentiam aliquam retinet*; *regulæ de* Rapis *ſunt ſequentes*. *Quò minor Bulbus*, *eò acrior ſapor*, *& quò terra arenoſior*, *eò acrior cortex ſemper eſt amarus*, *& ſic etiam eſt* Planta *antiſcorbutica*. *Medici hodierni maximè laudant ejus* Succum, *ſi nempe totum corpus* Bulbi *prematur in pollinem*, *&* Succus *exprimatur*, *qui eſt acer*, *hinc Melle addito detur gargariſmando*, *quod Medicamentum etiam in angina*, *vel peripneumonia convenit*.

CARDAMINE PRATENSIS, MAGNO FLORE.
T. 224. *Vid. Icon. 9. Tab. LXVIII.*

CArdamine *à* Cardamo, *quod dicitur* Naſturtium, *hinc eſt parva ſpecies* Naſturtii, *vel à* χὰρ cor, *&* δομάω, domo, *quaſi* Planta cordis deficientes vires reſtaurans. *Vocatur* Herba impatiens, *nam attactu ſemina diſplodit*. Flos Cuculi *pro nomine imponitur*, *quod florem Aprili*, *& Majo*, *quo tempore apparere*, *& cantare ſolet* Cuculus, *perdurat*.

CArdamine pratenſis, magno flore. *T.* 224. *Naſturtium pratenſe*, *magno flore*, *ſimplici*. *M. H.* 2. 223. *Naſturtium pratenſe*, *magno flore*. *C. B. P.* 104. *Iberis Fuchſii*, *ſive Naſturtium pratenſe*, *ſylveſtre*. *J. B.* 2. 889. *Flos Cuculi*. *Dod.* p. 592. *Naſturtium aquaticum*, *ſimplici flore*. *Eyſt.* *Folia* ex Radice erumpentia, oblonga, obrotunda, *Caulibus* longis adhærentia; *Flores* in ſummitate caulium, creſcentes, albi aut aliquantulum purpurei, quadrifidi, cruciformes. Flori ſuccedit *Siliqua* oblonga, bivalvis, cujus valvæ per maturitatem helicis inſtar retroflectunt, & *Semina* exigua, ſubrotunda magno impetu ejiciunt. *Radix* parva, & fibroſa. *Hæc Planta creſcit in Pratis*, *& locis humidis*.

Vires.

Perfectæ ſunt, *ut in Siſymbrio*, *nempe calefacientes*, *& antiſcorbuticæ*; *Sunt optimæ* Plantæ *in Scorbuto*, *& imprimis ubi levis adhibendus eſt ſtimulus*.

PLANTA ANOMALA.

ANISUM INDICUM STELLATUM. *Ger. in M.H.* 3. 616.
Vid. Icon. 10 *Tab. LXVIII.*

ANiſum Indicum ſtellatum. *Ger. in M. H.* 3. 616. *Aniſum Philippinarum Inſularum*, *ſive Novi Orbis*. *Cluſ. Hiſt. M. H.* 3. 616. *Aniſum Chinenſe*, *ſeu Semen Badian. Lemer. Ital.* 20. *Zingi fructus ſtellatus*, *ſive Aniſum Indicum*. *J. B.* 1. 485. *Aniſum peregrinum*. *C. B. P. Aniſum Exoticum Philippinarum Inſularum*. *Park.* 1569. De cujus *Foliis*, & *Floribus* nihil dicitur; *Fructus* verò, & *Semina* ſummis cauliculis umbellatim diſpoſiti ſunt; & ſingulæ umbellulæ vice, *Semina*, ſeu *Siliquæ* ſtellatim, ex ſeptem, vel octo radiis, unciam diametrice latæ, compoſitæ naſcuntur; ac unaquæque ſiliqua, ſive radius, quaſi triangularis, tumidus, craſſiuſculus, durus, & fuſcus, fragrantis *Aniſi ſapore*, & *odore*, gradu tamen magis intenſo, eſt præditus: frequenter ſiliquæ vacuæ ſunt, & inanes: quibuſdam tamen *Semen* unicum, læve, ſplendens, cineracei coloris, grano triticeo ſimile deprehenditur. *Provenit in* Philippinis Inſulis.

Vires.

Colicorum doloribus mire adverſantur, *ſtatim diſcutiunt*, *frigus pellunt*, *& urinam evocant*; *brevi*, *ventriculum ob frigus imbecillem*, *afflictum*, *& cruciatum*, *optime confirmant*, *corpuſque reficiunt*.

De Virtutibus *Plantarum*, de quibus in hac *Appendice*, conſule *Rudech. Euchar. Muſa*, *Harch. Paracelſ. Helmont. Sydenham*, & alios *Auctores* in hoc *Opere* citatos, ubi fuſiùs reperiri poſſunt.

TIBI, RERUM OMNIUM CONDITORI, QUI VERBO TUO DE TERRA MEDICINAM ORIRI FECISTI, MIHIQUE SERVORUM TUORUM MINIMO MIRABILIA TUA AD TOTIUS HUMANI GENERIS COMMODUM, SANCTISSIMIQUE TUI NOMINIS GLORIAM, IN PUBLICUM PROFERRE DEDISTI, TIBI BONORUM OMNIUM DATORI LAUDEM PERSOLVANT OMNIA OPERA MANUUM TUARUM IN AETERNUM, ET ULTRA. AMEN.


APPENDIX.
Tab. LXVI.
1. Opuntioïdes Marina, quæ Coral=lina latifolia, & Opuntia Marina. Plukn. Phyt. T. 26. 1.
2. Tubularia purpurea. Tournef. 575.
3. Spongia ad uſum præſtantiſsima, foraminibus exiguis pervia. T. 575.
4. Fucus Maritima, vel Quercus Marina, veſicula habens. C.B.P. 365.
5. Hemionitis vulgaris. C.B.P. 353.
6. Filix fœmina. Dod. p. 462.
7. Phellandrium. Dod. p. 591.
8. Thyſselinum paluſtre. T. 319.
9. Aſtrantia nigra, major. M.H. 3. 279.
10. Valerianella arvenſis, præcox, humilior, ſemine depreſſo. M.U. 53.
11. Limonium Maritimum, majus. C.B. P. 192.
Eques J.B. Morandi Inv. et ſ.


APPENDIX.
Tab. LXVII.
1. Scorzonera latifolia altera. C.B.P. 275.
2. Carlina acaulos, gummifera. C.B.P. 380.
3. Carlina caulifera. J.B. 3. 64.
4. Millefolium Alpinũ læve, ampliore flore. M.H. 3. 39.
5.
5. Cuminoides vulgaris. T. 305.
6.
6. Statice. Lugd. 1190.
7. Cirſiũ maximũ, Aſphodeli rad. C.B.P. 377.
8. Serratula. C.B.P. 235.
9. Molucca. J.B. 3. 2. 234.
10. Caßida, &c. T. 182.
11. Glaux maritima. C.B. P. 215.
Eques J.B. Morandi F.


APPENDIX.
Tab. LXVIII.
1. Scrophularia radice fibroſa. M.H. 2. 482.
2. Polygala vulgaris. C.B.P. 215.
3. Adhatoda Zeylanenſium. H.L. App. 642.
4. Helianthemum vulgare, flore luteo. J.B. 2.15.
9. Cardamine pratenſis magno flore. T. 224.
5. Butomus flore roſeo. T. 271.
6. Fabago Belgarum, ſive Peplus Pariſienſium. Lugd. 486.
7. Alyſſon incanum, luteum, Serpilli folio, majus. T. 217.
8. Braſſica cauliflora. C.B.P.
10. Aniſum Indicum ſtellatum. Ger. in M.H. 3. 616.
Eques Joẽs Bapta Morandi Mediolan. Inv. del. & ſculptor.

INDEX ALPHABETICUS
COMPLECTENS NOMINA
PLANTARUM, SEU HERBARUM,
IN HOC VOLUMINE CONTENTARUM;

Qui Caractere Romano vera nomina, ſuis quærenda locis, monſtrat; Italico verò Synonyma.

Anterior numerus paginam deſignat, ſecundus Tabulam, poſtremus Icones; Parenteſibus ( ) comprehenſus, Lectores ad Elenchum remittit.

A

Abrotanum fœmina foliis teretibus. C. B. P.
Abrotanum fœmina, vulgare. Cluſ. H. } *Eſt* Santolina. 34. XXII. 1.
Abrotanum mas verum Dioſcoridis. Zanon. *Eſt* Abſinthium Santonicum &c. 35. XXII. 7.
Abrotanum vulgare. (10) 36. XXII. 9.
Abrotanum mas. Dod. p. C. B. P. Fuchſ. *Vid.* Abrotanum vulgare.
Abſinthium vulgare majus.
Abſinthium Ponticum, ſeu *Romanum Officinarum*, ſeu *Dioſcoridis*. C. B. P.
Abſinthium latifolium Dod. p.
Abſinthium commune. Turn. } *Eſt* Abſinthium vulgare majus.
Abſinthium Romanum, *ſive* Ponticum, vulgare. 35. XXII. 6.
Abſinthium Ponticum, tenuifolium, incanum. C. B. P.
Abſinthium Ponticum, vulgare, folio inferius albo. J. B.
Abſinthium Galatium Sardonium. Dioſc. Adv. Lob.
Abſinthium Romanum Meſuei. Tur. } *Vid.* Abſinthium Romanum, *ſive* Ponticum vulgare.
Abſinthium Santonicum, Alexandrinum. 35. XXII. 7.
Abutilon. *Dod. p.* (20) 76. XLII. 4.
Abutilon Avicen. Eyſt. *Vid.* Abutilon, *prædict.*
Acanthus ſativus. (17) 66. XXXVII 5.
Acanthus ſativus, vel *mollis Virgilii.* C. B. P.
Acanthus lævis. Eyſt. } *Vid.* Acanthus ſativus.
Acetabulum marinum, procerius. T. *Eſt* Umbilicus marinus. 1. I. 8.
Acetoſa pratenſis. (28) 117. LVIII. 1.
Acetoſa vulgaris, Park.
Acetoſa major, Caſt. Col. } *Vid.* Acetoſa pratenſis.
Acetoſa Ocymi folio, Neapolitana. 117. LVIII. 2.
Acetoſa Ocymi folio, βυκεφαλήφορος. Col. *Eſt* Acetoſa prædicta.
Accipitrina. Turn. *Eſt* Hieracium. 24. XVI. 5. 6.
Acinos, *ſive* Ocymi ſylveſtre. (13) 48. XXX. 1.
Acinos multis. J. B.
Acinos arvenſe, Ocymi facie, majus. Boerh. } *Vide* Acinos, *ſive* Ocymi ſylveſtre.
Aconitum ſalutiferum, *ſive* Anthora. (21) 83. XLV. 6.
Aconitum ſalutiferum, luteum, tenuifolium, ſive *Anthora.* M. H. *Vid.* Aconitum ſalutiferum.
Aconitum cæruleum, *ſeu* Napellus. I. 83. XLV. 7.
Aconitum magnum, purpureo flore, vulgo Napellus. J. B.
Aconitum Lycoctonum 6. Cluſ. H. } *Vid.* Aconitum Cæruleum, *ſeu* Napellus.
Acopa Dioſcoridis. M. H. *Eſt* Trifolium fibrinum. 58. XXXIV. 1.
Acorus adulterinus. J. B.
Acorus falſa Cordi in Dioſc. Geſn.
Acorus vulgo. Cæſ. } *Eſt* Iris paluſtris lutea &c. 131. LXIII. 11.
Acriviola. Boerh. *Eſt* Naſturtium Indicium. 68. XXXVIII. 5.
Adiantum, *ſive* Capillus Veneris. (3) 5. V. 2.
Adiantum verum, ſive *Capillus Veneris verum.* Park.
Adiantum foliis Coriandri. C. B. P. } *Vid.* Adiantum, *ſive* Capillus Veneris.
Adiantum nigrum Officinarum. 6. V. 1.
Adiantum foliis longioribus, pulverulentis, pediculo nigro. C. B. P.
Adiantum nigrum, vulgare. Park. } *Vid.* Adiantum nigrum Officinarum.
Adiantum album. Tabern. *Eſt* Ruta muraria. C. V. 3.
Adhatoda Zeylanenſium. 147. LXVIII. 3.
Admirabilis Peruviana. Cluſ. H. *Eſt* Jalapa &c. 22. XV. 5.
Agaricus, *ſive* Fungus Laricis. (2) 2. II. 1.
Agaricus auriculæ forma. 2. II. 2.
Agaricus Inthybaceus. 2. II. 3.
Agrimonia Officinarum. (6) 22. XV. 6.
Agrimonia, ſeu *Eupatorium.* J. B. *Vid.* Agrimonia Officinarum.
Agrioriganum, ſive *Onites major.* Lob. *Eſt* Origanum ſylveſtre, vulgare. 49. XXX. 4.
Aguape Braſilienſium. Piſon. *Eſt* Nymphæa lutea. 78. XLIII. 4.
Ajuga &c. Adv. *Eſt* Chamæpitys. 51. XXXI. 3.
Aizoon majus. Lugd. *Eſt* Sedum majus, vulgare. 79. XLIV. 1.
Aizoon hæmatoides. Lob. *Eſt* Sedum minus, luteum folio acuto. 80. XLIV. 3.
Aizoon minus fervidi guſtus. Thal. *Eſt* Sedum parvum acre &c. 80. XLIV. 4.
Alcea vulgaris. (20) 76. XLII. 2.
Alcea vulgaris, major, flore ex rubro roſeo. C. B. P. *Vid.* Alcea vulgaris.
Alchimilla vulgaris. (28) 121. LIX. 7.
Alchimilla perennis, viridis, major foliis ex luteo vireſcentibus. M. H. *Vid.* Alchimilla vulgaris.
Alchimilla montana, minima. Col.
Alchimilla annua, minima, hirſuta, foliis infernè albicantibus. M. H. } *Eſt* Percepier. 121. LIX. 8.
Alchimilla rotundifolia, aurea, hirſuta. H. L. *Eſt* Chryſoplenium &c. 123. LX. 6.
Alcyonium ſpongioſum, Officinarum. (1) 2. I. 9.
Alcyonium durum, ſive *I. Dioſc.* Imp.
Alcyonium album. Beſl. } *Vid.* Alcyonium ſpongioſum &c.
Alectorolophus. Ang. *Eſt* Pedicularis &c. 65. XXXVII. 5.
Aliſma, ſive *Damaſonium Dioſc.* Col. Phyt. *Eſt* Auricula Urſi. flore luteo. 57. XXXIII. 6.
Alkekengi Officinarum. (26) 105. LIII. 1.
Alkekengi fructu parvo, verticillato. 106 LIII. 2.
Alkekengi Mexicanum. 106. LIII. 3.
Alleluja vulgò. *Eſt* Oxys &c. 87. XLVI. 9.
Alliaria. 93. XLVIII. 11.
Allium ſativum. (32) 136. LXV. 7.
Allium vulgare. J. B. *Vid.* Allium ſativum.
Allium ſativum, alterum, *ſive* Allioprasſum, caulis ſummo circumvoluto. 136. LXV. 8.
Alii genus, Ophioſcordon dictum quibuſdam. J. B. *Eſt* Allium ſativum, alterum, *ſive* Allioprasſum &c.
Allium latifolium montanum maculatum. 137. LXV. 9.
Allium anguinum. Matth.
Allium Alpinum. J. B.
Allium ſerpentium. Caſt. } *Vid.* Allium latifolium montanum, maculatum.
Allium latifolium, luteum. T. *Eſt* Moly latifolium, luteum. 137. LXV. 10.
Allium latifolium, luteum, alterum. T. *Eſt* Moly latifolium, flavo flore &c. 137. LXV. 11.
Aloe vulgaris. (31) 132. LXIV. 1.
Aloe communis. Cam. *Eſt* Aloe vulgaris *prædict.*
Aloe vulgaris ſimilis, major, maculis albis picta, ſucco fœtidiore. 133. LXIV. 2.
Aloe vera, vulgaris. Munt.
An Aloe Guineenſis, Caballina, vulgari ſimilis, ſed tota maculoſa? Commel. } *Vid.* Aloe vulgaris ſimilis &c.
Aloe Succotrina, anguſtifolia, ſpinoſa, flore purpureo. 133. LXIV. 3.
Aloe vera, minor. Munt.
Aloe India Orientalis, ſerrata, Soccotrina vera, flore phœniceo. H. Beaum.
Aloe Americana, folio Ananæ, floribus ſuaverubentibus. Pluk.
Aloe Americana, minor, foliis per margines frequentiſſimis, & molliuſculis ſpinis armatis. H. L.
Aloe Americana, ſerrata, floribus coccineis. Par. Bat. } *Vid.* Aloe ſuccotrina, anguſtifolia &c.
Alſine vulgaris, *ſive* Morſus Gallinæ. (16) 58. XXXIV. 3.
Alſine media. C. B. P. *Eſt* Alſine vulgaris &c.
Alſine pratenſis, gramineo folio ampliore. T. *Eſt* Lychnis arvenſis, glabra flore majore. 59. XXXIV. 7.
Altercum &c. Cam. *Eſt* Hyoſciamus vulgaris. 63. XXXVI. 2.
Althæa Dioſc., & Plin. (20) 75. XLII. 1.
Althæa, ſive *Biſmalva.* J. B.
Althæa vulgaris. Cam. } *Vid.* Althæa *prædicta.*
Althæa Theoph. &c. C. B. P. *Eſt* Abutilon. 76. XLII. 4.
Alyſſon incanum, luteum, Serpilli folio, majus. 149. LXVIII. 7.
Amantilla in M. H. *Eſt* Valeriana major, odorata radice. 21. XV. 1.
Amaracus. Eyſt. *Eſt* Majorana vulgaris. 49. XXX. 2.
Amaranthus purpureus. (29) 123. LX. 8.
Amaranthus ſpicatus. Eyſt.
Amaranthus major, paniculis ſurrectis, rubris. M. H.
Amaranthus anguſtifolius, ſimplici, ſpicata panicula. Lob.
Amaranthus coccineus. Ger. } *Vid.* Amaranthus purpureus.
Ambroſia quibuſdam, Cordi in Dioſc. &c. Chabr. *Eſt* Tanacetum &c. 34. XXII. 2.
Ambroſia maritima. (29) 125. LXI. 9.
Ambroſia quibuſdam. J. B.
Ambroſia hortenſis, procerior. Lob. Lugd.
Ambroſia Artemiſiæ forſan ſpecies. Geſn. } *Vid.* Ambroſia maritima.

Amellus Fuchſ. *Eſt* Aſter Atticus. 27. XIX. 2.
Ammi majus. (5) 13. IX. 3.
Ammi vulgare. Dod. / *Ammi majus, latioribus foliis, ſemine minus odorato*. J. B. } *Vid.* Ammi majus.
Amoris tuba &c. Trag. *Eſt* Corona Solis. 29. XX. 2.
Amarella. Geſn. *Eſt* Polygala vulgaris. 147. LXVIII. 2.
Ampeloprasum, ſeu *Porrum ſylveſtre*. Lob. Lugd. *Vid.* Porrum ſylveſtre. 135. LXV. 2. 3.
Anacampſeros, vulgò Faba craſſa. J. B. *Eſt* Telephium vulgare. 80. XLIV. 6.
Anacampſeros maxima. J. B. *Eſt* Telephium latifolium &c. 80. XLIV. 7.
Anacampſeros radice Roſam ſpirante, major. T. *Eſt* Thelephium luteum, minus. 81. XLIV. 8.
Anagallis phœniceo flore. (15) 57. XXXIII. 9.
Anagallis mas. Dod. *Vid.* Anagallis fœniceo flore.
Anagallis fœmina. Dod. *Eſt* Anagallis flore cæruleo.
Anagallis aquatica, ſive *Becabunga, Germanorum*. Adv. *Eſt* Veronica aquatica, major. &c. 62. XXXV. 7.
Ananas. (27) 114. LVI. 6.
Ananas aculeatus, fructu pyramidato, carne aurea. Plum. *Vid.* Ananas prædictus.
Anarrhion &c. in M. H. *Eſt* Antirrhinum vulgare. 65. XXXVII. 1.
Anchuſa Alcibiadion. Dod. *Eſt* Bugloſſum vulgare. 53. XXXII. 1.
Anchuſa puniceis floribus. (14) 53. XXXII. 3.
Anchuſa Monſpeliana. J. B. / *Anchuſa alterum genus, Onocbites dictum*. Cluſ. H. } *Eſt* Anchuſa prædicta.
Anchuſa lutea, major. 53. XXXII. 4.
Anchuſa flore exalbido. Cluſ. H. *Eſt* Anchuſa lutea &c.
Androſaces petra innaſcens, vel major. C. B. P. *Eſt* Umbilicus Marinus. (1) 1. I. 8.
Anemone Geranei rotundo folio. (4) 7. VI. 3.
Anemone hortenſis, latifolia, ſimplici flore. Hi. Cluſ. H. / *Anemone Italica, latiuſculis, ſpinoſis foliis*. Hi. Cluſ. J. B. / *Anemone papaveracea*. Taber. Ger. } *Vid.* Anemone Geranei rotundo folio.
Anethum hortenſe. (6) 18. XIII. 2.
Angelica montana, perennis, Paludapii folio. T. *Eſt* Liguſticum vulgare &c. 14. X. 2.
Angelica ſativa. (5) 15. X. 3.
Angelica major. Dod. p. / *Angelica odorata*. Geſn. } *Vid.* Angelica ſativa.
Anguina Dracuntia. Adv. *Eſt* Dracunculus polyphyllus &c. 110. LIV. 8.
Anguria Citrullus dicta. (27) 112. LV. 6.
Anil &c. M. H. *Eſt* Nil &c. 102. LI. 12.
Anitum vulgare. (5) 17. XI. 6.
Aniſum veteribus. J. B. / *Aniſum vulgatius, minus annuum*. M. H. / *Aniſum Herbariis, ſemine majori*. C. B. P. } *Vid.* Aniſum vulgare.
Aniſum Indicum, ſtellatum. 150. LXVIII. 10.
Aniſum Philippinarum Inſularum, ſive *Novi Orbis*. Cluſ. H. / *Aniſum Chinenſe*, ſeu *Semen Badian*. Lem. / *Aniſum peregrinum*. C. B. P. / *Aniſum Exoticum Philippinarum Inſularum*. Park. } *Vid.* Aniſum Indicum ſtellatum.
Anonis ſpinoſa, flore purpureo. (24) 95. XLIX. 7.
Anonis, ſive *Reſta Bovis vulgaris, purpurea*. J. B. *Vid.* Anonis ſpinoſa &c.
Anteuphorbium. Dod. p. *Vid.* Euphorbium, quod Anteuphorbium. 72. XL. 6.
Anthyllis leguminoſa &c. M. H. / *Anthyllis Lentis ſimilis*. Dod. / *Anthyllis prior*. Lugd. } *Eſt* Vulneraria ruſtica. 99. LI. 1.
Anthora. Dod. / *Anthora vulgaris*. Cluſ. H. } *Eſt* Aconitum ſalutiferum. 83. XLV. 6.
Anthos flos, Off. *dict. Eſt* Roſmarinus hortenſis &c. 50. XXX. 7.
Antirrhinum vulgare. (17) 65. XXXVII. 1.
Antirrhinum majus. Cam. *Eſt* Antirrhinum vulgare.
Antithora flore luteo Aconiti. J. B. *Eſt* Aconitum ſalutiferum. 83. XLV. 6.
Aparine latifolia, humilior, montana. T. *Eſt* Aſperula odorata. 41. XXVI. 4.
Aparine vulgaris. (11) 42. XXVI. 5.
Aphaca Plinii. Cæſ. *Eſt* Dens Leonis, latiore folio. 24. XVII. 1.
Apium, Aniſum dictum, ſemine ſuaveolenti majori. T. *Eſt* Aniſum vulgare. 17. XI. 6.
Apium hortenſe, *vel* Petroſelinum vulgò. (5) 17. XII. 1.
Apium ſativum &c. Col. *Eſt* Apium hortenſe &c.
Apium paluſtre, & Apium Officinarum. 17. XII. 2.
Apium paluſtre, Paludapium dictum. M. H. / *Apium vulgare, ingratum*. J. B. } *Eſt* Apium paluſtre Officinarum.
Apocynum, Aſclepias dictum. Parad. Bat. *Eſt* Aſclepias. 86. XLVI. 6.
Apollinaris herba. Cam. *Eſt* Hyoſcyamus vulgaris niger. 63. XXXV. 2.
Aquilegia flore ſimplici. (21) 84. XLV. 11.
Aquilegia ſylveſtris. C. B. P. / *Aquilegia vulgaris*. Park. / *Aquilina*. Lob. } *Vid.* Aquilegia flore ſimplici.
Aracus, ſive *Cicera*. Dod. *Eſt* Lathyrus ſativus. 96. L. 2.
Arborum Fungus Auricula Judæ facie. Cluſ. H. *Eſt* Agaricus Inthybaceus. 2. II. 3.
Argentina. Dod. p. *Eſt* Potentilla &c. 9. VII. 4.
Ariſtologia rotunda. (20) 77. 148. XLII. 6.
Ariſtologia longa. 77. 148. XLII. 7.
Ariſtolochia rotunda concava ſimilis herba. Tragi. *Eſt* Moſchatellina. 109. LIV. 4.
Armerius montanus, tenuifolius, major. Cluſ. *Eſt* Statice. 144. LXVII. 6.
Artemiſia vulgaris. (10) 26. XXII. 8.
Artemiſia latifolia, major, caule, & flore purpuraſcente. *Vid.* Artemiſia vulgaris.
Artemiſia Turcica. Eyſt. *Eſt* Chenopodium Ambroſioides &c. 119. LIX. 1.
Arthanita. Lob. *Eſt* Cyclaminus &c. 137. LXV. 12.
Arthetica Pandectarii. Anguilla *Eſt* Bugula vulgaris. 51. XXXI. 6.
Arthritica, ſive *Iva Artethica*. Schrod. *Eſt* Chamæpitys lutea. 51. XXXI. 3.
Artiſchochi fructus. Eyſt. *Eſt* Cinara hortenſis. 39. XXIV. 3.
Arum maximum, Ægyptiacum, quod vulgo Colocaſia. C. B. P. / *Arum Ægyptiacum*. Col. / *Arum magnum, & Pampina Paradiſi Siculorum*. Cæſ. } *Eſt* Colocaſia. 109. LIV. 6.
Arum vulgare. (26) 110. LIV. 7.
Arum Officinarum. J. B. *Vid.* Arum vulgare.
Arum polyphyllum, Dracunculus, & ſerpentaria dictum, caule maculato majus, & elatius. H. L. *Eſt* Dracunculus polyphyllus. 110. LIV. 8.
Aſarum vulgare, rotundifolius. (19) 122. LX. 4.
Aſarum Baccaris, ſive *Baccatus*. Adv. *Vid.* Aſarum vulgare &c.
Aſarum Cyclaminis folio, Virginianum. 123. LX. 5.
Aſarum Americanum. Park. / *Aſarum Virginianum, folio cordato, Cyclaminis more maculato*. M. H. } *Vid.* Aſarum Cyclaminis folio.
Aſcalonites antiquorum. *Eſt* Cepa aſcalonica. 136. LXV. 5.
Aſclepias albo flore. (22) 86. 149. XLVI. 6.
Aſparagus ſativa. (26) 105. LII. 10.
Aſparagus domeſticus. M. H. / *Aſparagus hortenſis*. Dod. p. } *Vid.* Aſparagus ſativa.
Aſpergula odorata. *Eſt* Aſperula odorata &c. 41. XXVI. 4.
Aſperula odorata, flore albo. (11) 41. XXVI. 4.
Aſperula, ſive *Rubeola, montana, odora*. C. B. P. *Eſt* Aſperula odorata &c.
Aſphodelus albus, ramoſus, mas. (31) 129. LXIII. 1.
Aſplenium, *ſive* Ceterach. (3) 5. IV. 3.
Aſter omnium, maximum, Helenium dictus. T. *Eſt* Helenium &c. 27. XIX. 1.
Aſter Atticus. (8) 27. XIX. 2.
Aſter Italorum purpuraſcens. Cluſ. H. *Vid.* Aſter Atticus.
Aſtragalus Monſpeſſulanus. (25) 102. LI. 10.
Aſtragalus floribus Viciæ, dilute purpureis, *aut* cæruleis. 102. LI. 11.
Aſtrantia nigra, major. 141. LXVI. 9.
Aſtrantia major, corona floris purpuraſcente. T. *Vid.* Aſtrantia nigra major.
Athanaſia vulgaris. Lacun. *Eſt* Tanacetum vulgare. 34. XXII. 2.
Atriplex hortenſis, alba, *ſive* pallide virens. (28) 119. LVIII. 8.
Atriplex marina, laciniata. 119. LVIII. 9.
Atriplex odorata, ſive *ſuaveolens*. M. H. *Eſt* Chenopodium Ambroſioides &c. 119. lix. 1.
Atriplex fœtida. C. B. P. *Eſt* Chenopodium fœtidum. 120. lix. 2.
Atriplex, ſeu *Fragifera major*. M. H. *Eſt* Chenopodio-morus. 120. lix. 3.
Aurea mala. Dod. p. *Eſt* Lycoperſicon &c. 107. LIII. 8.
Auricula muris pulchra, flore albo. J. B. *Eſt* Myoſotis arvenſis, ſubhirſuta &c. 59. xxxiv. 6.
Auricula Urſi, flore luteo. (15) 57. xxxiii. 6.
Auricula Urſi Myconi, piloſa, cærulea. 57. xxxiii. 7.
Axei &c. Monard. *Eſt* Capſicum &c. 107. lxviii. 10.

B

Badian ſemen. Lem. *Eſt* Aniſum Indicum, ſtellatum. 150. lxviii. 10
Ballote. (13) 48. 145 xxix. 7.
Balſamina fœmina. (22) 87. xlvi. 10
Balſamina fœmina, Perſicæ folio, vel Salicis folio. J. B. / *Balſamina Herba impatiens*, ſive *Noli me tangere*. M. H. / *Balſamina amygdaloides*. Geſn. } *Vid.* Balſamina fœmina.
Balſamina Cucumeraria. J. B. / *Balſamina pomifera*. Geſn. / *Balſamina rotundifolia, repens*, ſive *mas*. C. B. P. / *Balſamum*, ſeu *Pomum mirabile*. Trag. } *Eſt* Momordica vulgaris. 111. lv. 1.
Baptiſecula. Trag. *Eſt* Cyanus ſegetum &c. 40. xxv. 4.
Barba Capræ, floribus compactis. C. B. P. *Eſt* Ulmaria. 81. xliv. 10.
Barbula Hirci. Cord. / *Barbula Hirci*. Trag. } *Eſt* Tragopogon pratenſe, luteum, majus. 25. xviii. 4.
Bardana major. Ger. Park. *Eſt* Lappa major &c. 40. xxv. 5.
Bardana minor. Ger. *Eſt* Xanthium &c. 125. lxi. 10.
Baſilicum, ſeu *Ocymum medium, vulgatius*. Eyſt. *Vid.* Ocymum vulgatius. 47. xxix. 3.
Batata de purga, alias Mechoacan. in Marcgr. *Eſt* Convolvulus Americanus. 69 xxxix. 1.
Baticula, quaſi parva batis. Cæſ. *Eſt* Crithmum marinum. 17. xi. 5.
Baucia Paſtinaca ſylveſtris. Adv. Lob. *Eſt* Paſtinaca latifolia, ſylveſtris. 19. xiii. 6.
Becabunga. Ger. *Eſt* Veronica aquatica, major &c. 62. xxxv. 7.
Bechion, & *Bechium*. Hermol. Rueli. *Eſt* Tuſſilago vulgaris. 28. xix. 8.
Been album Officinarum. 59. xxxiv. 5.
Been album, ſive *Polemonium*. Dod. *Eſt* Been album Officinarum.
Bellis ſylveſtris, minor. (9) 29. xx. 4.
Berula &c. Tabern. *Eſt* Veronica aquatica, major &c. 62. xxxv. 8.

Beta

Beta candida. (29) 122. lx. 1.
Beta alba. Matth. Adv. Lob. Cam. &c.
Beta folio viridiore, & breviore. Cæſ.
Beta alba, vel palleſcens, quæ Sicula, & Cicla Officinarum. C. B. P.
} *Vid.* Beta candida.
Beta rubra, nigra dicta. 122. lx. 2.
Beta rubra vulgaris. C. B. P.
Beta nigra. Par.
} *Vid.* Beta rubra, nigra dicta.
Beta rubra, radice Rapæ. 122. lx. 3.
Beta radice rubra craſſa. J. B.
Beta erithrorhizos. Lugd.
Beta rubra, Romana. Dod.
} *Vid.* Beta rubra, radice Rapæ.
Betonica fœtida. Geſn. *Eſt* Stachys paluſtris, fœtida. 44. xxvii. 5.
Betonica vulgaris, purpurea. (12) 44. 144. xxvii. 6.
Betonica coronaria &c. J. B.
Betonica altilis &c. Fuchſ.
} *Eſt* Caryophyllus &c. 60. xxxiv. 10.
Betonica aquatilis. Dod. p. *Eſt* Scrophularia radice fibroſa. 147. lxviii. 1.
Bifolium majus, vulgares. M. H. *Eſt* Ophris bifolia. 138. lxv. 14.
Biſlingua. J. B. *Eſt* Hippogloſſum, Laurotaxa. 104. lii. 6.
Biſtorta major. (28) 117. lviii. 3.
Blataria rubra, ſpicata, major, glabra, communis, folio acuto. M. H. *Eſt* Salicaria vulgaris. 61. xxxv. 1.
Blitum perenne, Spinachia facie. M. H. *Eſt* Bonus Henricus. 119. lviii. 10.
Blitum majus, album. (28) 120. lix. 4.
Blitum majus, rubrum. 120. lix. 5.
Boleti Cervini orbiculati. Thal. *Eſt* Tubera Cervina. 3. ii. 5.
Bona major in M. H. *Eſt* Faba. 97. l. 5.
Bonifacia &c. J. B. *Eſt* Hippogloſſum, Laurotaxa. 104. lii. 6.
Bonus Henricus. (28) 119. lviii. 10.
Botrys altera Ambroſia ſpecies, cui Semen Amomum Officinarum. Cord. *Eſt* Chenopodium Ambroſoides &c. 119. lix. 1.
Borrago hortenſis. 53. xxxii. 1.
Braſſica marina, ſive *Soldanella*. J. B. *Eſt* Convolvulus maritimus &c. 68. xxxviii. 6.
Braſſica capitata, alba. (23) 90. 150. xlviii. 1.
Braſſica capitata, rubra. C. B. P. 111. 90. 150.
Braſſica cauliflora. 149. 150. lxviii. 8.
Branca Urſina. I. B. *Eſt* Acanthus ſativus. 66. xxxvii. 5.
Brunella major, folio non diſſecto. (13) 47. xxix. 2.
Bruſcus. Ger. *Eſt* Ruſcus Myrtifolius &c. 104. lii. 5.
Bryonia Mechoacana, alba. C. B. P. *Eſt* Convolvulus Americanus &c. 69. xxxix. 1.
Bryonia alba. (25) 103. lii. 2.
Bryonia aſpera, ſive *alba baccis rubris*. C. B. P. *Vid.* Bryonia alba. 103. lii. 3.
Bryonia nigra.
Bryonia alba, baccis nigris. C. B. P. *Vid.* Bryonia nigra.
Bubleurum perfoliatum, rotundifolium, annuum. T. *Eſt* Perfoliata vulgaris. 20. xiv. 5.
Bugloſſum latifolium, Borrago flore cæruleo. C. B. P. *Eſt* Borrago hortenſis. 53. xxxii. 1.
Bugloſſum vulgare, majus. (14) 53. xxxii. 2.
Bugloſſum anguſtifolium, majus, flore cæruleo. C. B. P.
Bugloſſum Italicum. Eyſt.
Bugloſſum perenne, majus ſativum. M. H.
} *Vid.* Bugloſſum vulgare, majus.
Bugloſſum radice rubra, ſive *Anchuſa vulgatior, floribus cæruleis*. T.
Bugloſſum perenne, minus, puniceis floribus. M. H.
} *Eſt* Anchuſa puniceis floribus. 53. xxxii. 3.
Bugloſſum agreſte. Lob. *Eſt* Echium vulgare. 55. xxxii. 9.
Bugula vulgaris, ſylvatica, cærulea. (14) 51. 146. xxxi. 6.
Bulbocaſtanum majus, folio Apii. (5) 14. ix.
Bulbonac. Ger. Park. *Eſt* Lunaria major &c. 88. xlvii. 2.
Bunias. Fuchſ. *Eſt* Napus. 91. xlviii. 4.
Burſa Paſtoris major, folio ſinuato. (23) 89. xlvii. 8.
Burſa Paſtoris, major, vulgatior. Park.
Burſa Paſtoris, major, capſula cordata, foliis laciniatis. M. H.
} *Vid.* Burſa Paſtoris, major, folio ſinuato.
Burſa Paſtoria. I. B. Tabern.
Butomon. Cluſ. H. *Eſt* Iris paluſtris, lutea &c. 131. lxiii. 11.
Butomus flore roſeo. 148. lxviii. 5.

C

Calamintha humilior, folio rotundiore. T. *Eſt* Hedera terreſtris. 47. xxix. 5.
Calamintha 1. *genus*. Fuchſ. *Eſt* Cataria major, vulgaris. 48. xxix. 6.
Calamintha vulgaris, *vel* Officinarum Germaniæ. (13) 48. xxix. 8.
Calamintha flore magno &c. I. B.
Calamintha montana &c. Eyſt.
} *Vid.* Calamintha vulgaris.
Calendula. Dod. p. *Eſt* Caltha &c. 31. xxi. 2.
Cali vulgare. I. B. *Eſt* Kali majus. 121. lix. 9.
Cali geniculatum &c. I. B. *Eſt* Salicornia. 121. lix. 10.
Caltha flore ſimplici. (9) 31. xxi. 2.
Campanula radice eſculenta, flore cæruleo. (18) 69. xxxix. 3.
Campanula major, vulgatior, aſperior, foliis Urticæ. 69. xxxix. 4.
Candela regia &c. Lob. *Eſt* Verbaſcum mas &c. 63. xxxv. 8.
Cannabina aquatica, mas. Adv. Lob. *Eſt* Eupatorium Cannabinum. 32. xxi. 5.
Cannabis ſativa. (30) 127. lxii. 3.
Cannabis mas. I. B.
Cannabis fœcunda. Dod. p.
Cannabis major. Trag.
} *Vid.* Cannabis ſativa.
Capillus Veneris. Ger. *Eſt* Adiantum &c. 5. v. 2.
Capnos Plinii. Tur. *Eſt* Moſchatellina &c. 109. liv. 4.
Capparis ſpinoſa. (26) 109. liv. 3.
Capparis fabaginea, ſive *Peplios Lutetianorum*. J. B.
Capparis Portulacæ folio. C. B. P.
Capparis Fabago. H. Eyſt.
} *Eſt* Fabago. 149. lxviii. 6.
Caprago vulgo. Cæſ. *Eſt* Galega vulgaris. 98. l. 6.
Capſicum ſiliquis longis, propendentibus. (26) 107. liii. 7.
Caput Canis, & Caput Vituli. Tabern. *Eſt* Antirrhinum vulgare. 65. xxxvii. 1.
Cardamine pratenſis, magno flore. 150. lxviii. 9.
Cardamindum. Tournef. *Eſt* Naſturtium Indicum. 68. xxxviii. 5.
Cardiaca. (13) 50. xxx. 8.
Carduus Acanthus &c. J. B. *Eſt* Acanthus ſativus. 66. xxxvii. 5.
Carduus affinis Pinea Braſiliana &c. M. H.
Carduus Braſilianus, foliis Aloes. C. B. P.
} *Eſt* Ananas. 114. lvi. 6.
Carduus Benedictus. (11) 39. xxiv. 2.
Carduus luteus, procumbens, ſudoriferus, & amarus. M. H. *Vid.* Carduus Benedictus.
Carduus domeſticus, capite majore, cum ſquamis diſpanſis, viridibus. M. H.
Carduus, ſive *Scolymus ſativus, non ſpinoſus*. J. B.
} *Eſt* Cinara hortenſis. 39. xxiv. 3.
Carduus Marianus, *ſive* lacteis maculis notatus. 38. xxxiv. 1.
Carduus Leucographus. Dod. p.
Carduus Mariæ, vulgaris. Park.
} *Eſt* Carduus Marianus &c.
Carduus Xeranthemos, flore albo ampliore, acaulis. M. H. *Eſt* Carlina acaulos, magno flore, albo. 29. xx. 1.
Carduus humilior gummifer. Col. *Eſt* Carlina acaulos, gummifera. 143. lxvii. 2.
Carduus Xeranthemos, flore albo cauleſcens. M. H. *Eſt* Carlina caulifera. 145. lxvii. 3.
Carlina acaulos, magno flore, albo. (9) 29. xx. 1.
Carlina altera. Dod. p. *Vid.* Carlina acaulos: magno flore, albo.
Carlina acaulos, gummifera. 143. lxvii. 2.
Carlina caulifera. 143. lxvii. 3.
Carlina, ſeu *Leucacantha*. Dod. p.
Carlina vulgaris cauleſcens, flore magno, albicante. C. B. P.
Carlina vulgaris, caulem emittens. Col.
} *Vid.* Carlina caulifera.
Carpeſium. Caſt. *Eſt* Valeriana major, odorata radice. 21. xv. 1.
Carthamus Officinarum, flore croceo. (11) 39. xxiv. 4.
Caros. J. B.
Carum. Dod. p.
} *Eſt* Carvi. 17. xii. 3.
Carvi. (6) 17. xii. 3.
Caryophyllata vulgaris. (4) 9. vii. 5.
Caryophyllus arvenſis, hirſutis, flore majore. C. B. P. *Eſt* Myoſotis arvenſis, ſubhirſuta. 59. xxxiv. 6.
Caryophyllus arvenſis, glaber, flore majore. C. B. P. *Eſt* Lychnis arvenſis, glabra, flore majore. 59. xxxiv. 7.
Caryophyllus hortenſis, ſimplex, flore majore. (16) 60. xxxiv. 10.
Caryophyllus ſylveſtris, major, vulgatior. Lob. *Eſt* Caryophyllus &c. *prædictas*.
Caryophyllus montanus, major, flore globoſo. C. B. P.
Caryophyllus flos aphyllocaulis, vel junceus major. J. B.
Caroyophyllus mediterraneus. Ger.
} Eſt Statice. 144. lxvii. 6.
Caſſida paluſtris, vulgaris, flore cæruleo. 145. lxvii. 10.
Cataputia major, vulgaris. Park. Eſt Ricinus vulgaris. 71. xl. 1.
Cataputia minor. J. B.
Cataputia Officin. Cataputia vulgaris. Eyſt.
} Eſt Tithymalus latifolius. 72. xl. 4.
Cataria major, vulgaris. (13) 48. xxix. 6.
Cauda murina. Dod. p.
Cauda muris. C. B. P.
} Eſt Myoſurus. 125. lxi. 9.
Centaurium majus foliis in lacinias plures diviſo. (11) 40. xxv. 1.
Centaurium majus, Juglandis folio. J. B.
Centaurium magnum. Dod. p.
Centaurium majus, I. *vulgare*. Cluſ. H.
} *Vid.* Centaurium majus foliis in lacinias plures diviſo.
Centaurium majus folio Helenii incano. 40. xxv. 2.
Centaurium majus, Rha capitatum, folio Enulæ ſubtuo hirſuto, & incano. J. B. *Vid.* Centaurium majus, folio Helenii incano.
Centaurium majus, folio Helenii, anguſtiore. 40. xxv. 3.
Centaurium majus, alterum, capitatum, anguſtiore, incano, & integro folio. M. H. *Vid.* Centaurium majus, folio Helenii anguſtiore.
Centaurium minus. (17) 61. xxxv. 4.
Centaurium minus, flore purpureo. J. B.
Centaurium minus, rubrum. M. H.
Centaurium parvum. Adv. Lob. Ger.
Centaurium minus, vulgare. Park.
} *Vid.* Centaurium minus.
Centaurium luteum, puſillum. (17) 62. xxxv. 5.
Centaurium luteum, novum. Col. *Vid.* Centaurium luteum, puſillum.
Centauroides, vel *Centaurium ſylveſtre*. Thal. Eſt Serratula. 144. lxvii. 8.
Centimorbia, vel *Centumorbia* in M. H. Eſt Nummularia lutea, major. 57. xxxiii. 8.
Centocuculus. Turn. Eſt Filago. 32. xxi. 7.
Cepa vulgaris. (32) 136. lxv. 4.
Cepa rotunda. Dod. p.
Cepa ſativa. Lugd.
} *Vid.* Cepa vulgaris.
Cepa Aſcalonica. 136. lxv. 5.
Cepa ſterilis. C. B. P.
Cepa Aſcalonica, ſive *fiſſilis*. J. B.
} *Vid.* Cepa Aſcalonica.
Cepa ſectilis, Juncifolia, perennis. 136. lxv. 6.
Cepa fiſſilis, & Gethion. Tur. *Vid.* Cepa ſectilis &c.
Cerefolium ſativum. M. U. Eſt Chærophyllum ſativum. 20. xiv. 4.
Cervicaria major. Dod. p. Eſt Campanula major, vulgatior &c. 69. xxxix. 4.
Ceterach Officinarum. C. B. P. Eſt Aſplenium &c. 5. iv. 3.

Chamæ-

Chamæciſſus &c. J. B. *Eſt* Hedera terreſtris, vulgaris. 47. xxix. 5.
Chamæciſtus vulgaris, flore luteo. C. B. P.
Chamæciſtus. I. *Cluſ. H.*
} *Eſt* Helianthemum &c. 148. lxviii. 4.
Chamæclema. Cord. H. *Eſt* Hedera terreſtris, vulgaris. 47. xxix. 5.
Chamædrys minor, repens. (14) 50. xxxi. 1.
Chamædrys vulgo exiſtimata. J. B.
Chamædrys vulgaris. Park.
} *Vid.* Camædrys minor, repens.
Chamædrys paluſtris, Allium redolens. M. H.
Chamædrys paluſtris, caneſcens &c. Tournef.
} *Eſt* Scordium. 51. xxxi. 4.
Chamæleon albus. Dioſc. &c. Cluſ. H. *Eſt* Carlina acaulos, magno flore, albo. 29. xx. 1.
Chamæleon albus, Apulus, purpureo flore, gummifer. Col. *Eſt* Carlina acaulos, gummifera. 143. lxvii. 2.
Chamæleon niger, vulgaris. Eyſt. Trag.
Chamæleon albus, caule donatus. Lob.
} *Eſt* Carlina caulifera. 143. lxvii. 3.
Chamæleuce Plinii. Hermol. *Eſt* Tuſſilago vulgaris. 28. xix. 8.
Chamæmelum odoratum. (9) 30. xx. 5.
Chamæmelum odoratiſſimum, repens, flore ſimplici. J. B.
Chamæmelum Romanum, flore ſimplici. Adv. Lob.
} *Vid.* Chamæmelum odoratum.
Chamæmelum vulgare. 30. xx. 6.
Chamæmelum arvenſe. Cam.
Chamæmilla. Adv. Lob.
} *Vid.* Chamæmelum vulgare.
Chamæmelum fœtidum. 30. xx. 7.
Chamæmelum præcox, annuum, fœtidum, ſemine aureo. M. H. *Vid.* Chamæmelum fœtidum.
Chamæpitin. in M. H. *Eſt* Hypericum vulgare. 67. xxxviii. 1.
Chamæpitys lutea, vulgaris, *ſive* folio trifido. (14) 51. 146. xxxi. 3.
Chamæpitys vulgaris, odorata, flore luteo. J. B.
Chamæpitys major. Eyſt.
Chamæpitys mas. Dioſc. Lob.
} *Vid.* Chamæpytis lutea, vulgaris, *ſive* folio trifido.
Charantia. Dod. p. *Eſt* Momordica &c. 111. lv. 1.
Cheiri, vel *Keiri* Geſn. *Eſt* Leucojum luteum. 92. xlviii. 9.
Chelidonium minus. (3) 7. 140. vi. 1.
Chelidonia rotundifolia, minor. C. B. P. *Vid.* Chelidonium minus.
Chelidonium majus, vulgare. (21) 85. xlvi. 1.
Chenopodium folio triangulo. T. *Eſt* Bonus Henricus. 119. lviii. 10.
Chenopodium Ambroſoides, folio ſinuato. (28) 119. lix. 1.
Chenopodium fœtidum. 120. lix. 2.
Chenopodio-morus, major. 120. lix. 3.
Chærophyllo nonnihil ſimilis. C. B. P. *Eſt* Percepier. 121. lix. 8.
Chærophyllum ſativum. (6) 20. xiv. 4.
Chærophyllon. J. B. *Vid.* Chærophyllum ſativum.
Chili &c. Recch. *Eſt* Capſicum &c. 107. liii. 7.
Chimalath Peruviana. Hernan.
Chryſanthemum Indicum, maximum, annuum, non ramoſum. M. H.
} *Eſt* Corona Solis. 29. xx. 2.
Chryſanthemum ſegetum, vulgare, glaucum. (9) 29. xx. 3.
Chryſanthemum foliis Matricariæ. C. B. P.
Chryſanthemum folio valde laciniato, flore croceo. J. B.
} *Vid.* Chryſanthemum ſegetum, vulgare &c.
Chryſocome I. *vulgaris.* Cluſ. H. *Eſt* Elichryſum, *ſeu* Stæchas Citrina. 33. xxi. 8.
Chryſocome humilis montana, folio rotundiore. M. H. *Eſt* Elichryſum montanum, flore rotundiore. 33. xxi. 9.
Chryſoplenium foliis amplioribus, auriculatis. (29) 123. lx. 6.
Cicer ſativum. (25) 99. l. 11.
Cicer Arietinum. J. B. *Vid.* Cicer ſativum.
Cicercula. Park. *Eſt* Lathyrus ſativus. 96. l. 2.
Cichorium ſativum. (8) 26. xviii. 5.
Cichorium domeſticum. Matth. *Vid.* Cichorium ſativum.
Cichorium ſylveſtre, *ſive* Officinarum. 26. xviii. 6.
Cichorium ſylveſtre picris. Dod. p. *Vid.* Cichorium ſylveſtre, *ſive* Officinarum.
Cicla Officinarum &c. C. B. P. *Eſt* Beta candida. 122. lx. 1.
Cicuta major. (5) 16. xi. 4.
Cicutaria paluſtris, tenuifolia. C. B. P. *Eſt* Phelandrium. 141. lxvi. 7.
Cinara hortenſis, foliis non aculeatis 11. 39. xxiv. 3.
Cingularia Polonis in M. H. *Eſt* Muſcus ſquamoſus, vulgaris, repens, clavatus. 3. iii. 1.
Cirſium maximum Aſphodeli radice. 144. lvii. 7.
Cirſium maximum, foliis carnoſis, bulboſa radice, forte Lutetianum. J. B.
Cirſium maximum, montanum, incano folio, bulboſa radice. Cluſ. H.
} *Eſt* Cirſium maximum, Aſphodeli radice.
Citrullus Officinarum. Adv. Lob. Ger.
Citrullus folio Colocynthidis ſecto, ſemine nigro &c. J. B.
} *Eſt* Anguria &c. 112. lv. 6.
Clematitis latifolia, dentata. (4) 11. viii. 4.
Clematitis ſylveſtris, latifolia. C. B. P.
Clematitis, ſive *Viorna.* Lob. Eyſt.
} *Vid* Clematitis latifolia, dentata.
Clematitis, *ſive* Flammula ſurrecta alba. 11. viii. 5.
Clematis daphnoides &c. J. B. C. B. *Eſt* Pervinca &c. 86. xlvi. 4. 5.
Clematis pentaphylla, flore roſeo, clavato &c. M. H.
Clematis paſſiflora, pentaphylla, flore cæruleo, punctato Munt.
Clematis paſſionalis, ſeu *flos Paſſionalis &c.* Monard.
} *Eſt* Granadilla &c. 114. lvi. 5.
Clinopodium, quibuſdam Maſtichina Gallorum. I. B. *Eſt* Maſtichina. 45. xxviii. 2.
Clinopodium Origano ſimile. 45. xxviii. 5.
Clinopodium arvenſe, Ocymi facie, foliis latioribus. C. B. P.
Clinopodium minus, ſive *vulgaris.* Park.
} *Eſt* Acinos &c. 48. xxx. 1.
Clymenus minus, Dalechampii. Lugd. *Eſt* Stachys paluſtris, fœtida. 44. xxvii. 5.
Cnicus ſylveſtris, hirſutior &c. C. B. P. *Eſt* Carduus Benedictus. 39. xxiv. 2.
Cnicus ſativus &c. C. B. P.
Cnicus vulgaris. Cluſ. H.
} *Eſt* Carthamus Officinarum &c. 39. xxiv. 4.
Cochlearia folio ſubrotundo. (23) 90. xlvii. 10.
Cochlearia Batava. Lob. *Eſt* Cochlearia folio ſubrotundo.
Cochlearia folio cubitali. 90. xlvii. 11.
Cochicum commune. (31) 130. lxiii. 3.
Colchicum vulgare. Eyſt. *Eſt* Colchicum commune.
Columbina &c. Swert. *Eſt* Aquilegia &c. 84. xlv. 11.
Colocaſia. (26) 109. liv. 6.
Colocynthis fructu rotundo, major. (27) 113. lvi. 4.
Colocynthis, cucurbita amara, cathartica. Lob.
Colocynthis pomiformis. Park.
} *Vid.* Colocynthis fructu rotundo, major.
Conſiligo. Park. *Eſt* Helleborus niger, fœtidus. 82. xlv. 1.
Conſiligo minor. Lugd. *Eſt* Helleborus niger hortenſis, flore viridi. 82. xlv. 2.
Conſolida aurea. Tabern. *Eſt* Virga aurea anguſtifolia, ſerrata. 28. xix. 4.
Conſolida media, pratenſis, cærulea. Dod. p.
Conſolida media, quibuſdam Bugula. I. B.
} *Eſt* Bugula vulgaris &c. 51. xxxi. 6.
Conſolida major. Brunf. *Eſt* Symphytum &c. 55. xxxii. 10.
Conſolida regalis. C. B. P. Lob. Cam. *Eſt* Delphinium hortenſe &c. 84. xlv. 10.
Convolvulus maritimus, noſtras rotundifolius. (18) 68. xxxviii. 6.
Convolvulus Syriacus, & Scammonea Syriaca. 68. xxxviii. 7.
Convolvulus Americanus, Mechoacan dictus. 69. xxxix. 1.
Convolvulus major. 69. xxxix. 2.
Convolvulus perennis, heteroclitus, floribus herbaceis, Capſulis foliaceis ſtrobili inſtar. M. H. *Eſt* Lupulus mas. 126. lxii. 2.
Conyza major, vera. (9) 31. xxi. 3.
Corallium rubrum. (1) 1. 1.
Corallium rubrum, majus. Park. *Vid.* Corallium rubrum.
Corallum album Officinarum oculatum. 1. I. 2.
Corallium album Indicum. Baſ. Besler. *Vid.* Corallum album Officinarum oculatum.
Corallium nigrum. 1. I. 3.
Corallium nigrum, ſive Antiphathes. I. B. Ger. Park. *Eſt* Corallium nigrum.
Corallium aſperum candicans adulterinum. 1. I. 4.
Corallium aſperum candicans, an Geſneri Gypſum Coralloides? Chabr. *Eſt* Corallium aſperum candicans adulterinum.
Corallium album fragile polyſchides ramuſculis æqualibus contiguis dumoſum. 1. I. 5.
Corallium albidum digitatum; ramis hinc inde contiguis ad latitudinem diſpoſitis. 1. I. 5.
Corallina. (1) 1. I. 7.
Corallis affinis, Alcyonium, fiſtuloſum, rubrum. I. B. *Eſt* Tubularia purpurea. 139. lxvi. 2.
Corchorus, *ſive* Melochia. (22) 87. xlvi. 8.
Corchorus Plinii. C. B. P.
Corchorus verus Chabr.
} *Vid.* Corchorus &c. *prædictus.*
Coriandrum majus. (6) 18. xii. 4.
Corona, & caput Monachi. Tabern. Ger. *Eſt* Dens Leonis &c. 24. xvii. 1.
Corona Solis. (9) 29. xx. 2.
Corona Regia &c. Trag. *Vid.* Corona Solis.
Corona terræ &c. Lob. *Eſt* Hedera terreſtris. 47. xxix. 5.
Coronopus ſerpentina. I. B. *Eſt* Holoſteum ſtrictiſſimo folio &c. 124. lxi. 5.
Coronopus hortenſis. (29) 124. lxi. 6.
Coronopus vulgaris &c. Park.
Coronopus, ſive *Cornus Cervinum vulgò, ſpica Plantaginis.* I. B.
Cornu Cervinum. Lob. Ger.
} *Eſt* Coronopus hortenſis.
Coſtus hortenſis &c. I. B. *Eſt* Balſamita major. 34. xxii. 3.
Coſtus minor, hortenſis. Geſn. *Eſt* Ageratum foliis ſerratis. 34. xxii. 4.
Cotula fœtida. Eyſt.
Cotyla alba. Dod. p.
} *Eſt* Chamæmelum fœtidum. 30. xx. 7.
Cotyledon altera I. *&c.* Cluſ. H. *Eſt* Sedum majus vulgare. 79. xliv. 1.
Cotyledon, Umbilicus Veneris. (20) 80. xliv. 5.
Cotyledon vera, radice tuberoſa. I. B. *Eſt* Cotyledon, Umbilicus Veneris.
Cotyledon alterum. Dioſc. Col.
Craſſula &c. Ger.
} *Eſt* Thelephium vulgare. 80. xliv. 6.
Craſſula major, Hiſpannica. Lob. Park. *Eſt* Thelephium latifolium, peregrinum. 80 xliv. 7.
Crater Jovis &c. Trag. *Eſt* Corona Solis. 29. xx. 2.
Criſta Galli fœmina. I. B. *Eſt* Pedicularis &c. 65. xxxvii. 3.
Criſta Galli mas. I. B. *Eſt* Pedicularis pratenſis, elatior majoribus foliis. M. H. 3. 426. 65.
Crithmum Marinum. (5) 17. xi. 5.
Crithmum, ſive *Fœniculum Marinum.* C. B. P.
Crithmum, & herba Sancti Petri. Dod. Gall.
} *Vid.* Crithmum Marinum.
Crocus ſativus. (31) 130. lxiii. 4.
Crocus Autumnalis ſativus floridus, & ſine flore. M. H.
Crocus hortenſe. Cam.
} *Vid.* Crocus ſativus.
Cruciata hirſuta. (11) 41. xxvi. 3.
Cruciata vulgaris, Par. Ger. *Vid.* Cruciata hirſuta.
Cucumis puniceus Cordi. M. H. *Eſt* Momomordica &c. 111. lv. 1.
Cucumis ſativus, vulgare. (27) 111. lv. 2.
Cucumis Aſininus. M. H.
Cucumis ſylveſtre. Dod.
Cucumis Eraticus &c. Geſn.
Cucumis agreſtis. Lugd. H.
} *Eſt* Elaterium Officinarum. 111. lv. 3.
Cucumis, Flos Paſſionis dictus, pentaphyllus, flore clavato. H. L. *Eſt* Granadilla &c. 114. lvi. 5.
Cucurbita lagenaria. (27) 113. lvi. 1.
Cucurbita latior. 113. lvi. 2.
Cucurbita major, ſeſſilis, flore albo. C. B. P. *Vid.* Cucurbita latior.
Cucurbita longior. 113. lvi. 3.
Cucurbita oblonga, flore albo, folio molli. C. B. P.

Cucur-

Cucurbita longa &c. J. B. } Vid. Cucurbita longior.
Cucurbita anguina. Ger.
Culcas Veſling. Eſt Colocaſia. 109. liv. 6.
Cumini ſativi alterum genus. Cæſ. Eſt Viſnaga. 14. ix. 5.
Cuminoides vulgaris. 143. xvii. 5.
Cuminum, ſive Ciminum ſativum. (5) 13. ix. 2.
Cuminum Officinarum. Dioſc. Vid. Cuminum ſativum.
Cuminum pratenſe, Carvi Officinarum. C. B. P. Eſt Carvi. 17. xii. 3.
Cuminum ſylveſtre, capitulis globoſis. C. B. P. }
Cuminum ſylveſtre, primum, valde odoratum, globoſum. J. B. } Eſt Cuminoides. 143. lxvii. 5.
Cuminum ſylveſtre erraticum. Tabern. }
Cyanus ſegetum, flore cæruleo. (11) 40. 144. xxv. 4.
Cyanus ſegetum vulgaris, minor, annuus. M. H. } Vid. Cyanus &c. prædictus.
Cyanus arvenſis. Eyſt. }
Cyclaminus folio rotundiore, vulgatior. (32) 137. lxv. 12.
Cyclamen Officinarum, orbiculato folio, Panis porcinus, & Arthanita. Lob. Vid. Cyclaminus &c. prædictus.
Cynogloſſum majus, vulgare. (15) 54. xxxii. 7.
Cynogloſſum Officinarum. Lon. Vid. Cynogloſſum prædict.
Cynoſorchis prior. Dod. p. } Eſt Orchis latifolia &c. 138. lxv. 13.
Cynoſorchis latifolia hiante cucullo major. C. B. P. }

D

Datura Turcarum. Eyſt. eſt Stramonia. 74. xli. 3.
Daucus ſativus. (6) 18. xii. 5.
Daucus vulgaris. 18. xii. 6.
Delphinium Platani folio &c. T. eſt Staphis agria. 84. xlv. 9.
Delphinium hortenſe, flore minore. (21) 84. xlv. 10.
Delphinium elatius ſimplici flore. Cluſ. Vid. Delphinium hortenſe &c.
Dens Caballinus. Cæſ. eſt Hyoſcyamus &c. 63. xxxvi. 2.
Dens Canis. (32) 135. lxiv. 8.
Dens Leonis latiore folio. (7) 24 xvii. 1.
Dens Leonis vulgaris. M. H. } Vid. Dens Leonis latiore folio.
Dens Leonis, ſive Urinaria. Adv. Lob. }
Dens Leonis, qui Piloſella Officinarum. T. eſt Piloſella, major, repens, hirſuta. 24. xvii. 2.
Dentaria, ſive Dentillaria Rondeletii, & Narbonenſium. Adv. Lob. eſt Plumbago. 22. xv. 4
Diapenſia &c. in I. B. eſt Sanicula Officinarum. 21. xiv. 6
Dictamno fortè affinis, arboreſcens Indica Lauri Americana foliis, ſive Ecbolium Zeylaneſium, foliis Lauri. Breyn. eſt Adhatoda. 147. lxviii. 3.
Dictamnus Creticus. (13) 49. xxx. 3.
Dictamnum verum. Dod. p. eſt Dictamnus Creticus.
Dictamnus albus. C. B. P. eſt Fraxinella &c. 83. xlv. 5.
Digitalis purpurea, folio aſpero. (16) 63. xxxv. 9.
Digitalis vulgaris. Park. } Vid. Digitalis purpurea &c.
Digitalis flore rubro. Eyſt. }
Digitalis minima Gratiola dicta. Eſt Gratiola. 63. xxxvi. 1.
Digitalis Orientalis, Seſamum dicta. T. eſt Seſamum &c. 86. xlvi. 7.
Dipſacus ſylveſtris, ſive Labrum Veneris. (10) 37. xxiii. 3.
Dipſacus ſylveſtris, aut Virga Paſtoris major. C. B. P. Vid. Dipſacus prædictus.
Dolichus &c. Dod. p. eſt Phaſeolus major. 93. xlix. 1.
Doria, quæ Jacobæa, Alpina, foliis longioribus ſerratis. Boerh. T. eſt Virga aurea anguſtifolia, ſerrata, ſive Solidago &c. 28. xix. 4.
Doronicum maximum, foliis caulem amplexantibus. (8) 28. xix. 6.
Doronicum, maximum, foliis Hyoſcyami Peruani inſtar caulem amplectentibus. I. B. } Vid. Doronicum maximum &c.
Doronicum VII. Auſtriacum III. Cluſ. H. }
Doronicum Plantaginis folio. 28 xix. 7.
Doronicum minus Officinarum. Ger. } Vid. Doronicum Plantaginis folio.
Doronicum VI. Pannonicum. Cluſ. }
Draco ſylveſtris. Eſt Ptarmica vulgaris &c. 31. xx. 10.
Draco herba. (10) 36. xxii. 10.
Dracone vulgo. Cæſ. Vid. Draco herba.
Dracunculus pratenſis, viridis &c. M. H. eſt Ptarmica vulgaris. 31 xx. 10.
Dracunculus hortenſis, ſive Trachon. I. B. eſt Draco herba. 36. xxii. 10.
Dracunculus polyphyllus. (26) 110. liv. 8.
Dracunculus majus, & vulgaris. I. B. } Vid. Dracunculus polyphyllus.
Dracuntium majus. Eyſt. }
Droſera, & Droſium &c. Cord. eſt Alchimilla vulgaris. 121. lix. 7.
Dryopteris nigra. Dod. p. eſt Adiantum nigrum Officinarum. 6. v. 1.
Dulcamara. Dod. p. eſt Solanum ſcandens &c. 107. liii. 5.

E

Ebulus, ſive Sambucus herbacea. (26) 108. liii. 9.
Ebulus laciniata. 108. liii. 10.
Echium vulgare. (15) 55. xxxii. 9.
Ecbolion, ſive Adhatoda Zeylon. Pluk. eſt Adhatoda. 147. lxviii. 3.
Elaphaboſcon Dioſc. Col. eſt Siſarum Germanorum. 15. x. 6.
Elaterium Officinarum. (27) 111. lv. 3.
Elæoſelinum. Dod. p. eſt Apium paluſtre &c. 17. xii. 2.
Elichryſum, ſeu Stœchas Citrina, anguſtifolia. (9) 33. xxi. 8.
Elichryſum montanum, flore rotundiori. 33. xxi. 9.
Enneaphyllon Plinii. Cæſ. eſt Helleborus niger fœtidus. 82. xlv. 1.
Enula Campana in J. B. eſt Helenium &c. 27. xix. 1.
Ephedra Maritima, minor. (30) 128. lxii. 11.
Ephemerum Virginianum, flore azureo, majori. (31) 133. lxiv. 4.
Ephemerum Phalangioides, tripetalon &c. M. H. Vid. Ephemerum &c. prædict.
Equiſetum paluſtre, longioribus ſetis. (30) 128. lxii. 9.
Equiſetum majus, aquaticum. J. B. Vid. Equiſetum paluſtre, longioribus ſetis.
Equiſetum paluſtre, brevioribus ſetis. 128. lxii. 10.
Equiſetum minus. Park. Vid. Equiſetum paluſtre, brevioribus ſetis.
Equiſetum polygonoides, bacciferum, minus. M. H. eſt Ephedera &c. 128. lxii. 11.
Erigerum minus. Dod. p. eſt Senecio minor, vulgaris. 32. xxi. 4.
Eruca ſativa. (23) 91. xlviii. 7.
Eruca latifolia, alba ſativa. Dioſc. C. B. P. } Vid. Eruca ſativa.
Eruca major, ſativa, annua, flore albo, ſtriata. I. B. }
Eruca Naſturtio cognata, tenuifolia. Lob. } eſt Reſeda lutea. 70. xxxix. 7.
Erucago Apula &c. Col. }
Ervum album ſativum. Fuchſ. eſt Lathyrus ſativus. 96. l. 2.
Ervum verum. (25) 98. l. 8.
Eryngium vulgare. (10) 38. xxiii. 4.
Eryngium campeſtre. Dod. p. } eſt Eryngium vulgare.
Eryngium Mediterraneum. Tur. }
Eryngium Maritimum. 38. xxiii. 5.
Eryſimum vulgare. (23) 91. xlviii. 6.
Eryſimum Tragi floſculis luteis, juxtà muros proveniens. I. B. eſt Eryſimum vulgare.
Eryſimum Theophraſti, folio hederaceo. C. B. P. eſt Fagopyrum. 119. lxviii. 7.
Eſula vulgaris, major. Trag. }
Eſula minor Officinarum. Lob. Schrod. } eſt Tithymalus foliis Pini &c. 71. xl. 2.
Eſula minor. Park. }
Eſula Officinarum. Cæſalp. eſt Tithymalus Cypariſſias. 71. xl. 3.
Eſula Indica, Bontii, ſive Euphorbio affinis Indica, Sedi folio. (19) 72. xl. 5.
Eupatorium veterum, ſive Agrimonia inodora, vel minus odora. M. H. } eſt Agrimonia Officinarum. 22. xv. 6.
Eupatorium Græcorum. Adv. }
Eupatorium cannabinum. (9) 32. xxi. 5.
Eupatorium cannabinum, vulgare, foliis profundè dentatis. M. H. } Vid. Eupatorium cannabinum.
Eupatorium adulterinum. I. B. }
Eupatorium Meſue Officinarum. Eſt Ageratum foliis ſerratis 34. xxii. 4.
Euphraſia Officinarum. (17) 65. xxxvii. 4.
Euphraſia vulgaris. Park. } eſt Euphraſia Officinarum.
Euphraſia ramoſa, pratenſis, flore albo. Eyſt. }
Euphorbio affinis Indica, Sedi folio. Eſt Eſula Indica Bontii &c. 72. xl. 5.
Euphorbium, quod Anteuphorbium. (19) 72. xl. 6.
Euphorbium verum Antiquorum, Scadida-calli. (19) 72. xl. 7.
Euphorbium Indicum Opuntiæ facie, caule geniculato, triangulari. Breyn. Vid. Euphorbium verum, antiquorum &c.
Euphorbium, Dod., ſive Euphorbium Officinarum. 73. xl. 8.
Euphorbium Cerei effigie, caulibus craſſioribus, ſpinis validioribus armatum. Breyn. Vid. Euphorbium. Dod. &c.

F

Faba. (24) 97. l. 5.
Faba major, Bona major. M. H. }
Faba ſativa. Lugd. } Vid. Faba.
Faba vulgaris. Fuch. }
Faba craſſa &c. I. B. } eſt Telephium vulgare. 80. xliv. 6.
Faba inverſa &c. Ger. }
Faba Suilla. Dioſc. eſt Hyſcyamus vulgaris. 64. xxxvi. 2.
Faba Ægyptia. Proſp. Alp. eſt Colocaſia. 109. liv. 6.
Fabago Belgarum, ſive Peplus Pariſienſium. 149. lxviii. 6.
Fagopyrum vulgare, erectum. (28) 118. lviii. 7.
Fagotricum. I. B. eſt Fagopyrum &c.
Favum Marinum. Donat. eſt Alcyonium &c. 2. i. 9.
Fegotricum. Dod. p. eſt Fagopyrum &c.
Ferrum equinum ſiliqua ſingulari. (25) 100 li. 4.
Ferrum equinum, vulgare ἀπλοκέρατον. Col. Vid. Ferrum equinum &c. prædict.
Ferula galbanifera. (6) 18. xiii. 1.
Ferula latiore folio. C. B. P. } Vid. Ferula galbanifera.
Ferulago. Dod. p. }
Filago, ſeu Impia. (9) 32. xxi. 7.
Filago minor. Dod. p. Vid. Filago, ſeu Impia.
Filicula, quæ Adiantum nigrum Officinarum, pinnulis obtuſioribus. T. eſt Adiantum nigrum Officinarum. 6. v. 1.
Filicula petræa Ruta facia. M. H. eſt Ruta muraria. 6. v. 3.
Filipendula vulgaris. (4) 10. viii. 1.
Filix non ramoſa, dentata. (3) 6. 140. v. 4.
Filix vulgo mas dicta, ſive non ramoſa dentata. I. B. } Vid. Filix non ramoſa dentata.
Filix mas vulgaris. Trag. Park. }
Filix fœmina. 140. lxv. 6.
Filix ramoſa, major, pinnulis obtuſis, non dentatis C. B. P. }
Filix major, & prior Trago, ſive ramoſa, repens. I. B. } Vid. Filix fœmina.
Filix ramoſa, repens, vulgatiſſima. M. H. }
Flammula recta. C. B. P. } eſt Clematitis, ſive Flammula ſurrecta &c. 11. viii. 5.
Flammula altera. Dod. p. }
Flos Ambervalis. Dod. p. eſt Polygala vulgaris. 147. lxviii. 2.
Flos Cuculi. Dod. p. eſt Cardamine &c. 150. lxviii. 9.
Flos Paſſionis &c. Monard. eſt Granadilla &c. 114. lvi. 5.
Flos S. Jacobi. Eſt Iacobæa vulgaris. 28. xix. 5.
Flos Solis. Dod. p. eſt Helianthemum &c. 148. lxviii. 4.
Flos Solis giganteus. Trag. eſt Corona Solis. 29. xx. 2.
Flos Trinitatis. Eſt Viola tricolor &c. 68. xxxviii. 4.
Fœniculum vulgare. (5) 13. ix. 1.

Fœniculum vulgare minus, acriori, & nigriori ſemine. J. B. | *Vid.* Fœniculum vulgare Italicum &c.
Fœniculum hortenſe Cæſ.
Fœniculum vulgare Italicum, ſemine oblongo, guſtu acuto. C. B. P.
Fœniculum Orientale, Cuminum dictum. *Eſt* Cuminum, *ſive* Ciminum. 13. IX. 2.
Fœniculum Alpinum, perenne, capillaceo folio, odore medicato. T. *Eſt* Meum vulgare &c. 14. IX. 4.
Fœniculum vulgare. (5) 13. IX. 1.
Fœnum Græcum, ſativum. (24) 94. XLIX. 6.
Fœnum Græcum ſylveſtre. Tabern. *Eſt* Galega vulgaris. 98. L. 6.
Fragaria vulgaris. (4) 9. VII. 3.
Fraga &c. Eyſt. *Vid.* Fragaria vulgaris.
Fraxinella, Officinis Dictamnus. 83. XLV. 5.
Frumentum Saracenicum. Lugd. *Eſt* Fagopyrum &c. 118. LVIII. 7.
Fucus folio rotundo. T. *Eſt* Opuntioides &c. 139. LXVI. 1.
Fucus Maritimus, *vel* Quercus martina, veſicula habens. 139. LXVI. 4.
Fumaria vulgaris. (21) 85. 148. XLVI. 2.
Fumaria Officinarum. C. B. P. | *Vid.* Fumaria vulgaris.
Fumus terræ. Brunf.
Fungi Cervini Boleti Officinarum. Cord. *Eſt* Tubera Cervina. 3. II. 5.
Fungus auricula Judæ, coloris ex cineraceo nigricantis, pernicioſus, in caudice Sambuci naſcens. J. B. | *Eſt* Agaricus auriculæ forma. 2. II. 2.
Fungus membranaceus, auriculam referens, ſive *Sambucinus.* C. B. P.
Fungus pernicioſorum, 1. *Genus.* Cluſ.
Fungus Sambucinus, ſive *Auricula Judæ.* Ger. Park.
Fungus lignoſus, aureus, ſive *Quercinus.* Sterbeec. | *Eſt* Agaricus Inthybaceus. 2. II. 3.
Fungus Quercinus. Schrod.
Fungus orbicularis. Dod. p. | *Eſt* Lycoperdon vulgare. 2. II. 4.
Fungus rotundus, orbicularis. C. B. P.
Fungus pulverulentus dictus Crepitus Lupi. J. B.
Fungorum noxiorum generis 26. Spec. III. Cluſ. H.
Fungus typhoides coccineus, Meliteнſis. (2) 3. II. 6.

G

GAlega vulgaris. (25) 98. L. 6.
Galega, ſive *Ruta Capraria.* Park. *Vid.* Galega vulgaris.
Galega nemorenſis, verna. J. B. *Eſt* Orobus Pannonicus. 98. L. 7.
Galeopſis procerior, fœtida, ſpicata. Tournef. | *Eſt* Stachys fœtida, ſepium flagellis reptatricibus. 44. XXVII. 4.
Galeopſis, ſive *Urtica iners, magna, fœtidiſſima.* J. B.
Galeopſis legitima, vel *vera Dioſcoridis.* Cluſ. H.
Galeopſis paluſtris, folio Betonicæ, flore variegato. T. | *Eſt* Stachys paluſtris &c. 44. XXVII. 5.
Galeopſis anguſtifolia, fœtida. J. B.
Galeopſis, ſive *Urtica iners, flore purpuraſcente, majore, folio non maculato.* J. B. *Eſt* Lamium non fœtens. 45. XXVIII. 4.
Gallitrichum ſativum. J. B. *Eſt* Horminum &c. 46. XXVIII. 8.
Gallium luteum. (11) 41. XXVI. 2.
Galium verum. J. B. *Vid.* Galium luteum.
Galium latifolium Cruciata quibuſdam &c. J. B. *Eſt* Cruciata hirſuta. 41. XXVI. 3.
Garſomon. Dod. p. *Eſt* Chenopodium fœtidum. 120. LIX. 2.
Gentiana major, lutea. (16) 57. XXXIII. 10.
Gentiana veterum &c. Cluſ. H. | *Vid.* Gentiana major, lutea.
Gentiana vulgaris major, Ellebori albi folio. J. B.
Geranium folio Malvæ rotundo. (19) 74. XLI. 4.
Geranium Columbinum. Tabern. *Vid.* Geranium folio Malvæ &c.
Geranium Robertianum. 74. XLI. 5.
Gerontopogon flore luteo. Geſn. *Eſt* Tragopogon pratenſe, luteum, majus. 25. XVII. 4.
Gerontopogon, ſive *Saſſifica Italorum.* Lugd. *Eſt* Tragopogon purpuro-cæruleum &c. 25. XVII. 5.
Gingiber Herbariis in Moriſ. *Eſt* Iris latifolia tuberoſa, Zingiber dicta. 131. LXIII. 10.
Gingidium umbella longa. C. B. P. *Eſt* Viſnaga. 14. IX. 5.
Gladiolus luteus. Fuch. *Eſt* Iris paluſtris lutea &c. 131. LXIII. 11.
Gladiolus fœtidus. C. B. P. *Eſt* Xyris &c. 132. LXIII. 12.
Gladiolus. *Dod. p.* 132. LXIII. 14.
Gladiolus floribus uno verſu diſpoſitis, major, & procerior, flore purpureo-rubente. C. B. P. | *Vid.* Gladiolus.
Gladiolus, ſive *Xiphion.* J. B.
Gladiolus Narbonenſis. Lob.
Glaſtum ſativum. Tur. &c. *Eſt* Iſatis ſativa. 88. XLVII. 1.
Glaux maritima. 146. LXVII. 11.
Glaux exigua, maritima. Ger. | *Vid.* Glaux maritima.
Glaux maritima, minor. Park.
Glycypicros, ſive *amara dulcis.* J. B. *Eſt* Solanum ſcandens &c. 107. LIII. 5.
Glycyrrhiza ſiliquoſa, *vel* Germanica. (25) 98. L. 9.
Glycyrrhiza vera, ſiliquoſa &c. M. H. | *Vid.* Glycyrrhiza ſiliquoſa &c.
Glycyrrhiza vulgaris. Dod. p.
Glycyrrhiza capite echinato. 99. L. 10.
Glycyrrhiza non repens Dioſc. echinata. J. B. | *Vid.* Glycyrrhiza capite echinato.
Glycyrrhiza vera Dioſc. Dod. p.
Gnaphalium vulgare majus. C. B. P. | *Eſt* Filago &c. 32. XXI. 7.
Gnaphalium, annuum, vulgare capitulis rotundis ſeſſilibus ad angulos floridum. M. H.
Gnaphalium Germanicum. J. B.
Gnaphalium Montanum, flore rotundiori. | *Eſt* Elichryſum Montanum. 33. XXI. 9.
Gnaphalium Montanum, ſive *Pes Cati.* Park.
Goſſypium herba ſemine albo. M. H. *Eſt* Xylon, *ſive* Goſſypium &c. 76. XLII. 3.
Gramen floridum, majus. Tabern. | *Eſt* Lychnis arvenſis, glabra, flore majore. 59. XXXIV. 7.
Gramen Leucanthemum. Lugd. Dod. p.
Gramen Leucanthemum alterum. Ger. | *Eſt* Lychnis arvenſis, glabra flore minore. 59. XXXIV. 8.
Gramen Fuchſii Leucanthemo affinis, & ſimilis herba. J. B.
Gramen floridum minus. Tabern.
Gramen Parnaſſi albo, flore ſimplici. C. B. P. *Eſt* Parnaſſia paluſtris &c. 67. XXXVIII. 2.
Gramen marinum mediterraneum majus, Statice quibuſdam. Park. | *Eſt* Statice. 144. LXVII. 6.
Gramen polyanthemum majus. Dod. p.
Granadilla pentaphyllos, flore cæruleo, magno. (27) 114. LVI. 5.
Gratiola. (7) 63. XXXVI. 1.
Gratiola centauroides. C. B. P. | *Vid.* Gratiola prædicta.
Gratiola flore albo, & Gratia Dei. Eyſt.
Guadum. Cæſ. *Eſt* Iſatis ſativa. 88. XLVII. 1.
Gummi Gutta, Gutta gamba, Ghitta Gemou, Gutta Gamandra. Lemer. | *Eſt* Eſula Indica Bontii &c. 72. XL. 5.
Gutta Gemau, Gummi Gotta, Ghitta Jemou, Gutta Gemau, Cattagauma, vel *Gemu, Gummi Peruvanum, S. de Peru, de Jemu, de Gemandra*: aliis *Succus Cambici*, vel *Cambrici.* Schrod.
Gypſum, quod Coralloides cognominari poteſt. Geſn. *Eſt* Corallium aſperum candicans adulterinum. 1. I. 4.

H

HAlicacabum vulgatius. Eyſt. *Eſt* Alkekengi Officinarum. 105. LIII. 1.
Harmala. (19) 74. XLI. 2.
Harmala Syriaca. Adv. | *Vid.* Harmala.
Harmela Conſtantinopolitana. Cæſ.
Haſtula Regia vulgò. *Eſt* Aſphodelus albus &c. 129. LXIII. 1.
Hedera terreſtris, vulgaris. (13) 47. XXIX. 5.
Hedera humilis &c. Lob. *Vid.* Hedera terreſtris &c.
Hedypnois &c. Fuchſ. *Eſt* Dens Leonis latiore folio. 24. XVII. 1.
Hedyſarum majus. Lugd. *Eſt* Securidaca &c. 100. LI. 3.
Helenium, *ſive* Enula campana. (8) 27. XIX. 1.
Helenium vulgare. C. B. P. *Vid.* Helenium, *ſive* Enula Campana.
Helenium Indicum maximum. C. B. P. *Eſt* Corona Solis. 29. XX. 2.
Helianthemum vulgare, flore luteo. 148. LXVIII. 4.
Heliotropium majus Dioſcoridis. (14) 54. XXXII. 6.
Helleborus albus flore ſubviridi. C. B. P. | *Eſt* Veratrum flore ſubviridi. 82. XLIV. 11.
Helleborus albus, flore herbaceo. Eyſt.
Helleborus, ſive *Veratrum album.* J. B.
Helleborus albus. Brunf.
Helleborus niger, fœtidus. (21) 82. XLV. 1.
Helleborus ſylveſtris, adulterinus etiam Hyeme virens. J. B. | *Vid.* Helleborus niger, fœtidus.
Helleborus niger ramoſus, anguſtifolius, ſemper elatior. M. H.
Helleboraſter maximus. Eyſt.
Helleborus niger, hortenſis flore viridi. 82. XLV. 2.
Helleborus niger, vulgaris, flore viridi, vel *herbaceo, radice diuturna.* J. B. | *Vid.* Helleborus niger, hortenſis flore viridi.
Helleborus niger flore viridi. Eyſt.
Helleborus niger, ramoſus, ſylveſtris, latiore folio deciduo. M. H.
Helleboraſter minor, flore viridante. Park.
Helleborus niger, flore roſeo. 82. XLV. 3.
Helleborus niger flore albo etiam interdum valde rubente. J. B. | *Vid.* Helleborus niger, flore roſeo.
Helleborus niger legitimus. Eyſt.
Helleborus nigrius verus. Ger.
Helleborus niger, flore magno. Geſn.
Helleborus niger, Saniculæ folio, major. C. B. P. *Eſt* Aſtrantia nigra major. 141. LXVI. 9.
Helſine. Matth. Caſt. Cam. &c. *Eſt* Parietaria Officinarum. 120. LIX. 6.
Hemorrhoidum herba dicta in M. H. *Eſt* Chelidonium minus. 7. VI. 1.
Hemionitis vulgaris. 139. LXVI. 5.
Hemionitis vera. Cluſ. H. | *Vid.* Hemionitis vulgaris.
Hemionitis major. Ger. Park.
Hepatica alba. Cord. *Eſt* Parnaſia &c. 67. XXXVIII. 2.
Hepatica trifolia, flore cæruleo. (4) 7. 140. VI. 2.
Hepatica nobilis &c. H. L. *Vid.* Hepatica trifolia &c.
Hepatica ſtellaris. I. B. *Eſt* Aſperula odorata &c. 41. XXVI. 4.
Herba Appolinaris. Cam. *Eſt* Hyoſcyamus vulgaris &c. 63. XXXV. 2.
Herba benedicta. Brunf. *Eſt* Caryophyllata vulgaris. 9. VII. 5.
Herba Cancri major &c. Lon. *Eſt* Heliotropium majus. 54. XXXII. 6.
Herba felix &c. Eyſt. *Eſt* Cataria major, vulgaris. 48. XXIX. 6.
Herba Impatiens &c. M. H. *Eſt* Balſamina fœmina. 87. XLVI. 10.
Herba Impia. Park. *Eſt* Filago. 32. XXI. 7.
Herba Judaica. Cæſ. *Eſt* Sideritis vulgaris. 47. XXIX. 4.
Herba Julia &c. I. B. *Eſt* Ageratum foliis ſerratis. 34. XXII. 4.
Herba Maxima. I. B. *Eſt* Corona Solis. 29. XX. 2.
Herba Paralyſis, vulgaris. Trag. *Eſt* Primula Veris &c. 56. XXXIII. 4. 5.
Herba Paris. (26) 109. LIV. 5.
Herba Sacra. Anguil. *Eſt* Verbena vulgaris. 52. XXXI. 10.
Herba Sacra. Cordi. *Eſt* Bugula vulgaris. 51. XXXI. 6.

Herba

Herba Sancta. Lob. / *Herba Sancta Crucis*. Caſt. } *Eſt* Nicotiana &c. 64. xxxv. 4. 5.
Herba S. Antonii, vulgò. *Eſt* Plumbago. 22. xv. 4.
Herba S. Jacobi. Fuchſ. *Eſt* Jacobæa vulgaris. 28. xix. 5.
Herba Stella &c. Dod. p. *Eſt* Coronopus hortenſis. 124. lxi. 6.
Herba Tauri, vel *Vaccæ*. *Eſt* Orobanchæ &c. 66. xxxvii. 6.
Hermodactylus folio quadrangulo. (31) 132. lxiii. 13.
Herniaria glabra. (29) 123. lx. 7.
Herniaria multigrana, *Serpilli-folia*. Adv. *Vid.* Herniaria glabra.
Heſperis hortenſis. (23) 92. xlviii. 10.
Heſperis Allium redolens. M. H. *Eſt* Alliaria. 93. xlviii. 11.
Hieracium murorum, folio piloſiſſimo. (7) 24. xvi. 5.
Hieracium latifolium, *hirſutum*, *folio unico cauli inſidente*. M. H. *Vid.* Hieracium murorum &c., *prædict.*
Hieracium latifolium, Genevenſe, foliis Conyzæ majoris, Monſpeſſulanæ. 24. xvi. 6.
Hieracium Alpinum aſperum Conyzæ facie. / *Hieracium latifolium*, *Montanum*, *folio Conyzæ Monſpeſſulanæ majori*, *flore luteo*. } *Vid.* Hieracium latifolium Genevenſe &c.
Hierobotana mas. Brunf. *Eſt* Verbena vulgaris. 52. xxxi. 10.
Hippia minor. Cord. *Eſt* Alſine vulgaris. 58. xxxiv. 3.
Hippogloſſum Laurotaxa. (26) 104. lii. 6.
Hippogloſſum, & *Biſlingua*. Park. / *Hippogloſſon*. Col. } *Vid.* Hippogloſſum Laurotaxa.
Hippolapathum maximum, ſeu *Rha Ponticum Tracicum*, vel *Rha barbarum verum*. Park. *Eſt* Rhabarbarum rotundifolium &c. 115. lvii. 1.
Hippolapathum rotundifolium, *montanum*. C. B. P. / *Hippolapathum rotundifolium*, & *Pſeudo-Rha recentiorum*. Adv. / *Hippolapathum*, ſive *Rhabarbarum Monachorum*. Dod. p. } *Eſt* Lapathum folio rotundo, Alpinum. 116. lvii. 2.
Hippolapathum ſylveſtre. Matth. *Eſt* Lapathum hortenſe, folio oblongo &c. 116. lvii. 5.
Hippoſelinum Theophraſti, vel *Smyrnium Dioſc.* *Eſt* Smyrnium majus. 15. x. 5.
Hippuris major. Dod. p. *Eſt* Equiſetum paluſtre longioribus ſetis. 128. lxii. 9.
Hippuris minor, *congener cum majori Equiſeto*. Lob. Obſ. *Eſt* Ephedra maritima minor. 128. lxii. 11.
Hirciſpina. Dod. p. *Eſt* Tragacantha. 101. li. 9.
Holoſtium Caryophylleum. Tabern. *Eſt* Myoſotis arvenſis hirſuta &c. 59. xxxiv. 6.
Holoſtium, *Dioſcoridis*, vel ἐλοστιον *AEginetæ*. Adv. Lob. / *Holoſtium*. Ruellii. } *Eſt* Lychnis arvenſis, glabra, flore majore. 59. xxxv. 7.
Holoſtii Ruellii diverſitas. Lob. *Eſt* Lychnis arvenſis, glabra, flore minore. 59. xxxiv. 8.
Holoſteum ſtrictiſſimo folio, major. (29) 124. lxi. 5.
Horminum Sclarea dictum. (13) 46. xxviii. 8.
Horminum ſylveſtre. I. Cluſ. H. / *Horminum hortenſe*. Eyſt. / *Horminum ſativum*, *vulgare &c.* M. H. } *Vid.* Horminum Sclarea dictum.
Hyacinthus Anglicus, *ſive* Belgicus. (31) 129. lxiii. 2.
Hyacinthus oblongo flore, *cæruleus*, *major*. C. B. P. / *Hyacinthus non ſcriptus*, ſeu *Dioſcoridis Dod. p.* Lugd. } *Vid.* Hyacinthus Anglicus &c.
Hydrolapathum majus. Lugd. *Eſt* Lapathum aquaticum, folio cubitali. 117. lvii. 7.
Hydropiperi. (28) 118. lviii. 5.
Hyoſcyamus vulgaris, *vel* niger. (17) 63. xxxvi. 2.
Hyoſcyamus albus. 64. xxxvi. 3.
Hyoſcyamus Peruvianus. Dod. p. *Eſt* Nicotiana &c. 64. xxxvi. 4. 5.
Hypericum vulgare. (18) 67. xxxviii. 1.
Hypericum Officinarum. Boerh. *Vid.* Hypericum vulgare.
Hyſſopus vulgaris. (13) 45. xxviii. 6.
Hyſſopus Officinarum &c. C. B. P. / *Hyſſopus Arabum*. Adv. Lob. Ger. / *Hyſſopus vulgaris anguſtifolius &c.* I. B. } *Vid.* Hyſſopus vulgaris.

I

Jacea nigra, pratenſis. (11) 39. xxiv. 5.
Jacea nigra vulgaris, *capitata*, & *ſquamata*. / *Jacea nigra*, *flore purpureo*. } *Vid.* Jacea nigra, pratenſis.
Jacea tricolor. *Eſt* Viola tricolor. 68. xxxviii. 4.
Jacea nemorenſis, *quæ Serratula vulgò*. T. *Eſt* Serratula. 144. lxvii. 8.
Jacobæa vulgaris. (8) 28. xix. 5.
Jacobæa Alpina, *foliis longioribus*, & *ſerratis*. *Eſt* Virga aurea, anguſtifolia, ſerrata &c. 28. xix. 4.
Jajama, in M. H. *Eſt* Ananas. 114. lvi. 6.
Jalapa Officinarum, fructu rugoſo. (6) 22. 142. xv. 5.
Jaſminum Mexicanum, ſive *Flos Mexicanus mutiis*. I. B. / *Jaſminum Indicum*, ſive *Flos Mirabilis Peruvianus*. Eyſt. } *Eſt* Jalapa &c.
Iberis Fuchſii, ſive *Naſturtium pratenſe*, *ſylveſtre*. I. B. *Eſt* Cardamine &c. 150. lxviii. 9.
Ibiſcus. Dod. *Eſt* Althæa &c. 75. xlii. 1.
Jeticucu, ſive *Radix Mechoacan*. Marcgr. *Eſt* Convolvulus Americanus &c. 69. xxxix. 1.
Illecebra major. Lob. *Eſt* Sedum minus teretifolium, album. 80. xliv. 2.
Illecebra minor, *acris*. Ger. *Eſt* Sedum parvum, acre, flore luteo. 80. xliv. 4.
Imperatoria major. (5) 15. x. 4.
Imperatoria, ſeu *Aſtrantia vulgaris*. *Eſt* Imperatoria major.
Imperatoria nigra. Tabern. *Eſt* Aſtrantia nigra, major. 141. lxvi. 6.
Indigo, ſeu *Indica &c.* in M. H. *Eſt* Nil &c. 102. li. 12.
Inguinaria in M. H. *Eſt* Aſter Atticus. 27. xix. 2.
Intybus ſativa, anguſtifolia. (8) 26. xviii. 1.
Intybus Endivia minor, *anguſtifolia*. Park. / *Intybum anguſtifolium Scariola aliquibus* Geſn. / *Intybum ſylveſtre*. Ger. } *Eſt* Intybus ſativa, anguſtifolia.
Intybus ſativa, latifolia, *ſive* Endivia vulgaris. 26. xviii. 2.
Intybus major ſativa, ſive *Cichorium domeſticum*. Taber. / *Intybum ſativum*, *latifolium*. I. B. } *Vid.* Intybus ſativa, latifolia &c.
Intybus criſpa. 26. xviii. 3.
Intybus, ſive *Endivia erecta*, *lutea Napifolia &c.* M. H. *Eſt* Lampſana. 26. xviii. 4.
Intybum erraticum. Plin. *Eſt* Cichorium ſylveſtre &c. 26. xviii. 6.
Ipecacoancha. (26) 104. lii. 4.
Irio, ſive *Eryſimum*. Dod. p. / *Irio*, ſeu *Irionis*. Galen. } *Eſt* Eryſimum vulgare. 91. xlviii. 6.
Iris vulgaris, Germanica, *ſive* ſylveſtris. (31) 130. lxiii. 8.
Iris cærulea. Dod. p. / *Iris latifolia*, *major*, *vulgaris*. } *Vid.* Iris vulgaris &c.
Iris alba, Florentina. 131. lxiii. 9.
Irios Officinarum. Dod. Gall. / *Iris major*, *alba Illyrica vulgò potius Florentina*. Cam. / *Iris latifolia major alba*. Cluſ. H. } *Vid.* Iris alba, Florentina.
Iris latifolia, tuberoſa, Zingiber dicta. 131. lxiii. 10.
Iris paluſtris, lutea, *ſive* Acorus adulterinus. 131. lxiii. 11.
Iris agria. Theoph. *Eſt* Xyris &c. 132. lxiii. 12.
Iris tuberoſa folio anguloſo. C. B. P. / *Iris tuberoſa Belgarum*, & *ſecundum Aldrovandum Lonchitis prima Dioſcoridis*. Lob. / *Iris tuberoſa*, *flore obſcure viridi colore*. Swert. } *Eſt* Hermodactylus &c. 132. lxiii. 13.
Iſatis ſativa. (22) 88. xlvii. 1.
Iva Arthritica &c. Schrod. *Eſt* Chamæpitis &c. 51. xxxi. 3.
Juncus floridus, *major*. C. B. P. / *Juncus cyperoides paludoſus*. Eyſt. } *Eſt* Butomus. 148. lxviii. 5.

K

Kali majus, cochleato ſemine. (28) 121. lix. 9.
Kali magnum. Pen. Lugd. *Vid.* Kali majus, cochleato ſemine.
Kali geniculatum, *majus*. C. B. P. *Eſt* Salicornia. 121. lix. 10.
Kapa-tsjakka. H. Malab. *Eſt* Ananas. 114. lvi. 6.
Keiri, vel *Cheiri*. Geſn. *Eſt* Leucojum luteum vulgare. 92. xlviii. 9.
Keratophyton arboreum, *nigrum*. Boerh. *Eſt* Corallium nigrum. 1. I. 3.

L

Labrum Veneris. *Eſt* Dipſacus ſylveſtris. 37. xxiii. 3.
Lactuca ſativa. (7) 23. xvi. 1.
Lactuca ſativa, *vulgaris*, *non capitata*. J. B. / *Lactuca ſativa*, *folio Scariolæ*. Lob. Adv. } *Vid.* Lactuca ſativa.
Lactuca ſylveſtris, odore viroſo. 23. xvi. 2.
Lactuca agreſtis, *Scariolæ hortenſis folio &c.* Lob. / *Lactuca ſylveſtris*, *Opii odore*, *vehementi ſoporifero*, & *viroſo*. M. H. } *Vid.* Lactuca ſylveſtris, odore viroſo.
Lamium maximum, *ſylvaticum*, *fœtidum*. C. B. P. *Eſt* Stachys fœtida, ſepium flagellis reptatricibus. 44. xxvii. 4.
Lamium purpureum, *vel* album, non fœtens, folio oblongo. (13) 45. xxviii. 4.
Lamium album vulgare, ſive *Archangelica*. Park. *Eſt* Lamium &c. non fœtens, folio oblongo.
Lampſana. (8) 26. xviii. 4.
Lapathum præſtantiſſimum, *Rhabarbarum Officinarum dictum*. M. H. *Eſt* Rhabarbarum rotundifolium, verum. 115. lvii. 1.
Lapathum folio rotundo, Alpinum. (28) 116. lvii. 2.
Lapathum hortenſe, *rotundifolium*, ſive *Montanum*. C. B. P. *Vid.* Lapathum folio rotundo, Alpinum.
Lapathum acutum, *ſive* Oxilapathum. 116. lvii. 3.
Lapathum folio acuto plano. C. B. P. / *Lapathum ſylveſtre*, ſive *Oxylapathum*. Dod. p. } *Vid.* Lapathum acutum, *ſive* Oxilapathum.
Lapathum acutum folio rubente. 116. lvii. 4.
Lapathum ſanguineum, ſive *Sanguinis Draconis*, *Herba*. J. B. / *Lapathum rubens*. Dod. p. / *Lapathum rubrum*. Cam. } *Vid.* Lapathum folio rubente.
Lapathum hortenſe, folio oblongo, *ſive* ſecundum Dioſcoridis. 116. lvii. 5.
Lapathum ſativum, *Lapas*. J. B. *Vid.* Lapathum hortenſe, folio oblongo &c.
Lapathum hortenſe, latifolium. 117. lvii. 9
Lapathum majus, ſive *Rhabarbarum Monachorum*. J. B. *Vid.* Lapathum hortenſe, latifolium.
Lapathum aquaticum, folio cubitali. 117. lvii. 7
Lapathum maximum, *aquaticum*, ſive *Hydrolapathum*. J. B. / *Lapathum ſativum*. Dod. p. / *Lapathum paluſtre*. Tabern. } *Vid.* Lapathum aquaticum, folio cubitali.
Lapathum unctuoſum, *folio triangulo &c.* C. B. P. *Eſt* Bonus Henricus. 119. lviii. 10.
Lapathum hortenſe, ſeu *Spinacia ſemine ſpinoſo*. C. B. P. *Eſt* Spinachia. &c. 126. lxii. 1.
Lappa minor &c. C. B. P. *Eſt* Xanthium &c. 125. lxi. 10.

Lappa major, Arctium Dioſcoridis. (11) 40. xxv. 5.
Lappago &c. Plin. *Eſt* Aparine vulgaris. 42. xxvi. 5.
Laſerpitium Germanicum vulgare. *Eſt* Ligiſticum vulgare. 14. x. 2.
Lathyris major. C. B. P. *Eſt* Tithymalus latifolius, Cataputia dictus, 72. xl. 4.
Lathyrus ſativus. (24) 96. l. 2.
Lathyrus anguloſo ſemine. J. B.
Lathyrus, ſive *Cicercula*. Dod. p.
Lathyrus ſylveſtris &c. M. H.
Lathyrus anguſtifolius &c. Ger. } *Vid.* Latyrus ſativus.
Lavandula latifolia. (12) 43. xxvii. 1.
Lavandula anguſtifolia. 43. xxvii. 2.
Lavendula &c. Park. *Vid.* Lavandula &c.
Laurus Alexandrina, fructu pediculo inſidente. C. B. P.
Laurus Alexandrina, folio medio lingulæ inſidente. M. H. } *Eſt* Hippogloſſum, Laurotaxa. 104. lii. 6.
Laurus Alexandrina. (26) 104. lii. 7.
Laurus Alexandrina, fructu folio inſidente. C. B. P.
Laurus Alexandrina, Chamædaphne. Col. } *Eſt* Laurus Alexandrinus prædictus.
Lens paluſtris. (2) 4. iii. 6.
Lens vulgaris. (24) 97. l. 4.
Lens vulgaris, ſive *agreſtis*, & *Lenticula primum genus*. Trag. *Vid.* Lens vulgaris.
Lenticula paluſtris, vulgaris. C. B. P. *Eſt* Lens paluſtris. 4. iii. 6.
Leontopetalon. (16) 58. xxxiv. 2.
Leontopodium, Brunf. *Eſt* Alchimilla vulgaris. 121. lix. 7.
Lepidium Dentillaria dictum. C. B. P. *Eſt* Plumbago. 22. xv. 4.
Lepidium Plinii. (23) 89. xlvii. 9.
Lepidium latifolium, ſerratum. M. H.
Lepidium Pauli, & Plinii. Cæſ. } *Vid.* Lepidium Plinii.
Leucacantha. Lac. *Eſt* Carduus Marianus. 38. xxiv. 1.
Leucanthemum. Dioſc. *Eſt* Chamæmelum &c. 30. xx. 6. 7.
Leucographus. Plin. *Eſt* Carduus Marianus. 38. xxiv. 1.
Leucojum lunatum &c. M. H. *Eſt* Lunaria major &c. 88. xlvii. 2. 3.
Leucojum luteum, vulgare. (23) 92. xlviii. 9.
Leuconymphæa. Boerh. *Eſt* Nymphæa alba. 78. xliii. 5.
Leviſticum vulgare. Dod. p. *Eſt* Liguſticum vulgare &c. 14. x. 2.
Lichen arboreus, *ſeu* Pulmonaria arborea. (2) 4. iii. 4.
Lichen, *ſeu* Hepatica fontana. 4. iii. 5.
Lichen petræus latifolius, ſive *Hepatica fontana*. C. B. P.
Lichen primus. Lob. } *Vid.* Lichen, *ſeu* Hepatica fontana.
Lichen Marinus. Cluſ. *Eſt* Opuntioides &c. 139. lxvi. 1.
Liguſticum, quod Seſeli Officinarum. C. B. P. *Eſt* Seſeli &c. 14. x. 1.
Liguſticum vulgare, foliis Apii. (5) 14. x. 2.
Liguſticum vulgare; *an Libanotis fertilis Theophraſti*? C. B. P. *Eſt* Liguſticum vulgare &c.
Lilium album, vulgare. (32) 134. lxiv. 6.
Lilium convallium. (26) 105. lii. 9.
Limodorum &c. Dod. p. *Eſt* Orobanche &c. 66. xxxvii. 6.
Limonium ſylveſtre. Trag. *Eſt* Pyrola rotundifolia, major. 76. xlii. 5.
Limonium Maritimum, majus. 142. lxvi. 11.
Limonium majus, multis; *aliis Been rubrum*. J. B. *Vid.* Limonium Maritimum, majus.
Limonium majus, flore globoſo. M. H. *Eſt* Statice. 144. lxvii. 6.
Linaria vulgaris, lutea, flore majore. (17) 64. xxxvi. 6.
Lingua Cervina Officinarum. (3) 4. iv. 1.
Lingua Serpentina. Cæſ. *Vid.* Ophiogloſſum &c. 6. v. 6.
Linum ſativum. (20) 78. xliii. 8.
Linum annuum, cæruleum, ſativum. M. H.
Linum vulgare cæruleum. Ad. Lob. } *Vid.* Linum ſativum.
Linum pratenſe, floribus exiguis. 79. xliii. 9.
Linum ſylveſtre perpuſillum candicantibus floribus. Cam.
Linum ſylveſtre catharticum. Ger. } *Vid.* Linum pratenſe &c.
Lithophyton nigrum, arboreum. T. *Eſt* Corallium nigrum &c. 1. i. 3.
Liza herba vulgò. *Eſt* Millefolium Alpinum &c. 143. lxvii. 4.
Locuſta herba. J. B. *Eſt* Valerianella &c. 142. lxvi. 10.
Loto affinis, Vulneraria pratenſis. C. B. P. *Eſt* Vulneraria ruſtica. 99. li. 1.
Lotus hortenſis, odora. C. B. P.
Lotus ſativa, odorata, annua, flore cæruleo. J. B.
Lotus urbana. Eyſt. } *Eſt* Melilotus major, odorata violacea. 94. xlix. 3.
Lotus, *ſive* Melilotus pentaphyllos, minor, glabra. (24) 95. xlix. 8.
Lotus corniculata, glabra, minor. J. B.
Lotus κολυκέρατος lutea, minor, foliis, & ſiliquis glabris brevioribus, & craſſioribus. M. H.
Lotus ſativa. Lugd. } *Vid.* Lotus, *ſive* Melilotus pentaphyllos &c.
Lunaria racemoſa, minor, & vulgaris. C. B. P.
Lunaria petrea, Taura paſtoribus, quòd Vaccæ hac deguſtata, Taurum requirant. Geſn.
Lunaria botritis. J. B.
Lunaria racemoſa. Adv. Lob.
Lunaria minor. Matth. } *Eſt* Oſmunda &c. 6. v. 6.
Lunaria major, ſiliqua rotundiore. (22) 88. xlvii. 2.
Lunaria major, ſiliqua longiore. 88. xlvii. 3.
Lunaria Græca. Cæſ. Lob. *Eſt* Lunaria major &c. prædicta.
Lunaria minor. Caſt. *Eſt* Ferrum Equinum &c. 100. li. 4.
Lupinus ſativus, flore albo. (25) 100. li. 2.
Lupinus vulgaris &c. M. H. J. B. Eyſt. *Vid.* Lupinus ſativus.
Lupulus mas. (30) 126. lxii. 2.
Lupulus ſalictarius. Fuchſ. Geſn. &c. *Vid.* Lupulus mas.
Luteola herba Salicis folio. (18) 70. xxxix. 8.
Luteum herba. Dod. p.
Lutea vulgaris. Park.
Lutea quibuſdam Plinii. J. B. } *Eſt* Luteola &c. prædicta.
Lychnis ſylveſtris, quæ Saponaria vulgò. *Eſt* Saponaria vulgaris. 58. xxxiv. 4.
Lychnis caulibus ad genicula foliolis. M. H. *Eſt* Myoſotis arvenſis, ſubhirſuta, flore majore. 59. xxxiv. 6.
Lychnis arvenſis, glabra, flore majore. (16) 59. xxxiv. 7.
Lychnis arvenſis, glabra, flore minore. 59. xxxiv. 8.
Lycoperdon vulgare. (2) 2. ii. 4.
Lycoperſicum Galeni. (26) 107. liii. 8.
Lycopodium. Tabern. *Eſt* Muſcus ſquamoſus, vulgaris, repens, clavatus. 3. iii. 1.
Lycopſis. Cord. *Eſt* Echium vulgare. 55. xxxii. 9.
Lycopus. Ruel. *Eſt* Cardiaca. 50. xxx. 8.
Lyſimachia galericulata, adulterina. *Eſt* Stachys paluſtris, fœtida. 44. xxvii. 5.
Lyſimachia humifuſa, folio rotundiore, flore luteo. T. *Eſt* Nummularia lutea, major. 57. xxxiii. 8.
Lyſimachia ſpicata, purpurea, foliis oblongis.
Lyſimachia altera. Dod. p.
Lyſimachia purpurea, communis, major. } *Eſt* Salicaria vulgaris. 61. xxxv. 1.
Lyſimachia cærulea, galericulata, vel *Gratiola cærulea*. C. B. P. *Eſt* Caſſida paluſtris &c. 145. lxvii. 10.
Lythoſpermum majus erectum. (14) 54. xxxii. 5.
Lythoſpermum, ſive *Milium Solis*. J. B.
Lythoſpermum legitimum. Cluſ.
Lythoſpermum erectum, vulgare, majus, flore ochroleuco. M. H.
Lythoſpermum, minus. Dod. p. } *Vid.* Lythoſpermum majus erectum.

M

Macerone quibuſdam; *Smyrnium ſemine magno, nigro*. J. B. *Eſt* Smyrnium majus. 15. x. 5.
Madrepora vulgaris. T. *Eſt* Corallum album Officinarum oculatum. (1) 1. i. 2.
Magiſtrantia. Cam. *Eſt* Imperatoria major. 15. x. 4.
Majorana vulgaris. (13) 49. xxx. 2.
Majorana, ſive *Marum*. Dod. p.
Majorana vulgaris, æſtiva. Park.
Majorana majori folio ex ſemine nata. J. B. } *Vid.* Majorana vulgaris.
Majorana Syriaca, vel *Cretica*. C. B. P. *Eſt* Marum Syriacum &c.
Mala aurea odore fœtido &c J. B. *Eſt* Lycoperſicon &c. 50. xxxi. 2.
Malva vulgaris, flore minore, folio rotundo. 107. liii. 8.
Malva ſylveſtris, folio rotundo. C. B. P. (19) 75. xli. 6.
Malva ſylveſtris, pumila. Dod. p.
Malva ſylveſtris, perennis, procumbens, flore minore albo, folio rotundo. M. H. } *Vid.* Malva vulgaris &c.
Malva roſea, folio ſubrotundo, flore ſimplici, & flore pleno. 75. xli. 7. 8.
Malva roſea, fruticoſa. Lob.
Malva Romana; *hortenſis*. Trag. Geſn. Dod. p.
Malva ſativa Antiquorum, quæ cultu arboreſcit. Theoph.
Malope. Plinii. } *Vid.* Malva roſea, folio ſubrotundo.
Malva ſylveſtris, vel *paluſtris &c.* M. H. *Eſt* Althæa &c. 75. xlii. 1.
Malva Verbenaca. Ger. *Eſt* Alcea vulgaris. 76. xlii. 2.
Mandragora mas. (26) 108. liv. 1.
Mandragora fructu rotundo. C. B. P.
Mandragoras. Dod. p. } *Vid.* Mandragora mas.
Mandragora fœmina. 108. liv. 2.
Mandragora flore ſubcæruleo purpuraſcente. C. B. P. *Vid.* Mandragora fœmina.
Marmoracia in M. H. *Eſt* Acanthus ſativus. 66. xxxvii. 5.
Maracoc, & *Maraconon*. Marcgr.
Maracuja. I. Piſon. } *Eſt* Granadilla &c. 114. lvi. 5.
Marrubium album, vulgare. (3) 45. xxviii. 3.
Marrubium nigrum, fœtidum &c. C. B. P. *Eſt* Ballote. 48. xxix. 7.
Marum peregrinum. Eyſt.
Marum vulgare, ſive *Clinopodium*. Dod. p.
Marum verum &c. Lugd. } *Eſt* Maſtichina. 45. xxviii. 2.
Marum Syriacum, *vel* Creticum. (14) 50. xxxi. 2.
Marum Cortuſi. J. B. *Vid.* Marum Syriacum &c.
Maſtichina. (12) 45. xxviii. 2.
Mater Herbarum &c. Lob. *Eſt* Artemiſia vulgaris. 36. xxii. 8.
Matricaria vulgaris, *vel* ſativa. (9) 30. xx. 8.
Matricaria, vulgò minus Parthenium. J. B. *Eſt* Matricaria &c.
Matzali, ſeu *Pinea Indica*. Hernand. *Eſt* Ananas. 114. lvi. 6.
Mechoacan &c. Marcgr. *Eſt* Convolvulus Americanus &c. 69. xxxix. 1.
Melampyrum Plinii, quorumdam. Cluſ. *Eſt* Been album Officinarum. 59. xxxiv. 5.
Melanthium &c. J. B. Dod. p. &c. *Eſt* Nigella &c. 78. xliii. 6. 7.
Melilotus Officinarum, Germaniæ. (24) 93. xlix. 2.
Melilotus fruticoſa in M. H.
Melilotus major. Trag. } *Vid.* Melilotus Officinarum &c.
Melilotus major, odorata, violacea. 94. xlix. 3.
Melilotus ſingularis Alpin. Pon. *Vid.* Melilotus major, odorata, violacea.
Meliſſa hortenſis. (13) 47. xxix. 1.
Meliſſa vulgaris, odore Citri. J. B.
Meliſſa Officinarum. Eyſt.
Meliſſa domeſtica. Trag.
Meliſſophyllum in M. H. } *Vid.* Meliſſa hortenſis.
Meliſſa Conſtantinopolitana. Cam. *Eſt* Molucca. 145. lxvii. 9.
Melo vulgaris. (27) 112. lv. 4.

Melo-

Melo-pepo vulgò Cucumis Galeni. Dod. p. *Vid.* Melo vulgaris.
Melo aqueus, Gallis. *Eſt* Anguria &c. 112. lv. 6.
Mentha hortenſis, corymbifera. C. B. P.
Mentha Saracenica Sanctæ Mariæ. Cæſ.
Mentha corymbifera, ſive *Coſtus hortenſis*. I. B. } *Eſt* Balſamita major. 34. xxii. 3.
Mentha Cataria, vulgaris, & major. C. B. P.
Mentha felina, Nepeta. Tragi. } *Eſt* Cataria. 48. xxix. 6.
Mentha rotundifolia, criſpa, ſpicata. (14) 52. 146. xxxi. 7.
Mentha altera. Dod. p.
Mentha cruciata, ſive *Criſpa*. Ger. } *Vid.* Mentha rotundifolia criſpa &c.
Mentha hortenſis, verticillata, Ocymi odore. 52. 146. xxxi. 8.
Mentha ſativa. Dod. p.
Mentha Cardiaca. Cam.
Mentha verticillata, minor, acuta non criſpa &c. I. B. } *Vid.* Mentha hortenſis, verticillata &c.
Menyanthes paluſtre, latifolium. Tournef. *Eſt* Trifolium fibrinum. 58. xxxiv. 2.
Mercurialis mas. (30) 128. lxii. 7.
Mercurialis teſticulata &c., ſive *Mas*. *Dioſc.*, & *Plin.* C. B. P.
Mercurialis fructum ferens. Cæſ. } *Vid.* Mercurialis Mas.
Mercurialis fœmina. 128. lxii. 8.
Mercurialis ſpicata, ſive *fœmina Dioſc.*, & *Plinii*. C. B. P.
Mercurialis florens. Cæſ. } *Vid.* Mercurialis fœmina.
Meum vulgare tenuifolium. (5) 14. ix. 4.
Meum foliis Anethi, & vulgare, ſive *radix Urſina*. I. B. *Vid.* Meum vulgare &c.
Milium Solis &c. I. B. *Eſt* Lythoſpermum majus. 54. xxxii. 5.
Millefolium vulgare, album. (9) 31. xxi. 1.
Millefolium, ſtratiotes pennatum, terreſtre. I. B.
Millefolium, ſive *Achillæa*. Dod. p. } *Vid.* Millefolium vulgare album.
Millefolium Alpinum læve, ampliore flore. 143. lxvii. 4.
Millefolio Alpino affinis, quibuſdam Iva moſchata. I. B. *Vid.* Millefolium Alpinum læve &c.
Mirabile Peruvianum. *Eſt* Jalapa &c. 22. xv. 5.
Mocus, ſive *Cicer ſativus*. Dod. p. *Eſt* Ervum verum. 98. l. 8.
Molybdæna Plinii. Ang. *Eſt* Plumbago. 22. xv. 5.
Molucca. 145. lxvii. 9.
Molucca levis. Dod. p.
Molucca Syriaca levis. M. H.
Moluccha. I. Cæſ. } *Vid.* Molucca *prædicta*.
Moly latifolium, luteum, odore Allii primum. (32) 137. lxv. 10.
Moly Montanum, latifolium flore flavo. Cluſ. Ap.
Moly luteum perperam Ornithogalum, multiflorum Botanicorum. Lob. } *Vid.* Moly latifolium, luteum &c.
Moly latifolium, flavo flore, foliis contortis. 137. lxv. 11.
Moly latifolium, luteum, odore Allii ſecundum. C. B. P. *Eſt* Moly latifolium, flavo flore &c.
Momordica vulgaris. (27) 111. lv. 1.
Morſus Diaboli. Trag. *Eſt* Succiſa. 37. xii. 2.
Moſchatellina foliis Fumariæ bulboſæ, de qua Cordus. (26) 109. liv. 4.
Muſchatella. Thal. *Vid.* Moſchatellina &c. *prædicta*.
Muſcus Marinus, aut *Maritimus*. C. B. P. *Eſt* Corallina Officinarum. ( ) 1. l. 7.
Muſcus ſquamoſus, vulgaris, repens, clavatus. (2) 3. iii. 1.
Muſcus terreſtris, repens, à Trago pictus. I. B.
Muſcus terreſtris, clavatus. C. B. P.
Muſcus terreſtris. 2. Dal. H. L.
Muſcus clavatus, ſive *Lycopodium*. Ger. } *Vid.* Muſcus, ſquamoſus, vulgaris &c. *prædictus*.
Muſcus terreſtris ramoſus, pulcher.
Muſcus ſquamoſus, montanus, repens, Sabinæ folio. T. *Vid.* Muſcus terreſtris, ramoſus, pulcher.
Muſcus Quernus.
Muſcus arboreus villoſus. I. B.
Muſcus arboreus. Trag.
Muſcus arboreus, Uſnea Officinarum. I. C. B. P.
Muſcus vulgaris, & Quercinus. Park.
Muſco fungus arboreus, vulgaris, comoſus, cinereus. M. H. } *Vid.* Muſcus Quernus.
Muſco fungus arboreus platyphyllos ramoſus, è viridi fuſcus. M. H.
Muſcus pulmonarius. C. B. P. } *Eſt* Lichen arboreus, *ſeu* Pulmonaria arborea. 4. iii. 4.
Myoſotis arvenſis, ſubhirſuta, flore majore. (16) 59. xxxiv. 6.
Myoſurus. (29) 125. lxi. 9.
Myrrhis. (6) 20. xiv. 3.
Myrrhis magno ſemine longo ſulcato. I. B.
Myrrhis major, vel *Cicutaria odorata*. C. B. P.
Myrrhis major vulgaris, vel *Cerefolium majus*. Park.
Myrrhis perennis ſemine ſulcato, ſtriato, alba, major, odorata. M. U. } *Eſt* Myrrhis *prædicta*.

N

NAnas fructus, ſive *Tayama*. Lugd. *Eſt* Ananas. 114. lvi. 6.
Napellus. Dod. p. *Vid.* Aconitum cæruleum &c. 83. lxv. 7.
Napus. (23) 91. xlviii. 4.
Napus ſativus. Lugd. *Vid.* Napus *prædictus*.
Narciſſus. (31) 130. lxiii. 5. 6. 7.
Nardus Italica. Lob.
Nardus vulgò. Geſn. } *Eſt* Lavandula &c. 43. xxvii. 1. 2.
Nardus Celtica, Dioſcoridis. C. B. P. I. B.
Nardus Alpina. Cluſ. H.
Nardus, ſive *Spica Celtica*. Park. } *Eſt* Valeriana Celtica. 22. xv. 3.
Naſturtium Indicum, *ſive* Acriviola &c. (18) 68. xxxviii. 5.
Naſturtium Indicum, majus. C. B. P.
Naſturtium Peruvianum &c. Hernand.
Naſturtium Indicum, folio peltato, ſcandens. I. B. } *Eſt* Naſturtium Indicum &c.
Naſturtium pratenſe, magno flore ſimplici. M. H.
Naſturtium aquaticum ſimplici flore. Eyſt. } *Eſt* Cardamine &c. 150. lxviii. 9.
Naſturtium ſylveſtre Erucæ affine &c. C. B. P. *Eſt* Reſeda vulgaris. 70. xxxix. 7.
Naſturtium hortenſe, vulgatum. (22) 89. xlvii. 6.
Naſturtium hortenſe, criſpum. 89. xlvii. 7.
Naſturtium aquaticum, ſupinum, flore albo. M. H. *Eſt* Siſymbrium aquaticum. 92. xlviii. 8.
Nenuphar album, & luteum. Brunf. *Eſt* Nymphæa &c. 78. xliii. 4. 5.
Nepeta. *Eſt* Cataria major, vulgaris. 48. xxix. 6.
Nicotiana major, latifolia. (17) 64. 147. xxxvi. 4.
Nicotiana major, anguſtifolia. 64. xxxvi. 5.
Nigella arvenſis, cornuta. (20) 78. xliii. 6.
Nigella Romana, ſativa, floribus foliolis. 78. xliii. 7.
Nil, *ſive* Anil, Indigo, *ſeu* Indica. 102. li. 12.
Noli me tangere in M. H. *Eſt* Balſamina fœmina. 87. xlvi. 10.
Nucula terreſtris Septentrionalium. *Eſt* Bulbocaſtanum. 14. ix. 6.
Nummularia lutea, major. (15) 57. 146. xxxiii. 8.
Nummularia, ſive *Morbia*. I. B. *Vid.* Nummularia *prædicta*.
Nux Methella. Matth. Acoſt. &c. *Eſt* Stramonia &c. 74. xli. 3.
Nymphæa lutea, major. (20) 78. xliii. 4.
Nymphæa alba, major. 78. xliii. 5.

O

OBſtruthium. Dod. Gall. *Eſt* Imperatoria major. 15. x. 4.
Ocularia in M. H. *Eſt* Euphraſia. 65. xxxvii. 4.
Ocymum vulgatius. (13) 47. xxix. 3.
Ocymum medium, vulgatius, & nigrum. *Vid.* Ocymum vulgatius.
Olus album. Dod. p. *Eſt* Valerianella &c. 142. lxvi. 10.
Olus atrum. Cord. *Eſt* Smyrnium majus. 15. x. 5.
Onobrichis, flore cæruleo, ſiliculis hirſutis, ſeu *aſperis ad imum Platani pilulæ modo junctis*. M. H. *Eſt* Glycyrrizza capite echinato. 99. l. 10.
Onobrichis floribus cæruleis. C. B. P. *Eſt* Aſtragalus floribus Viciæ &c. 102. li. 11.
Onopteris Mas. Ger. *Eſt* Adiantum nigrum Officinarum. 6. v. 1.
Ophioglosſum vulgatum. (3) 6. v. 6.
Ophioglosſum, ſive *Lingua Serpentina*. Park.
Ophioglosſon. I. B.
Ophioglosſum, ſive *Enneaphyllum*. Adv. Lob. } *Vid.* Ophioglosſum vulgatum.
Ophioſcordon &c. I. B. *Eſt* Allium ſativum, alterum. 136. lxv. 8.
Ophris bifolia. (32) 138. lxv. 14.
Opthalmica, ſive *Ocularia*. Cord. *Eſt* Euphraſia. 65. xxxvii. 4.
Opoponax. Dioſc. *Vid.* Panax Sphondylii folio, *ſive* Heracleum. 20. xiv. 2.
Opuntioides Marina, quæ Corallina latifolia, & Opuntia Marina. 139. lxvi. 1.
Opuntia Marina. I. B. *Vid.* Opuntioides &c.
Orchis latifolia, hiante cucullo, major. (32) 138. lxv. 13.
Orchis, & Teſticulus Canis Officin. Amat. *Vid.* Orchis latifolia &c.
Organum Marinum in Boerh. *Eſt* Tubularia purpurea. 139. lxvi. 2.
Origanum Creticum, latifolium, tomentoſum &c. T. *Eſt* Dictamnus Creticus. 49. xxx. 3.
Origanum ſylveſtre, vulgare. (13) 49. xxx. 4.
Origanum ſylveſtre, Cunila bubula Plinii. C. B. P.
Origanum vulgare, ſpontaneum. I. B.
Origanum, Onites, majus. Adv.
Origanum ſylveſtre. Dod. p. } *Vid.* Origanum ſylveſtre vulgare.
Origanum Creticum. 49. xxx. 5.
Origanum minus, Chium odoratiſſimum, flore albo. Triumfet. H. Maurocen.
Origanum, Onites dictum. Eyſt. } *Vid.* Origanum Creticum.
Origanum Heracleoticum, cunila Gallinacea Plinii. 50. xxx. 6.
Ornithogalum Maritimum, ſeu *Scilla radice rubra*. T. *Eſt* Scilla vulgaris, radice rubra. 135. lxiv. 9.
Orobanche flore majore. (17) 66. xxxvii. 6.
Orobanche major, Caryophyllum olens. C. B. P.
Orobanche, ſive *Rapum Geniſtæ*. Ger. } *Eſt* Orobanche flore majore.
Orobus Pannonicus. (25) 98. l. 7.
Orobus purpureus, ſylvaticus, vernus. C. B. P.
Orobus ſylvaticus, vernus ſiliquis erectis, flore purpureo. M. H. } *Vid.* Orobus Pannonicus.
Orobus ſativum, ſive *Ervum ſemine anguloſo, ſiliquis inter grana, & grana junctis*. M. H.
Orobus ſiliquis articulatis, ſemine majore. C. B. P.
Orobus, ſive *Ervum multis*. I. B. Geſn. Lugd. } *Eſt* Ervum verum. 98. l. 8.
Orvala. Dod. p. *Eſt* Horminum &c. 46. xviii. 8.
Os Leonis. Cæſ. *Eſt* Antirrhinum &c. 65. xxxvii. 1.
Oſmunda foliis lunati. (3) 6. 140. v. 5.
Oſtertitium montanum. Trag. *Eſt* Aſtrantia nigra, major. 141. lxvi. 9.
Oxalis. I. B. Brunf. Trag. &c. *Eſt* Acetoſa &c. 117. lviii. 1.
Oxylapathum. Dod. p. *Eſt* Lapathum acutum &c. 116. lvii. 3.
Oxys flore albo. (22) 87. 149. xlvi. 9.
Oxys, ſive *Trifolium acidum flore albo*. I. B.
Oxys Pliniana. Geſn. } *Vid.* Oxys flore albo.

P

PAlma Chriſti. Tabern. *Eſt* Ricinus vulgaris. 71. xl. 1.
Paludapium. Lobel. *Eſt* Apium paluſtre &c. 17. xii. 2.

Panax Coſtinum. (6) 19. xiv. 1.
Panax Sphondylii folio, *ſive* Heracleum. 20. 141. xiv. 2.
Panaces Heracleum, vel *potius Sphondylium alterum*. Dod. p. *Vid.* Panax Sphondylii folio &c.
Panax Coloni. Ger. *Eſt* Stachys paluſtris, fœtida. 44. xxvii. 5.
Pancaſeolus. Cæſalp. *Eſt* Bulbocaſtanus &c. 14. ix. 6.
Pancratium. Dod. p. *Eſt* Scilla &c. 135. lxiv. 9.
Panis porcinus. Eyſt. *Eſt* Cyclaminus &c. 137. lxv. 12.
Pæonia mas. (21) 81. xliv. 9.
Pæonia mas, præcocior. J. B.
Pæonia folio nigricante ſplendido, quæ mas. C. B. P.
Pæonia mas, flore purpureo. Eyſt.
Pæonia ſimplex, latiore folio triſido. M. H.
Pæonia mas, folio Nucis, Juglandis ſcilicet. Gſn.
} *Vid.* Pæonia mas.
Papaver ſpumeum. Lob. *Eſt* Been album Officinarum. 59. xxxiv. 4.
Papaver hortenſe, ſimplex, ſemine albo. (20) 77. xliii. 1.
Papaver album ſativum. Lob. Ger.
Papaver album. J. B. Dod. p.
} *Eſt* Papaver hortenſe &c. *prædictus*.
Papaver criſtatum, floribus, & ſemine albo. 77. xliii. 2.
Papaver fimbriatum flore albo. J. B. *Vid.* Papaver criſtatum &c.
Papaver erraticum, rubrum Campeſtre. 78. xliii. 3.
Papaver Rhœas. Adv. Lob. *Vid.* Papaver erraticum &c.
Parietaria Officinarum, & Dioſcoridis. (28) 120. lix. 6.
Parnaſſia paluſtris, & vulgaris. (18) 67. xxxviii. 2.
Paronychia altera. Dod. p.
Paronychia rutaceo folio. Ger. Adv.
} *Eſt* Saxifraga verna, annua, humilior.
Paronychia foliis inciſis. Park. 61. xxxv. 3.
Parthenium. Matth. Caſt. Geſn. &c. *Eſt* Matricaria. 30. xx. 8.
Paſtinaca ſativa, latifolia. (6) 19. xiii. 4.
Paſtinaca latifolia, ſylveſtris. 19. xiii. 6.
Paſtinaca ſylveſtris, Germanica, quibuſdam Elaphoboſcum. J. B. *Vid.* Paſtinaca latifolia, ſylveſtris.
Paſtinaca ſylveſtris, altiſſima. T. *Eſt* Panax coſtinum. 19. xiv. 1.
Paſtinaca ſativa, ſive *Carota, rubra, lutea, & alba*. J. B.
Paſtinaca, tenuifolia, ſativa, ſeu *hortenſis*. M. U. M. H.
} *Eſt* Daucus ſativus. 18. xii. 5.
Paſtinaca tenuifolia, ſylveſtris, Dioſcoridis &c. C. B. P.
Paſtinaca ſylveſtris, ſive *Staphylinus Græcorum*. J. B.
} *Eſt* Daucus vulgaris. 18. xii. 6.
Patientia. Park. *Eſt* Lappatum hortenſe &c. 116. lvii. 5.
Pedicularis pratenſis, lutea, *ſive* Criſta Galli. (17) 65. xxxvii. 3.
Pedicularis pratenſis elatior majoribus foliis. M. H. 3. 426. 65.
Pedicularis. Cord. in Dioſc. *Eſt* Staphis agria. 84. xlv. 9.
Pentaphylloides minus, ſupinum, ſeu *procumbens foliis alatis, argenteis, & ſerratis, flore luteo*. M. H.
Pentaphylloides argenteum, alatum, ſeu *Potentilla*. T.
} *Vid.* Potentilla, *ſeu* Argentina. 9. vii. 4.
Pepo oblongus. (27) 112. lv. 5.
Perdicium &c. Cæſ. *Eſt* Parietaria Officinarum. 120. lix. 6.
Percepier. (28) 121. lix. 8.
Percepier Anglorum, ſeu *Polygonum Selinoides*. Park. *Vid.* Percepier.
Perfoliata vulgaris. (6) 20. xiv. 5.
Perfoliata ſimpliciter dicta, annua, vulgaris. J. B. *Vid.* Perfoliata vulgaris.
Perforata &c. in J. B. *Eſt* Hypericum vulgare. 67. xxxviii. 1.
Periclymeno accedens Planta braſiliana floſculis congeſtis albis Ipecacoanha. Piſ. *Vid.* Ipecacoanha. 104. lii. 4.
Perſicaria mitis. (28) 118. lviii. 4.
Perſicaria urens &c. C. B. P.
Perſicaria acris &c. J. B.
} *Eſt* Hydropiperi. 118. lviii. 5.
Perſonata major. Matth. Caſt. *Eſt* Lappa major &c. 40. xxv. 5.
Pervinca vulgaris, anguſtif lia, flore cæruleo. (22) 86. 149. xlvi. 4.
Pervinca vulgaris, latifolia, flore cæruleo. 86. xlvi. 5.
Pes Cati &c. Park. *Eſt* Elichryſum montanum &c. 33. xxi. 9.
Pes Columbinus. Dod. p. *Eſt* Geranium folio Malvæ rotundo. 74. xli. 4.
Pes Leonis &c. J. B. *Eſt* Alchimilla vulgaris. 121. lix. 7.
Pes Locuſtæ Avic. Cam. *Eſt* Campanula radice eſculenta. 69. xxxix. 3.
Petaſides major, & vulgaris. (9) 32. xxi. 6.
Petroſelinum Macedonicum, Fuchſii. Dod. p. *Eſt* Sium aromaticum &c. 16. xi. 3.
Petum. *Eſt* Nicotiana. 64. xxxvi. 4. 5.
Peucedanum majus, Italicum. (6) 19. xiii. 3.
Peucedanum, foliis longioribus. Dod. p. *Vid.* Peucedanum majus Italicum.
Phalangium Virginianum, amplo flore azureo. M. H. R. *Eſt* Ephemerum &c. 133. lxiv. 4.
Phalangium parvo flore, ramoſum. (32) 134. lxiv. 5.
Phaſeolus major, *ſive* Smilax hortenſis. (24) 93. xlix. 1.
Phellandrium. 141. lxvi. 7.
Phellandrium, vel *Cicutaria aquatica quorundam*. J. B. *Vid.* Phelandrium prædict.
Philanthropon. Dioſc., & Plin. *Eſt* Aparine vulgaris. 42. xxvi. 5.
Phu magnum. Lugd. *Eſt* Valeriana major, odorata radice. 21. xv. 1.
Phu. Dioſc.
Phu Germanicum. Fucſ.
Phu majus commune. Geſn.
} *Eſt* Valeriana ſylveſtris, major. 21. xv. 2.
Phyllitis. Dod. p. *Vid.* Lingua Cervina Offic. 4. iv. 1.
Piloſella major quibuſdam, aliis Pulmonaria, flore luteo. J. B. *Eſt* Hieracium murorum, folio piloſiſſimo. 24. xvi. 5.
Piloſella major, repens, hirſuta. (8) 24. xvii. 2.
Piloſella Monoclonos, repens, vulgaris, minor. M. H. *Vid.* Piloſella major &c. *prædicta*.
Piloſella minor aliis Gnaphalii genus. J. B. *Eſt* Elichryſum montanum &c. 33. xxi. 9.
Pimpinella ſanguiſorba. (29) 123. lxi. 1.
Pimpinella ſpica brevi, minor, lævis, non piloſa, & hirſuta. M. V. *Vid.* Pimpinella ſanguiſorba.
Pimpinella ſaxifraga, major, altera. *Eſt* Tragoſelinum minus. 16. xi. 1.
Piperitis. Cam. *Eſt* Lepidium Plinii. 89. xlvii. 9.
Piper Indicum, vulgatiſſimum. C. B. P.
Piper Indicum, medium. Eyſt.
Piper Indicum, ſeu *Calecuticum*, ſive *Piper ſiliquaſtrum*. J. B.
Piper Indicum ſiliquoſum. Recch.
Piper Indicum longioribus ſiliquis. Lob.
} *Eſt* Capſicum &c. 107. liii. 7.
Piſum majus, flore albo. (24) 96. l. 1.
Piſa majora, alba. J. B.
Piſum majus, quatratum, fructu cinerei coloris. C. B. P.
Piſum angulosum, ſeu *hortorum Plinii*. Adv. Lob.
Piſum peregrinum. Eyſt.
} *Vid.* Piſum majus, flore albo.
Pityuſa &c. Park. *Eſt* Tithymalus foliis Pini &c. 71. xl. 2.
Plantago aquatica, latifolia. (4) 10. viii. 3.
Plantago aquatica, major. Ger.
Plantago paluſtris &c. Tabern.
} *Vid.* Plantago aquatica, latifolia.
Plantago major. (29) 124. lxi. 2.
Plantago latifolia, ſinuata. C. B. P.
Plantago major, folio glabro, non laciniato ut plurimum. J. B.
Plantago latifolia, vulgaris. M. H.
Plantago latifolia, lævis. Adv.
} *Vid.* Plantago major.
Plantago media. 124. lxi. 3.
Plantago latifolia, incana. C. B. P.
Plantago major, hirſuta, media a nonnullis cognominata. J. B.
Plantago major, incana. Dod. p.
} *Vid.* Plantago media.
Plantago minor. 124. lxi. 4.
Plantago anguſtifolia, major. C. B. P.
Plantago lanceolata. I. B.
Plantago quinquenervia. Lob. Ger.
Plantago altera, & Coſta Canina. Taber.
} *Vid.* Plantago minor.
Plicaria &c. in M. H. *Eſt* Muſcus ſquamoſus, vulgaris, repens, clavatus. 3. iii. 1.
Plumbago. (6) 22. 142. xv. 4.
Polemonia. Cæſ. *Eſt* Been album Officinarum. 59. xxxiv. 5.
Polium montanum, luteum. (14) 51. xxxi. 5.
Polium vulgare. Park. *Vid.* Polium Montanum, luteum.
Polium Theophraſti, & Dioſcorid., & Arabum, vermiculato folio. Col. *Eſt* Santolina &c. 34. xxii. 1.
Polygala vulgaris. 147. lxviii. 2.
Polygala tetrapetala, ſiliculoſa, bicapſularis, longo, & anguſto folio, minor. M. H.
Polygala recentiorum. Adv.
Polygala minor. Park.
Polyganon multis. I. B.
} *Vid.* Polygala vulgaris.
Polygonatum latifolium, vulgare. (26) 105. lii. 8.
Polygonum minus, ſive *Millegrana major*. C. B. P. *Eſt* Herniaria glabra. 123. lx. 7.
Polygonum bacciferum, maritimum, minus. C. B. P. *Eſt* Ephedra &c. 128. lxii. 11.
Polypodium vulgare. (3) 5. iv. 2.
Pomum amoris, fructu rubro. Eyſt. *Eſt* Lycoperſicum &c. 107. liii. 8.
Pomum Hieroſolymitanum. *Eſt* Momordica &c. 110. lv. 1.
Polytricon in Boerh.
Polytricum &c. in I. B.
} *Eſt* Trichomanes &c. 5. iv. 4.
Pompejana Cypria. Dod. Gall. *Eſt* Braſſica cauliflora. 149. lxviii. 8.
Porrum commune, capitatum. (32) 135. lxv. 1.
Porrum ſylveſtre, vinearum. 135. lxv. 2.
Porrum ſectivum, Juncifolium. C. B. P. *Eſt* Cepa ſectilis, juncifolia &c. 136. lxv. 6.
Porrum ſylveſtre, gemino capite. 135. lxv. 3.
Portulaca latifolia, ſativa. (16) 60. xxxiv. 11.
Portulaca hortenſis. Trag.
Portulaca latioribus foliis. Cæſ.
} *Vid.* Portulaca, ſativa.
Potamogeton rotundifolium. (15) 55. xxxiii. 1.
Potamogeton ſpicata. Tabern. *Vid.* Potamogeton rotundifolium.
Potamogeton perfoliatum. 55. xxxiii. 2.
Potamogeton foliis latis, ſplendentibus. C. B. P.
Potamogeton altera. Dodonæi. I. B.
Potamogeton tertia. Dod. p.
} *Vid.* Potamogeton perfoliatum.
Potamogeton foliis anguſtis, ſplendentibus. 56. xxxiii. 3.
Potentilla, *ſeu* Argentina. (4) 9. 140. vii. 4.
Praſſium. Anguill. *Eſt* Marrubium album, vulgare. 45. xxviii. 3.
Primula Veris umbellata, odorata, pratenſis. (15) 56. xxxiii. 4.
Primula Veris, flavo flore, elatior. Cluſ. H.
Primula Veris, odorata, flore luteo, ſimplici. I. B.
Primula Veris major, floribus luteis odoratis. Dod. p.
Primula Veris pratenſis, odorata lutea. Adv. Lob.
} *Vid.* Primula Veris umbellata, odorata &c.
Primula Veris pallido flore, humilis. 56. xxxiii. 5.
Primula Veris ſylveſtris, flore pallido. Eyſt.
Primula Veris minor. Dod. p.
Primula Veris ſylvarum. Adv. Lob.
} *Vid.* Primula Veris pallido flore, humilis.
Prunella, flore minore, vulgaris. I. B.
Prunella Officinarum. Eyſt.
Prunella vulgaris. Park. M. H.
} *Eſt* Brunella &c. xxix. 2.

Pſeu-

Pſeudo-Rhabarbarum quibuſdam in Boerh., & M. H. *Eſt* Thalictrum majus &c. 10. VIII. 2.
Pſeudo-Rha recentiorum. Adv. Lob. &c. *Eſt* Lapathum folio rotundo, Alpinum. 116. LVII. 2.
Pſeudo-Iris, ſeu *Iris ſylveſtris*. Dod. p. } *Eſt* Iris paluſtris lutea &c.
Pſeudo-Iris paluſtris. Eyſt. } 131. LXIII. 11.
Pſeudo Orchis Bifolium. Dod. p. *eſt* Ophris &c. 138. LXV. 14.
Pſeudo-Valeriana annua, arvenſis, præcox, humilis, ſemine nudo, compreſſo, rotundo. M. H. *eſt* Valerianella &c. 142. LXVI. 10.
Pſeudo Nardus. J. B. *eſt* Lavandula &c. 43. XXVII. 1. 2.
Pſeudo-Struthium. Matth. *eſt* Luteola. 70. XXXIX. 8.
Pſyllium majus, erectum. (29) 125. LXI. 7.
Pſyllium annuum, majus, foliis integris. M. H. *Vid.* Pſyllium majus, erectum.
Ptarmica vulgaris, folio longo, ſerrato, flore albo. (9) 31. XX. 10.
Ptarmica folio Draconis, vel *Sternutamentaria*. Lugd. *Vid.* Ptarmica vulgaris &c.
Ptarmica lutea, ſuaveolens &c. in T. *eſt* Ageratum foliis ſerratis. 34. XXII. 4.
Pthora Valdeſium. Cluſ. *Vid.* Thora &c. 84. XLV. 8.
Pucnocnomon. Col. *eſt* Succiſa &c. 37. XXIII. 2.
Pulegium latifolium. (14) 52. 146. XXXI. 9.
Pulegium vulgare. *Vid.* Pulegium latifolium.
Pulicaris herba. Lugd. *Eſt* Pſyllium majus &c. 125. lxi. 7.
Pulmonaria arborea &c in I. B. *Eſt* Lichen arboreus &c. 4. iii. 4.
Pulmonaria Gallica, ſive *aurea*. Tabern. *Eſt* Hieracium murorum, folio piloſiſſimo. 24. xvi. 5.
Pulmonaria vulgaris, maculoſo folio. (15) 54. xxxii. 8.
Pulmonaria Italorum, ad Bugloſſum accedens. I. B. *Eſt* Pulmonaria vulgaris &c.
Pulſatilla folio craſſiore, & majore flore. (4) 8. vi. 4.
Pulſatilla purpurea cæruleve. I. B. *Vid.* Pulſatilla &c. *prædicta*.
Pyrethrum Officinarum. (9) 30. xx. 9.
Pyrethrum corymbiferum, flore Bellidis. M. H. } *Vid.* Pyrethrum Officinarum.
Pyrethrum Dioſcoridis &c. Adv. Lob. Ger. }
Pyrethrum vulgare, flore Buphthalmi. I. B. }
Pyrethrum Germanicum Geſn. }
Pirola rotundifolia, major. (20) 76. xlii. 5.
Pyrola rotundifolia, paluſtris, flore unico ampliore. *Eſt* Parnaſia. M. H. 67. xxxviii. 2.

Q

Quinquefolium majus, repens. (4) 8. vii 1.

R

Radix cava. Dod. p. *Eſt* Fumaria bulboſa. 86. xlvi. 3.
Radix cava, minima. Ger. *Eſt* Moſchatellina &c. 109. liv. 4.
Radix dulcis. Trag. } *Eſt* Glycyrrhiza ſiliquoſa &c. 98. l. 9.
Radix Scythica &c. Brunf. }
Radix Idea, Hippogloſſon. Col. *Eſt* Hippogloſſum &c. 104. lii. 6.
Ranunculus vernus, rotundifolius, minor. T. } *Eſt* Chelidonium minus. 7. vi. 1.
Ranunculus præcox, rotundifolium, radice granuloſa. M. H. }
Ranunculus tridentatus, vernus. T. *Eſt* Hepatica trifolia &c. 7. vi. 2.
Ranunculus pratenſis, erectus, acris. (4) 8. vi. 5.
Ranunculus rectus, non repens, flore ſimplici, luteo. J. B. } *Vid.* Ranunculus pratenſis, erectus, acris.
Ranunculus pratenſis, ſurrectis cauliculis. Lob. }
Ranunculus pratenſis, radice verticilli modo rotunda. 8. vi. 6.
Ranunculus tuberoſus, major. I. B. } *Vid.* Ranunculus pratenſis, radice verticilli modo rotunda.
Ranunculus bulboſus. Lob. }
Radice paluſtris, Plantaginis folio, ampliore. T. *Eſt* Plantago aquatica, latifolia. 10. viii. 3.
Ranunculus Aſphodeli radice, dictus Pthora major. M. H. } *Eſt* Thora Valdenſium. 84. xlv. 8.
Ranunculus folio Cyclaminis, radice Aſphodeli, major. T. }
Ranunculus radice Aſphodeli, Thora dictus. Flor. }
Ranunculus minus, Septentrionalium, herbido, muſcoſo flore &c. Lob. } *Eſt* Moſchatellina &c. 109. liv. 4.
Eſt Ranunculus nemeroſus, Moſchatellina dictus. C. B. P. }
Ranunculus gramineo folio, flore caudato, ſeminibus in capitulum ſpicatum congeſtis. T. *Eſt* Myoſurus. 125. lxi. 9.
Rapa ſativa, rotunda. (23) 91. 150. xlviii. 2.
Rapa mas. Theophraſti, & Plinii. } *Vid.* Rapa ſativa rotunda.
Rapum vulgare. Dod. p. }
Rapum ſativum, orbiculatum. Lugd. }
Rapa ſativa, oblonga, *ſeu fœmina*. 91. xlviii. 3.
Rapum oblongum. Trag. *Vid.* Rapa ſativa, oblonga &c.
Rapum rubrum ſativum. Fuch. *Eſt* Beta rubra, radice Rapæ. 122. lx. 2.
Raphanus ruſticanus. C. B. P. } *Eſt* Cochlearia folio cubitali. 90. xlvii. 11.
Raphanus ſylveſtris, ſive *Armoracia multis*. J. B. }
Raphanus ruſticanus, craſſa radice, Lapathi folio. Lob. }
Raphanus ruſticus. Cam. }
Raphanis magna. Dod. p. }
Raphanus niger major, rotundus. (23) 90. xlvii. 12.
Raphanus major orbiculatus. C. B. P. } *Vid.* Raphanus &c. *prædictus*.
Raphanus, ſive *radicula ſativa*. Dod. p. }
Raphanus niger, rotundiore radice. Park. }
Rapum Geniſtæ, ſive *Hippoſpartium* ἀφυλλον *floribus galeatis T* [...] *rubidis*. Adv. Lob. *Eſt* Orobanche &c. 66. xxxvii. 6.
Rapunculus eſculentus. C. B. P. } *Eſt* Campanula radice eſculenta &c. 69. xxxix. 3.
Rapunculus vulgaris, campanulatus. J. B. }
Rapuntium parvum. Adv. Lob. }
Rapunculus ſpicatus. (18) 70. xxxix. 6.
Rapunculus Alopecuron. Dod. p. } *Vid.* Rapunculus ſpicatus *prædict.*
Rapunculus corniculatus, ſpicatus, ſive *Alopecuroides*. M. H. }
Rapunculus major, Alopecuroides, comoſo flore. Adv. Lob. }
Rapunculus Alocuperoides, longa ſpica. Cluſ. H. }
Rapunculus ſpicatus, ſive *comoſus &c* J. B. }
Rapontica, quæ hodie Centaurea major. Trag. *Eſt* Centaurium majus, folio in lacinias plures diviſo. 40. xxv. 1.
Regina Prati in M. H. *Eſt* Ulmaria. 81. xliv. 10.
Reſeda vulgaris. (18) 70. xxxix. 7.
Reſeda lutea. I. B. } *Vid.* Reſeda vulgaris.
Reſeda minor &c Park. }
Reſta Bovis, purpurea in J. B. *Eſt* Anonis ſpinoſa, purpurea &c. 95. xlix. 7.
Rha, ſive *Rhei ut æſtimatur*. Dod. p. *Eſt* Centaurium majus folio Helenii incano. 40. xxv. 2.
Rhabarbarum rotundifolium, verum. (28) 115. lvii. 1.
Rhabarbarum. J. B. } *Vid.* Rhabarbarum rotundifolium verum.
Rhabarbarum Officinarum in M. H. }
Rha, & rheum. Dioſc. }
Rhaponticum. Alp. Exot. }
Rha verum Antiquorum. Ger. }
Rha capitatum Helenii folio. Lugd. } *Eſt* Centaurium majus, folio Helenii incano. 40. xxv. 2.
Rhaponticum folio Helenii incano. C. B. P. }
Rhaponticum anguſtifolium, incanum &c. C. B. P. } *Eſt* Centaurium majus, folio Helenii, anguſtiore. 40. xxv. 3.
Rha Ponticum alterum, anguſtiore folio. Lugd. }
Rhodia radix. C. B. P. *Eſt* Thelephium luteum, minus &c. 81. xliv. 8.
Ricinus vulgaris. (18) 71. xl. 1.
Ricinus, ſive *Catapultia major, vulgaris*. Park. } *Vid.* Ricinus vulgaris.
Ricinus major. Eyſt. }
Rorella &c. Eyſt. } *Eſt* Ros Solis &c. 59. xxxiv. 9.
Rorida &c Lob. }
Roſa Hiericuntis. Trag. *Eſt* Corona Solis. 29. xx. 2.
Roſea radix. Lon. *Eſt* Thelepium luteum, minus. 81. xliv. 8.
Roſmarinus hortenſis, anguſtiore folio. (13) 50. 145. xxx. 7.
Roſmarinus coronarius. Eyſt. *Vid.* Roſmarinus &c. *prædictus*.
Ros Solis folio ſubrotundo. (16) 59. xxxiv. 9.
Ros Solis vulgò. } *Vid.* Ros Solis.
Ros Solis foliis circinatæ rotunditatis. J. B. }
Rubeola. *Eſt* Aſperula odorata &c. 41. xxvi. 4.
Rubia Tinctorum, ſativa. (11) 41. xxvi. 1.
Rubia major. Cluſ. H. *Vid.* Rubia &c. *prædicta*.
Rubia montana, odora H. L. Boerh. } *Eſt* Aſperula odorata. 41. xxvi. 4.
Rubius accedens, Aſperula quibuſdam, ſive *Hepatica ſtellaris*. J. B. }
Ruſcus Myrtifolius aculeatus. (16) 104. lii. 5.
Ruſcus anguſtifolius, fructu folio innaſcente. M. H. *Eſt* Hippogloſſum &c. 104. lii. 6.
Ruſcus latifolius, fructu folio innaſcente. M. H. *Eſt* Laurus Alexandrina. 104. lii. 7.
Ruta Capraria. Park. *Eſt* Galega vulgaris. 98. l. 6.
Ruta hortenſis, latifolia. (19) 73. xli. 1.
Ruta major, hortenſis &c. M. H. } *Vid.* Ruta hortenſis, latifolia.
Ruta ſativa &c. I. B. }
Ruta graveolens &c. Dod. p. }
Ruta domeſtica. Trag. }
Ruta ſylveſtris flore magno, albo. C. B. P. } *Eſt* Harmala. 74. xli. 2.
Ruta, quæ dici ſolet Harmala. I. B. }
Ruta muraria. (3) 6. 140. v. 3.
Ruta muraria, ſive *Salvia vitæ*. Park. *Vid.* Ruta muraria *prædicta*.

S

Sagapenum. Dioſc. *Vid.* Panax coſtinum. 19. xiv. 1.
Salicaria vulgaris, purpurea, foliis oblongis. (16) 61. xxxv. 1.
Salicornia. (28) 121. lix. 10.
Salicornia geniculata, annua. T. Cor. *Vid.* Salicornia *prædicta*.
Salvia vitæ. Adv. Lob. *Eſt* Ruta muraria. 6. v. 3.
Salvia major. (13) 46. xxviii 9.
Sambucus humilis &c. Park. *Eſt* Ebulus &c. 108. liii. 9. 10.
Sampſuccus &c. Cord. *Eſt* Majorana vulgaris. 49. xxx. 2.
Sampuchus, ſive *Marum Maſtichen redolens*. C. B. P. *Eſt* Maſtichina. 45. xxviii. 2.
Sanamunda. *Eſt* Caryophyllata vulgaris. 9. vii. 5.
Sana Sancta Indorum. Ger. Eſt Nicotiana &c. 64. xxxvi. 4. 5.
Sanguiſorba minor. I. B. Eſt Pimpinella &c. 123. lxi. 1.
Sanicula Officinarum. (6) 21. xiv. 6.
Sanicula mas Fuchſii, ſive *Diapenſia*. I. B. Eſt Sanicula Officinarum.
Sanicula Alpina, lutea. Eſt Auricula Urſi, flore luteo. 57. xxxiii. 6.
Sanicula Alpina, villoſa, foliis Borraginis. Eſt Auricula Urſi Myconi. 57. xxxiii. 7.
Sanicula fœmina quibuſdam, aliis Helleborus niger. I. B. Eſt Aſtrantia nigra, major. 141. lxvi. 9.
Santolina foliis teretibus. (9) 34. xxii. 1.
Saponaria vulgaris. (16) 58. xxxiv. 4.
Satureja ſativa. (13) 46. xxviii. 7.

Satu-

Satureja hortenſis, ſive *Cunila ſativa Plinii*. C. B. P.
Satureja domeſtica. Eyſt.
Satureja hortenſis Aeſtiva. Ger.
} *Vid.* Satureja ſativa.
Saxifraga rotundifolia, alba. (16) 61. xxxv. 2.
Saxifraga alba, radice granuloſa. I. B.
Saxifraga alba, tuberoſa radice. Cluſ. H.
Saxifraga alba, chelidonites. Adv. Lob.
} *Vid.* Saxifraga rotundifolia, alba.
Saxifraga verna, annua, humilior. 61. xxxv. 3.
Saxifraga rotundifolia, aurea. C. B. P. *Eſt* Chryſoplenium &c. 123. lx. 6.
Saxifraga minor, foliis Sanguiſorbæ. H. L. *Eſt* Tragoſelinum minus &c. 16. xi. 1.
Scabioſa pratenſis, hirſuta, quæ Officinarum. (10) 37. xxiii. 1.
Scabioſa major, communior, hirſuta, folio laciniato. I. B.
Scabioſa vulgaris, major. Dod. p.
Scabioſa diſſectifolia major. Thal.
Scabioſa vulgaris, & Scabioſa Officinarum, floribus è cæruleo purpuraſcentibus. Eyſt.
} *Vid.* Scabioſa pratenſis, hirſuta, quæ Officinarum.
Scabioſa integrifolia, glabra, radice præmorsâ. Boerh.
Scabioſa pratenſis, noſtras præmorsâ radice. M. H.
Scabioſa folio integro, glabro, flore cæruleo. T.
} *Eſt* Succiſa, *ſive* Morſus Diaboli. 37. xxiii. 2.
Scabioſa montana, globoſo flore, gramineis foliis latioribus. H. L. *Eſt* Statice. 144 lxvii. 6.
Scadida Calli. H. Malab. *Eſt* Euphorbium verum Antiquorum &c. 72. lx. 7.
Scammonea Syriaca. C. B. P.
Scammoneum Syriacum Antiochenum. Lob.
} *Eſt* Convolvulus Syriacus &c. 68. xxxviii. 7.
Schœno-praſum. Dod. p. *Eſt* Cepa ſectilis &c. 136. lxv 6.
Scilla vulgaris, radice rubra. (32) 135. lxiv. 9.
Scilla rufa, magna, vulgaris. I. B.
Scilla rubentibus radicis tunici folio Aloes carinato. Lob.
} *Vid.* Scilla vulgaris &c.
Sclarea. Boerh. *Eſt* Horminum &c. 46. xxviii. 8.
Scorodopraſſum. II. Cluſ. H. *Eſt* Allium ſativum alterum. 136. lxvi. 8.
Scolymus ſativus &c. I. B.
Scolymus Græcorum &c. Eyſt.
} *Eſt* Cinara hortenſis. 39. xxiv. 3.
Scolopendria vulgaris. *Eſt* Lingua Cervina Officinarum. 4. iv. 1.
Scolopendria. Trag. *Eſt* Aſplenium, *ſive* Ceterach. 5. iv. 3.
Scordium. (14) 51. 146. xxxi. 4.
Scorpioides Bupleuri folio. (25) 101. li. 5.
Scorpioides Siliqua campoide hiſpida. I. B.
Scorpioides Bupleuri folio, corniculis aſperis hirſutis, minus contortis. M. H.
} *Vid.* Scorpioides Bupleuri folio.
Scorpioides Bupleuri folio, corniculis aſperis, magis in ſe contortis, & convolutis. 101. li. 6.
Scorpioides ſiliquâ craſsâ Boelii. 101. li. 7.
Scorpioides Bupleuri folio, corniculis craſſioribus, & magis ſpongioſis, litui inſtar contortis, &. in ſe convolutis. M. H.
Scorpioides major. Park. Parad.
} *Vid.* Scorpioides ſiliquâ craſsâ Boelii.
Scorpioides Bupleuri folio, ſiliquis lenibus. 101. li. 8.
Scorpioides Bupleuri folio, corniculis aſperis, & rugoſis, ſeu rigidis, ſtriatis, ſeu ſulcatis, litui inſtar contortis, & in ſe convolutis. M. H. *Vid.* Scorpioides Bupleuri folio, ſiliquis lenibus.
Scorzonera latifolia, ſinuata. (8) 25. xvii. 3.
Scorzonera major, Hiſpanica. I. Cluſ. H. *Vid.* Scorzonera latifolia, ſinuata.
Scorzonera latifolia, altera. 25. lxvii. 1.
Scorzonera major, Pannonica. I. Cluſ.
Scorzonera latifolia, Germanica, Viperaria. Eyſt.
} *Vid.* Scorzonera latifolia, altera.
Scrophularia nodoſa, fœtida. (17) 65. xxxvii. 2.
Scrophularia vulgaris, & major. J. B.
Scrophularia radice nodoſa, fœtida. M. H.
Scrophularia major. Brunf. Adv. Lob. Cæſ. Lugd.
Scrophularia minor. Janſon. in Ger.
} *Vid.* Scrophularia nodoſa, fœtida.
Scrophularia radice fibroſa. 147. lxviii. 1.
Scrophularia aquatica, major. C. B. P.
Scrophularia maxima, radice fibroſa. J. B.
} *Vid.* Scrophularia radice fibroſa.
Scutellaria, ſive *Opuntia Marina*. *Eſt* Opuntioides &c. 139. lxvi. 1.
Scutellaria aquatica, vulgo Tertianaria dicta. H. L.
Scutellaria paluſtris, repens, cærulea. M. H.
} *Eſt* Caſſida paluſtris &c. 145. lxvii. 10.
Securidaca lutea, major. (25) 100. li. 3.
Securidaca flore luteo, ſiliquâ oblongâ. J. B.
Securidaca vera. Cluſ.
Securidaca vera, plurimis floſculis luteis, corymbi modo diſpoſitis, ſiliquis latis compreſſis, inter granum, & granum junctis, ſeminibus quadratis. M. H.
Securidaca Hedyſarum peliginum. Tabern. Geſn. &c.
} *Vid.* Securidaca lutea, major.
Sedo affinis, juncoides paluſtris. M. H. *Eſt* Butomus. 148. lxviii. 5.
Sedum majus, vulgare. (20) 79. xliv. 1.
Sedum minus, teretifolium, album. 80. xliv. 2.
Sedum minus Officinarum. Ger.
Sedum minus, folio longiuſculo, tereti, flore candido. J. B.
Sedum Vermiculari &c. Lob. Adv. Obſ.
} *Vid.* Sedum minus, teretifolium, album.
Sedum minus, luteum, folio acuto. 80. xliv. 3.
Sedum minus hæmatoides. Ger. Tab. *Vid.* Sedum minus, luteum, folio acuto.
Sedum parvum, acre, flore luteo. 80. xliv. 4.
Sedum minus, cauſticatum. Eyſt.
Sedum minus. VIII. Cauſticus. Cluſ.
} *Vid.* Sedum parvum, acre, flore luteo.
Sedum luteum murale, folio umbilicato, rotundo. M. H. *Eſt* Cotyledon, Umbilicus Veneris. 80. xliv. 5.
Sedum paluſtre luteum, foliis ſubrotundis ſeſſilibus. M. H. *Eſt* Chryſoplenium. 123. lx. 6.
Sedum tridactylites, tectorum. C. B. P. *Eſt* Saxifraga verna, annua, humilior. 61. xxxv. 3.
Sedum bicorne, album, rotundifolium, erectum, radice granuloſâ. M. H. *Eſt* Saxifraga rotundifolia, alba. 61. xxxv. 2.
Sempervivum majus, alterum, ſive *Jovis barba*. Dod. p. *Eſt* Sedum majus, vulgare. 79. xliv. 1.
Sempervivum minus, primum. Dod. p. *Eſt* Sedum minus luteum folio acuto. 80. xliv. 3.
Semen ſanctum, ſive *ſementina*. Lugd. Lob.
Semen Lumbricorum &c. Chabr.
Semen ſantonicum. Chabr.
} Eſt Abſinthium ſantonicum. 35. xxii. 7.
Sempſen. Alpin. Eſt Seſamum. 86. xlvi. 7.
Senecio minor, vulgaris. (9) 32. xxi. 4.
Serratula. 144. lxvii. 8.
Serratula Tinctoris. Eyſt.
Serratula vulgaris, foliis laciniatis. M. H.
Serratula flore purpureo. Park.
} *Vid.* Serratula *prædicta*.
Seriola, vel *Endiviola*. Adv. Eſt Intybus ſativa, anguſtifolia. 26. xviii. 1.
Seris &c. Park. Eſt Intybus, *ſive* Endivia ſativa, latifolia &c. 26. xviii. 1. 2. 3.
Seris picris. Lob. Eſt Cichorium ſylveſtre &c. 26. xviii. 6.
Sermontanum. Cæſ. Eſt Seſeli, *ſive* Siler &c. 14. x. 1.
Serpentaria altera Virginiana vulgò. Pluk.
Serpentaria Virginiana, caule nodoſo. Baniſter.
} Eſt Ariſtolochia Piſtolochia &c. 77. xlii. 8.
Serpentaria columbina in M. H. Eſt Dracunculus polyphyllus. 110. liv. 8.
Serpentaria major, Officinarum in M. H. Eſt Aſarum Cyclaminis folio, Virginianum. 123. lx. 5.
Serpillum vulgare, minus. (12) 44. xxviii. 1.
Sertolara. Imper.
Sertolaria Opuntia marina. Chabr.
} Eſt Opuntioides &c. 139. lxvi. 1.
Seſamum. (22) 86. xlvi. 7.
Seſamum Veterum. C. B. P.
Seſamum verum. Lugd. Cam.
} *Vid.* Seſamum *prædictum*.
Seſeli, *ſive* Siler Montanum, vulgare. (5) 14. x. 1.
Seſeli paluſtre, lacteſcens, acre, foliis ferulaceis, flore albo, ſemine lato. J. B. Eſt Thyſſelinum paluſtre. 141. lxvi. 8.
Seutlolapathum, & Seutlomalache in M. H. Eſt Spinachia &c. 126. lxii. 1.
Sicula &c C. B. P. &c. Eſt Beta candida. 122. lx. 1.
Sideritis Anglica, ſtrumoſa radice. Park. Eſt Stachys paluſtris, fœtida. 44 xxvii. 5.
Sideritis vulgaris, hirſuta, erecta. (13) 47. xxix. 4.
Sideritis Heraclea. Cord. *Vid.* Sideritis vulgaris &c.
Sideritis. II. Dioſc. minor. Col. Eſt Pimpinella Sanguiſorba. 123. lxi. 1.
Sideritis, III. Dioſc. Col. Eſt Sanicula Officinarum. 21. xiv. 6.
Sigillum Salomonis. J. B. Eſt Polygonatum &c. 105. liii. 8.
Siler montanum vulgare. J. B.
Siler montanum vulgò Seſelios. Park.
} *Vid.* Seſeli &c. 14. x. 1.
Silybum. Angv. Eſt Carduus Marianus &c. 38. xxiv. 1.
Sinapi Rapi folio. (23) 91. xlviii. 5.
Sinapi Siliquâ latiuſcula, glabra, ſemine ruffo, ſive *vulgare*. J. B.
Sinapi ſativum prius. Dod. p.
} *Vid.* Sinapi Rapi folio.
Sion Crateva Erucæ folium. Adv. Lob. Eſt Siſymbrium aquaticum. 92. xlviii. 8.
Siſarum Germanorum. (5) 15. 141. x. 6.
Siſon, quod Amomum Officinis noſtris. C. B. P. Eſt Sium Aromaticum &c. 16. 141. xi. 3.
Siſymbrium aquaticum. (23) 92. xlviii. 8.
Siſymbrium Cardamine &c. J. B. Fuchſ. Eſt Siſymbrium aquaticum.
Sium latifolium. (5) 16. xi. 2.
Sium maximum, latifolium. J. B.
Sium Dioſc., ſive *Paſtinaca aquatica, major*. Park.
} *Vid.* Sium latifolium.
Sium aromaticum, Siſon Officinarum. 16. xi. 3.
Smilax hortenſis. J. B. Eſt Phaſeolus major &c. 93. xlix. 1.
Smilax lævis, major. Eſt Convolvulus major. 69. xxxix. 2.
Smilax aſpera, fructu rubente. (25) 103. lii. 1.
Smilax aſpera, rutilo fructu. Cluſ. *Vid.* Smilax aſpera &c. *prædicta*.
Smirnium majus. (5) 15. x. 5.
Soda, Kali magnum, Sedi medii folio, Semine cochleato. Lob. Eſt Kali majus &c. 121. lix. 9.
Solanum Officinarum, acinis nigricantibus. (26) 106. liii. 4.
Solanum vulgare. Park.
Solanum hortenſe. Dod. p.
} *Vid.* Solanum Officinarum &c.
Solanum ſcandens, *vel* Dulcamara. 107. liii. 5.
Solanum pomiferum, fruteſcens, Africanus, ſpinoſum, nigricans, flore Borraginis, folio profunde laciniatis. 107 liii. 6.
Solanum ſpinoſum, arboreſcens, Capiti Bonæ Spei vulgò. Breyn. *Vid.* Solanum pomiferum, fruteſcens &c *prædictus*.
Solanum ſomniferum, verticillatum. C. B. P. Eſt Alkekengi fructu parvo, verticillato. 106. liii. 2.
Solanum veſicarium, verticillatum, fructu erecto, minore. M. H. Eſt Alkekengi Mexicanum. 106. liii. 3.
Solanum veſicarium. Dod. p.
Solanum Halicacabum vulgare. J. B.
Solanum veſicarium, vulgare, repens, fructu, & veſicâ rubrâ. M. H.
} Eſt Alkekengi Officinarum. 105. liii. 1.
Solanum urens Capſicum dictum, ſive *Piper Indicum, vulgatiſſimum*. M. H. Eſt Capſicum &c. 107. liii. 7.
Solanum pomiferum, fructu rotundo, ſtriato, molli. C. B. P. Eſt Lycoperſicon &c. 107. liii. 8.

Sola-

Solanum quadrifolium, bacciferum. C. B. P.
Solanum congener, non ramoſum, tetraphyllum. M. H. } *Eſt* Herba Paris. LIV. 5.
Soldanella vulgaris. Park.
Soldanella Maritima, minor. C. B. P.
Soldanella Marina. Eyſt. } *Eſt* Convolvulus Maritimus &c. XXXVIII. 6.
Soldanella Equina. J. B. *Eſt* Ferrum Equinum &c. LI. 4.
Solidago Saracenica. Trag. *Eſt* Virga aurea, anguſtifolia, ferrata &c. XIX. 4.
Sonchus lævis laciniatus, latifolius. XVI. 3.
Sonchus minus lacinioſus, mitior, ſive *minus ſpinoſus*. J. B.
Sonchus lævis, vulgaris, foliis laciniatis Dentis Leonis. Lob. } *Vid.* Sonchus lævis laciniatus &c.
Sonchus aſper, non laciniatus. XVI. 4.
Sonchus minus lacinioſus, aſperior, ſive *ſpinoſior*. J. B.
Sonchus lævis tenerior. Lob.
Sonchus aſperior. Dod. p. } *Vid.* Sonchus aſper, non laciniatus.
Sonchos affinis Lampſana domeſtica. C. B. P. *Eſt* Lampſana. XVIII. 4.
Spatula fœtida. Dod. p. *Eſt* Xyris &c. LXIII. 12.
Sphondylium vulgare, hirſutum. XIII. 4.
Sphondylium quibuſdam, ſive *Branca Urſina Germanica*. J. B. *Vid.* Sphondylium vulgare &c.
Sphondylio, vel *potius Paſtinacæ Germaniæ affinis Panax*, ſive *Pſeudo-Coſtus flore luteo*. J. B. *Eſt* Panax coſtinum. XIV. 1.
Sphondylium majus, ſive *Panax Heracleum quibuſdam*. J. B.
Sphondylium humilius, latioribus foliis, umbellâ ampliore. M. H. } *Eſt* Panax ſphondylii folio, *ſive* Heracleum. XIV. 2.
Spica vulgaris, flore cæruleo. Eyſt.
Spica Nardi. Cam. } *Eſt* Lavandula &c. XXVII. 1. 2.
Spinoſum Olus. Geſn. *Eſt* Spinachia &c. LXII. 1.
Spinachia ſemine ſpinoſo. LXII. 1.
Spinacia vulgaris, capſulâ ſeminis aculeatâ. T.
Spinacia mas. J. B. } *Vid.* Spinachia ſemine ſpinoſo.
Spinacia fragifera. Aldin. *Eſt* Chenopodio-morus. LIX. 3.
Spongia ad uſum præſtantiſſima, foraminibus exiguis pervia. LXVI. 3.
Spuma Maris. Cæſ. M. H. *Eſt* Alcyonium &c. I. 9.
Stachys fœtida, ſepium flagellis reptatricibus. XXVII. 4.
Stachys paluſtris, fœtida. XXVII. 5.
Staphis agria. XLV. 9.
Statice. LXVII. 6.
Stellaria. Matth. Caſt. Lugd. *Eſt* Alchimilla vulgaris. LIX. 7.
Sternutatoria in M. H.
Sternutamentaria &c. Lugd. } *Eſt* Ptarmica vulgaris &c. XX. 10.
Stœchas citrina, tenuifolia, Narbonenſis. J. B. *Eſt* Elichryſum, *ſive* Stœchas citrina &c. XXI. 8.
Stœchas purpurea. XXVII. 3.
Stœchas Arabica vulgò dicta. J. B.
Stœchas brevioribus lingulis. Cluſ. H. } *Vid.* Stœchas purpurea.
Stramonia, *ſive* Stramonium. XLI. 3.
Stramonia multis, ſive *pomum ſpinoſum*. J. B.
Stramonia, ſeu *Datyra, pomo ſpinoſo, rotundo, longo flore*. M. H.
Stramonium fructu ſpinoſo rotundo flore albo, ſimplici. T. } *Vid.* Stramonia &c., *ſeu* Stramonium.
Stratiores Millefolia. Fuchſ. *Eſt* Millefolium vulgare. XXI. 1.
Strumaria. Adv. Lob. *Eſt* Xanthium &c. LXI. 10.
Struthium. Fuch. *Eſt* Saponaria vulgaris. XXXIV. 4.
Succiſa, *ſive* Morſus Diaboli. XXIII. 2.
Succiſa glabra. C. B. P. *Vid.* Succiſa &c. *prædicta*.
Symphytum, *ſive* Conſolida major. XXXII. 10.
Symphytum majus, vulgare. Park.
Symphytum magnum. J. B. } *Vid.* Symphytum &c. *prædict.*

T

Tabacum &c. C. B. P. Lob. &c. *Eſt* Nicotiana &c. XXXVI. 4. 5.
Talaſſe Javanenſibus. Iſad. *Eſt* Colocaſia. LIV. 6.
Tanacetum vulgare, luteum. XXII. 2.
Tanacetum hortenſe, foliis, & odore Menthæ. H. L.
Tanacetum hortenſe Lepidis foliis ſerratis, Ageratum intenſe redolens. Pluk. } *Eſt* Balſamita major. XXII. 3.
Tapſus barbatus. Ger. *Eſt* Verbaſcum mas &c. XXXV. 8.
Taraxacon minus. Lonic. Malp. *Eſt* Dens Leonis latiore folio. XVII. 1.
Tarchon Avicennæ. Cluſ. H. *Eſt* Draco herba. XXII. 10.
Telephium Dioſc., & Plin. Col. *Eſt* Fabago &c. LXVIII. 6.
Telephium vulgare. XLIV. 6.
Telephium alterum, ſive *Craſſula*. Dod. p. *Vid.* Telephium vulgare.
Telephium latifolium, peregrinum. XLIV. 7.
Telephium primum. Dod. p. *Vid.* Telephium latifolium peregrinum.
Telephium luteum, minus, radice Roſam redolente. XLIV. 8.
Tertianaria aliis Lyſimachia galericulata. J. B. *Eſt* Caſſida paluſtris &c. LXVII. 10.
Teſticulus latifolius, & Satyrium triphyllum. Tabern. *Eſt* Orchis latifolia &c. LXV. 13.
Teucrium, ſive *Veronica mas*. Trag. *Eſt* Veronica mas, ſupina &c. XXXV. 6.
Thalictrum majus ſiliquâ angulosâ, aut ſtriata. VIII. 2.
Thalictrum magnum. Dod. p.
Thalictrum nigrius, caule, & ſemine ſtriato. J. B. } *Vid.* Thalictrum majus &c. *prædict.*
Theriacaria, Amantilla in M. H. *Eſt* Valeriana major, odorata radice. XV. 1.
Theriacaria. Caſt. *Eſt* Luteola herba &c. XXXIX. 8.
Thlaſpi arvenſe, ſiliquis latis. XLVII. 4.
Thlaſpi Dioſc. Drabæ, & Camelinæ folio. Lob. *Vid.* Thlaſpi arvenſe, ſiliquis latis.
Thlaſpi vulgatius. XLVII. 5.
Thlaſpi arvenſe, Vaccariæ folio incano, majus. C. B. P.
Thlaſpi alterum. Dod. p.
Thlaſpi vulgatiſſimum, Vaccariæ folio. Adv. Lob.
Thlaſpi verum, cujus ſemine utimur in Theriaca. Cam.
Thlaſpi Officinarum. Cluſ. } *Vid.* Thlaſpi vulgatius.
Thlaſpi majus, Alyſſon dictus campeſtre, majus. *Eſt* Alyſſon incanum &c. LXVIII. 7.
Thora Valdenſium. XLV. 8.
Thora folio Cyclaminis. J. B.
Thora, ſeu *Pthora*. Ger. } *Vid.* Thora Valdenſium.
Thymbra Hiſpanica, Majoranæ folio. *Eſt* Maſtichina. XXVIII. 2.
Thymus vulgaris, folio tenuiore. XXVII. 7.
Thymum durium. Dod Ger.
Thymum vulgare, rigidus, folio cinereo. J. B. } *Vid.* Thymus vulgaris &c.
Thyſſelinum paluſtre. LXVI. 8.
Thyſſelinum paluſtre, foliis ferulaceis. H. L. *Vid.* Thyſſelinum paluſtre.
Tithymalus foliis Pini forte Dioſcoridis Pityuſa. XL. 2.
Tithymalus pineus. Ger.
Tithymalus Cypariſſiæ ſimilis Pityuſa multis. J. B. } *Vid.* Tithymalus foliis Pini &c. *prædict.*
Tithymalus Cypariſſias. XL. 3.
Tithymalus Cupreſſinus, ſive *humipinus*. *Vid.* Tithymalus Cypariſſias.
Tithymalus latifolius, Cataputia dictus. XL. 4.
Tithymalus major, annuus, glaucifolius. M. H. *Vid.* Tithymalus latifolius &c.
Tithymalus aizoïdes, triangularis nodoſus, & ſpinoſus, lacte turgens. Pluk.
Tithymalus Indicus, ſpinoſus, & anguloſus, lacte turgens. H. Beaum. } *Eſt* Euphorbium verum Antiquorum &c. XL. 7.
Tithymalus Mauritanus, aphyllos, anguloſus, ſpinoſus, ex quo Euphorbium Officinarum. H. L. *Eſt* Euphorbium. Dod. XL. 8.
Tomentum. Cord.
Tomentarium in M. H. } *Eſt* Filago, *ſeu* Impia. XXI. 7.
Tormentilla. VII. 2.
Tormentilla vulgaris. Park.
Tormentilla ſylveſtris. C. B. P. } *Vid.* Tormentilla.
Tornobonia &c. Cæſ. *Eſt* Nicotiana &c. XXXVI. 4. 5.
Tota bona. Dod. p. *Eſt* Bonus Henricus. LVIII. 10.
Toxicum &c. Chabr. *Eſt* Thora Valdenſium. XLV. 8.
Trachelium foliis Urticæ. Cluſ. Pan.
Trachelium vulgare. Cluſ. Hiſt.
Trachelium majus. Lugd. Ger. } *Eſt* Campanula major, vulgatior &c. XXXIX. 4.
Tragacantha. LI. 9.
Tragacantha Maſſilienſis, foliis incanis deciduis, flore albo. M. H.
Tragacantha, ſive *Hircispina*. Dod. p. } *Vid.* Tragacantha *prædicta*.
Tragicum Creticum. Geſn. *Eſt* Fraxinella &c. XLV. 5.
Tragopogon Hiſpanicus, ſive *Eſcorzonera &c.* J. B. *Eſt* Scorzonera latifolia, ſinuata. XVII. 3.
Tragopogon pratenſe, luteum majus. XVII. 4.
Tragopogon purpuro-cæruleum Porri folio, quod Artifi vulgo. XVII. 5.
Tragopogon gramineo folio, ſuaverubente flore. XVII. 6.
Tragopogon foliis gramineis, hirſutis. C. B. P. *Vid.* Tragopogon gramineo folio &c.
Tragorchidis &c. Adv. Lob. *Eſt* Orobanche &c. XXXVII. 6.
Tragoriganum alterum pulcherrimum peregrinum. Adv. Lob. *Eſt* Origanum Creticum. XXX. 5.
Tragoſelinum minus, *ſive* Saxifraga Hircina, minor foliis ſanguiſorbæ. XI. 1.
Tragoſelinum alterum, majus. T.
Tragoſelinum minor. Tabern. Germ. } *Vid.* Tragoſelinum minus &c.
Tragus, ſive *Uva Marina*. J. B. *Eſt* Ephedra &c. LXII. 11.
Tribulus terreſtris. XLV. 4.
Trichomanes, *ſive* Polytrichum Officinarum. IV. 4.
Tridactylides tectorum, flore albo. J. B. *Eſt* Saxifraga verna &c. XXXV. 3.
Trifolium hepaticum &c. J. B. *Eſt* Hepatica trifolia. VI. 2.
Trifolium fibrinum. XXXIV. 1.
Trifolium paluſtre, majus, rotundiore folio. C. B. P.
Trifolium paludoſum. Ger. Park.
Trifolium fibrinum, paluſtre. Tabern. } *Vid.* Trifolium fibrinum.
Trifolium acidum, flore albo. J. B.
Trifolium acetoſum, flore albo. Dod. p. } *Eſt* Oxys &c. XLVI. 9.
Trifolium odoratum, ſeu *Melilotus fruticoſa, lutea, vulgaris*, vel *Officinarum*. M. H. *Eſt* Melilotus Officinarum &c. XLIX. 2.
Trifolium odoratum alterum. Dod. p.
Trifolium odoratum alterum, ſive *Lotus ſativa*. Lugd. } *Eſt* Melilotus major, odorata, violacea. XLIX. 3.
Trifolium pratenſe, album. XLIX. 4.
Trifolium pratenſe album, vulgare, odoratum. M. H.
Trifolium pratenſe, flore albo, minus, è fæmina, glabrum. J. B. } *Vid.* Trifolium pratenſe, album.
Trifolium bitumen redolens. XLIX. 5.

Trifolium aſphaltites, ſive *bituminoſum redolens*. J. B.
Trifolium aſphaltum. Lugd.
} *Vid* Trifolium bitumen redolens.
Trifolium corniculatum. 1. Dod. p. *Eſt* Lotus, *ſive* Melilotus pentaphyllos &c. XLIX. 8.
Tripolium Dioſ. Lepidium Monſp. Dentillaria dictum. Park. *Eſt* Plumbago. XV. 4.
Trinitatis flos &c. J. B. *Eſt* Viola tricolor &c. XXXVIII. 4.
Trinitatis herba &c. J. B. *Eſt* Hepatica trifolia &c. VI. 2.
Tubera Cervina. II. 5.
Tuberum genus quibuſdam Cervi Boleti. J. B. *Vid.* Tubera Cervina.
Tubularia purpurea. LXVI. 2.
Tulipa. LXIV. 7.
Tumatle Americanorum. Guil. *Eſt* Lycoperſicum &c. LIII. 8.
Tunica. *Eſt* Caryophyllus &c. XXXIV. 10.
Tuſſilago vulgaris. XIX. 8.

V

VAleriana major, odoratâ radice. XV. 1.
Valeriana major, hortenſis. M U.
Valeriana hortenſis, Phu folio Oluſatri, Dioſc. C. B. P.
Valeriana optima. Cæſ.
Valentiniana in M. H.
} *Vid.* Valeriana major, odoratâ radice.
Valeriana ſylveſtris, major. XV. 2.
Valeriana ſylveſtris, magna, aquatica. J. B.
Valeriana ſylveſtris, foliis latioribus. M. U.
} *Vid.* Valeriana ſylveſtris, major.
Valeriana Celtica. XV. 3.
Valerianella arvenſis, præcox, humilior, ſemine depreſſo. M H. LXVI. 10.
Valeriana campeſtris inodora, major. C. B. P.
Valeriana altera, nudo umbilicato, & lævi ſemine. Col.
Valerianella arvenſis præcox, foliis integris. Fl.
} *Vid.* Valerianella arvenſis &c. *prædicta*.
Valerianæ rubræ ſimilis, pro Limonio miſſa. Dod. p. *Eſt* Limonium &c. LXVI. 11.
Veratrum flore ſubviridi. XLIV. 11.
Veratrum nigrum. I. Dod. p. *Eſt* Helleborus niger flore roſeo. XLV. 3.
Veratrum nigrum. II. Dod. p. *Eſt* Helleborus niger, hortenſis, flore viridi. XLV. 2.
Veratrum nigrum. III. Dod. p. *Eſt* Helleborus niger, fœtidus. XLV. 1.
Veratrum nigrum. Eyſt. *Eſt* Aſtrantia nigra, major. LXVI. 9.
Verbaſculum pratenſe, odoratum. C. B. P. *Eſt* Primula Veris umbellata odorata &c. XXXIII. 4.
Verbaſculum ſylveſtre majus, ſingularibus floribus, cauliculis inſidentibus. M.H. *Eſt* Primula Veris pallido flore, humilis. XXXIII. 5.
Verbaſcum mas, latifolium, luteum. XXXV. 8.
Verbaſcum vulgare, flore luteo, magno, folio maximo. J B.
Verbaſcum latius. Dod. p.
Verbaſcum foliis incanis, mas, latifolium, floribus luteis, arctè cauli adhærentibus, ſine foliis anguſtis inter flores emanantibus. M.H.
Verbaſcum mas, & Candela Regia. Lob.
Verbaſcum album, vulgare, ſive *Thapſus barbatus communis*. Park.
Verbaſcum latifolium mas. Eyſt.
} *Vid.* Verbaſcum mas, latifolium, luteum.
Verbena vulgaris. XXXI. 10.
Verbena communis &c. Adv. Lob.
Verbenaca recta. Dod. p.
} *Vid.* Verbena vulgaris.
Veronica mas, ſupina, & vulgatiſſima. XXXV. 6.
Veronica vulgatior, folio rotundiore. J. B.
Veronica mas, ſerpens. Dod. p.
Veronica ſpicata, terreſtris, perennis, mas, ſupina, vulgaris, foliis ſerratis. M. H.
Veronica vera, & major. Ger.
Veronica vulgaris, ſupina. Cluſ. H.
} *Vid.* Veronica mas &c. *prædicta*.
Veronica aquatica, major, folio ſubrotundo. XXXV. 7.
Veronica. Cord. *Eſt* Betonica &c. XXVII. 6.
Vicia vulgaris, ſativa. L. 3.
Vicia major &c. M. H. *Vid.* Vicia vulgaris, ſativa.
Victorialis rotunda. Eyſt. *Eſt* Gladiolus. LXIII. 14.
Victorialis longa. Cluſ. H. *Eſt* Allium latifolium, maculatum. LXV. 9.
Viola Peruviana. Tabern. *Eſt* Jalapa &c. XV. 5.
Viola Martia purpurea. XXXVIII. 3.
Viola nigra. Cluſ. H. *Vid.* Viola Martia purpurea.
Viola tricolor, hortenſis, repens. XXXVIII. 4.
Viola flammea. Cæſ. *Vid.* Viola tricolor &c. *prædicta*.
Viola Indica ſcandens, Naſturtii ſapore. H. L. *Eſt* Naſturtium Indicum. XXXVIII. 5.
Viola Lunaria, major. C.B.P.
Viola Lunaris. I. Tabern.
Viola latifolia. Dod. p.
} *Eſt* Lunaria major &c. XLVII. 2. 3.
Viola matronalis. Dod. p. Geſn.
Viola Damaſcena. Svvert.
} *Eſt* Heſperis hortenſis. XLVIII. 10.
Viorna vulgi &c. Lob. *Eſt* Clematitis latifolia, dentata. VIII. 4.
Viperaria Hiſpanica. Ger. *Eſt* Scorzonera latifolia, ſinuata. XVII. 3.
Vincetoxicum. Dod. p. *Eſt* Aſclepias &c. XLVI. 6.
Virga aurea. XIX. 3.
Virga aurea vulgaris, & Officinarum, foliis primum erumpentibus prunellæ. Flor.
Virga aurea minus ſerrata. C. B. P.
Virga aurea vulgaris, latifolia. J. B.
} *Vid.* Virga aurea, *prædicta*.
Virga aurea anguſtifolia, ſerrata, *ſive* Solidago Saracenica. XIX. 4.
Virga Paſtoris &c. C. B. P. *Eſt* Dipſacus ſylveſtris. XIII. 3.
Viſnaga. IX. 5.
Vitalba. Dod. p. *Eſt* Clematitis latifolia, dentata. VIII. 4.
Vitis alba, ſive *Bryonia*. J. B.
Vitis alba. Matth.
} *Eſt* Bryonia alba. LII. 2.
Vitis ſylveſtris. Sigillum Mariæ, & Thamus in M. H. *Eſt* Bryonia nigra. LII. 3.
Vitriola &c. Cæſ.
Urciolaris &c. Adv.
} *Eſt* Parietaria Officinarum. LIX. 6.
Ulmaria vulgaris. XLIV. 10.
Umbelliferis affinis, capitulis globoſis, & villoſis. M. H. *Eſt* Cuminoïdes &c. LXVII. 5.
Umbilicus Marinus. I. 8.
Umbilicus Veneris. Lob. Ger. Taber. *Eſt* Cotyledon &c. XLIV. 5.
Ungula Aſinina. Cord.
Ungula Caballina. Brunf. Trag.
} *Eſt* Tuſſilago vulgaris. XIX. 8.
Unifolium. Amat. *Eſt* Ophiogloſſum. V. 6.
Urinaria herba. Adv. *Eſt* Dens Leonis latiore folio. XVII. 1.
Urinaria altera in M. H. *Eſt* Linaria &c. XXXVI. 6.
Urtica Hercula. Tabern.
Urtica iners, magna, fœtidiſſima. J.B.
} *Eſt* Stachys fœtida, ſepium flagellis reptatricibus. XXVII. 4.
Urtica urens, maxima. LXII. 4.
Urtica vulgaris, major. J. B.
Urtica urens altera. Dod. p.
Urtica communis, major. Adv.
} *Vid.* Urtica urens, maxima.
Urtica urens, minor. LXII. 5.
Urtica minor, annua. J. B.
Urtica urens, minima. Dod. p.
Urtica minor, acrior. Lob.
} *Vid.* Urtica urens, minor.
Urtica Romana, *ſive* mas cum globulis. LXII. 6.
Urtica urens, pillulas ferens. I. *Dioſcoridis ſemine Lini*. C. B. P.
Urtica urens, prior. Dod. p.
Urtica pillulifera, facie Urticæ vulgaris, ſeminæ Lini. M. H.
} *Vid.* Urtica Romana, *ſive* mas cum globulis.
Vulneraria ruſtica. LI. 1.
Vulvaria. Lugd. *Eſt* Chenopodium fœtid um. LIX. 2.
Uva Marina. J. B. *Eſt* Ephedra &c. LXII. 11.

X

XAnthium, *ſive* Lappa major. LXI. 10.
Xanthium, & *Strumaria*. Adv.
Xanthium, ſive *Bardana minor*. Park.
} *Vid.* Xanthium, *ſive* Lappa major.
Xiphion minus. Cluſ. H. *Eſt* Gladiolus. LXIII. 14.
Xyllon, *ſive* Goſſypium herbaceum. XLII. 3.
Xyris, *vel* Iris agria fœtida. LXIII. 12.

Y

Y*Ayama*. Lugd. *Eſt* Ananas. LVI. 6.

Z

Z*Ingi fructus ſtellatus*, ſive *Aniſum Indicum*. J. B. *Eſt* Aniſum Indicum ſtellatus. LXVIII. 10.
Zingiber. C. B. P.
Zingiber flore albo. Svvert.
Zingiber, & ejus ſiliquâ. J. B.
Zingiber Orientale floreſcens. Park.
} *Eſt* Iris latifolia tuberoſa, Zingiber dicta &c. LXIII. 10.
Zuccba. Anguil. *Eſt* Cucurbita &c. LVI. 1. 2. 3.

INDICIS COROLLARIUM.

Ageratum foliis ſerratis. XXII. 4.
Ariſtolochia Piſtolochia, ſeu *Serpentaria Virginiana*, *caule nodoſo*. XLII. 8.
Balſamita major. XXII 3.
Fumaria bulboſa, radice cava, major. XLVI. 3.

FINIS.